CODEX DIPLOMATICUS

REGNI

CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

AUXILIO REGIMINIS CROAT., DALM. ET SLAV.

COLLEGIT ET DIGESSIT

T. SMIČIKLAS

ACADEMIAE SOCIUS ORD.

VOLUMEN VIII.

DIPLOMATA ANNORUM 1301—1320. CONTINENS.

ZAGRABIAE.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

1910.

DIPLOMATIČKI ZBORNIK

KRALJEVINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI I UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO I UREDIO

T. SMIČIKLAS

PRAVI ČLAN AKADEMIJE.

—

SVEZAK VIII.

LISTINE GODINA 1301—1320.

—

ZAGREB.

TISAK DIONIČKE TISKARE.

1910.

PREDGOVOR.

I.

Štampane zbirke upotrebljene u ovom VIII. svesku.

Batthyány Leges ecclesiasticae regni Hungariae et prouinciarum adiacentium Albae Carolinae 1785. Tom. I. Claudiopoli 1827. Tom. II., III.

Bullettino di Archeologia e Storia Dalmata, Spalato 1878—1909.

Drinov Periodičeskoe spisanie Braila 1870.

Erben Regesta diplomatica nec non epistolaria Bohemiae et Moraviae. Pragae 1855.—1874. P. I.—II.

Eubel Bullarium Franciscanum Romae 1898, 1902, 1907. Tom. V.—VII.

Farlati Illyricum sacrum Venetiis 1751—1819. Voll. I—VIII.

Fejér Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Budae 1829—1844. Prodromus, 11 tomi in 43 voll. et 2 indices.

Fermendžin Acta Bosnae potissimum ecclesiastica (Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. XXIII tom). Zagrabiae 1892.

Geres Kalman Codex diplomaticus comitum Karolyi de Nagy-Karoly Tom. I.

Jireček Konstantin dr. Spomenici srpski. Beograd, 1892.

Katona Historia critica regum Hungariae. Pestini, Posonii, Cassoviae, Budae, Colocsae, Budae 1779—1817. Voll. I—XLII.

Kerchelich Historia ecclesiae Zagrabiensis. Zagrabiae 1760.

Knauz Monumenta ecclesiae Strigoniensis. Strigonii 1874. Voll. I—II.

Koller Historia episcopatus Quinqueecclesiensis. Posonii 1782—1812. Voll. I—II.

Kovachich Supplementum ad vestigia comitiorum. Budae 1798.—1801. Voll. I.—III.

Kukuljević Arkiv za povjestnicu jugoslavensku. I—XII. U Zagrebu.

Kukuljević Jura regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Zagrabiae 1861. Tom. I—III.

Kukuljević Regesta documentorum regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Saec. XIII. Zagrabiae 1896.

Laszowski Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoč »Zagrebačko polje« zvane. Zagreb 1904—1908. T. I—IV.

Lucius Memorie istoriche di Tragurio ora detto Traù. Venetia 1674.

Lucius De regno Dalmatiae et Croatiae libri sex. Amstelodami 1666. Ap. Schwandtner Scriptores rerum Hungaricarum. Tom. III.

Ljubić Listine o odnošajih južnoga Slavenstva i mletačke republike. (Monumenta Slavorum Meridionalium«). Zagreb 1868. i dalje.

Макушевъ Записки императорской академій наукъ. Петерсбургъ. Т. XIX.

Miklosich Monumenta serbica spectantia historiam Serbiae, Bosniae, Ragusii. Viennae 1858.

Monumenta Ragusina. Libri reformationum. Zagrabiae 1879.—1897. Voll. I. V.

Monumenta Vaticana Hungariae Ser. I. Tom. I.—II. Budapest 1885.

Muratori Scriptores rerum italicarum Mediolani 1723.—1751. Tom. I.—XXV.

Nagy Codex diplomaticus Andegavensis. Budapest. 1878.—1887. Voll. I.—V.

Palacki Literarische Reise nach Italien. Prag 1838.

Pavlović Memorie di cose dalmatiche. Zara 1864.

Potthast Regesta pontificum Romanorum inde ab a. MCXCVIII. ad a. MCCCIV. Berolini 1874—1875.

Pray Annales veterum Hunnorum, Avarorum et Hungarorum ab a. CMXCVII. ad a. MDLXIV. Vindobonae 1763—1767. Voll. I.—IV.

Pray Specimen hierarchiae hungaricae. Posonii et Cassoviae 1776. Voll. I.—IV.

Pucić knez Medo Spomenici srpski. Knjiga II. U Beogradu 1862.

Rad jugoslavenske akademije. U Zagrebu 1867. i dalje.

Raynaldi Annales ecclesiastici ab a. 1198. Lucae 1747—1756.

Ripolli Bullarium ordinis Praedicatorum. Romae 1729—1740. Tom. I—VIII.

Sbaralea Bullarium Franciscanum Romae 1759—1768. Voll. I—IV.

Starine jugoslavenske akademije. U Zagrebu 1869. i dalje.

Statuta Jadertina. Venetiis 1564.

Thallóczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Blagay. Budapest 1898.

Theiner Vetera Monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859—1860. Voll. I—II.

Theiner Vetera Monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Romae 1863. Zagrabiae 1875. Vol. I—II.

Tkalčić Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis. Zagrabiae 1873—1874. Tom. I—II.

Tkalčić Monumenta historica lib. et reg. civitatis Zagrabiae metropolis regni Croatiae. Zagrabiae 1889—1904. Voll. I—XI.

Vjesnik kr. hrvatsko-slavonskog-dalmatinskog zemaljskog arkiva. U Zagrebu 1899—1910.

Wadding Annales Minorum. Ed. Jos. Maria Forsera. Romae 1731. Voll. I.—XII.

Wenzel Monumenta Hungariae historica Acta extera. Budapest 1874—1876. Voll. I—III.

Zala vármegye története. Budapest 1886.—1890. Tom. I.—II. Documenta.

II.

S ovim VIII. sveskom ulazimo u XIV. vijek, koji je cijeli spremljen za štampu, a imademo u njemu preko pet hiljada listina. U načinu izdavanja ostajemo kod istih načela, koja smo slijedili u XIII. vijeku. Glede razdiobe gradje moramo spomenuti, da nastaje promjena. U XIII. vijeku nastojasmo, da listine za svakoga vladara spremimo u jednu cjelinu u jedan svezak. Nije nam to bilo moguće za vladanja Bele III. (IV.) jer se nabralo do hiljadu listina, za koje je trebalo do sto štampanih araka. Zato ih štampasmo u dva sveska. Ali da nekim načinom prikažemo jedinstvo jedne vladavine, dadosmo tekući broj listina jedan u obadva sveska, a na koncu drugoga sveska dadosmo jedan »Index

alphabeticus« za obadva sveska. Ovo nam se učinilo nemoguće za XIV. vijek, gdje će za Karla Roberta biti tri jaka sveska svaki od četrdeset štampanih araka, za Ljudevita pet do šest isto tako velikih, za Sigmunda opet tri. Mišljasmo, da podamo »Index« za svaku vladavinu u jednom posebnom svesku. Razgovarajući sa stručnjacima uvjerismo se, da bi to bilo za porabu nepraktično. Pogotovo bilo bi neskladno listine podavati za svako vladanje u jedinstvenom tekućem broju, kada ima listina za Karla Roberta do 1500, za Ljudevita do 2400, za Sigmunda do 1200. Nije nam preostalo drugo, nego da za svaki svezak damo tekuće brojeve i za svaki i »Index«, kako je danas u učenom svijetu stalan običaj i gotovo zakon. Za uporabitelje zbirke biti će odlučno ono, da paze na naslovu od koje godine do koje jeste koji svezak.

Odmah u početku u predgovoru prvom Codexa spomenusmo, da neštampamo one listine, koje je već naša akademija izdala. Već onda dodasmo, da ćemo i te štampati, ako dodjemo do originala iliti do boljih primjeraka, da one već izdane po akademiji listine po originalu ili boljem primjerku ispravimo. To činimo i u XIV. vijeku. Osobito nastojasmo, da po originalnim knjigama dubrovačkih reformacija ispravimo sve listine štampane u »Monumenta Ragusina, Libri reformationum«. Tim je načinom broj dubrovačkih listina mnogo porastao, što je samo na korist našega zbornika i narodne nauke. Tom prilikom pregledasmo i ispravismo sve Pucićeve II. knj. spomenike.

Listinu pod br. 155 datiranu doista sa MCCCVIII. spadajuću u g. 1309. štampasmo po drugi put iz Monum. Vaticana i naznačismo u opaski na dnu listine pod br. 208 da je pomutnjom dospjela u g. 1308. I u Mon. Vaticana po samim papinskim regestima naznačena je g. 1308., ali te godine mjeseca juna bio je kardinal Gentilis u Dalmaciji. I u sumariju naznačismo ovu pogrešku, da se čitatelj ne smeta.

Biti će još nedostataka naročito u tradiciji naznačenoj ispod svake listine, koje i sami naknadno opazismo, ali ne mnogo. Taj nedostatak u naznaci tradicije biti će jamačno u onim listinama, za koje sam pri početku sumnjao, da li spadaju u naš Codex, a poslije sam ih ipak uvrstio.

Nisam na kraju naznačio tiskarske pogreške, jer držim, da su tako neznatne, da će ih dobrohotni čitatelj sam moći ispraviti.

U Zagrebu dne 30. septembra 1910.

T. S.

1.

1301, 19. januara. U Bariu.

Karlo napuljski daje pismo sigurnosti banu Pavlu Šubiću za put u Rim i Napulj.

Karlo II. kralj napuljski, otvorenim pismom jamči za sigurnost »Pauli bani Croatorum, qui, sicut nuper accepimus, Romam peregrine venire disposuit«, »ad evocationis et precum nostrarum (sc. regis Caroli II.) instanciam«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 41—42. — Rački Rad. XVIII. 224.

2.

1301, 19. januara. U Bariu.

Karlo kralj napuljski daruje žita banu Pavlu Šubiću.

Scriptum est Guillelmo de Pontiaco militi, magne curie nostre magistro rationali etc. Beneplaciti nostri est, et fidelitati tue presentium tenore precipimus, quatenus de frumento Lucerie. salmas frumenti trecentas generalis mensure Conra[d]o Domaldo, nuncio] viri nobilis Pauli bani Croatorum, dilecti affinis, consiliarii, familiaris et fidelis nostri, quas eidem bano nuper duximus gratiose donandas, exhiberi et assignari facias in eadem terra Lucerie ad ipsum banum abinde deferendas. Facturus recipi exinde apodixam idoneam ad cautelam, mandato aliquo huic contrario non obstante. Datum Bari per magistros rationales magne curie nostre, anno domini M⁰ CCC⁰ I⁰ die XVIIII. januarii, XIIII. indictionis, regnórum nostrorum anno septimo decimo.

Reg. Angioini.
Rački Izvadci iz napuljskog arkiva. Arkiv za povjest Jugoslav. VII. 27. — *Wenzel Acta extera I. 161.* — *Makušev Zapiski XIX. 2. pril.* 3. 7.

3.

1301, 31. januara. U Zadru.

Cvjeta udova Detajda Cotopagne i Andrija Cotopagna dijele trećinu zemalja posjeda Kotopanšćine.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo, indiccione quarta decima, die ultimo mensis ianuarii, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reverendi patris domini fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Manifestum facimus per hoc presens instrumentum nos quidem Çiuetha relicta Detaide de Cotopagna ciuis Jadre, de voluntate et assensu Nicolay et Mathei filiorum meorum presencium, qui sunt legittime etatis, ac eciam nomine et uice Johannis et Grisogoni aliorum meorum duorum filiorum, qui non sunt legittime etatis ex parte una, et Andreas filius condam Andree Cresti de Cotopagna ciuis Jadre, de assensu et uoluntate Gardanese matris mee presente ex parte alia, quomodo diuisionem inter nos facimus et firmamus per sortem de omnibus terris Lampredi[i] cognati et patrui nostri, scilicet de tercia parte sua omnium terrarum de Cotopanschina posita ad Berdam in hunc modum scilicet: Quia mihi Çiuethe accidit in parte mea nomine omnium predictorum heredum meorum medietas australis unius pecie magne terre, que est in campo, de qua tota pecia terre sunt gonai comunis centum minus medium gonai, cui ex parte boreali et australi est terra propria tui Andree; item mihi Çiuethe accidit in parte mea nomine eorundem meorum heredum una pecia terre de gonais decem et dimidium, uidelicet terre illius, que firmat ex austro apud terram Miche de Micuso, et est per amplum ex parte trauerse a carso et in quirina usque ad pothocum; que tota mea medietas terrarum dicti Lampredii asscendunt in summam gonaiorum sexsaginta(!) et quarte partis unius gonai. Et mihi predicto Andree accedit in parte mea medietas borealis pecie magne terre, que est in campo predicto; item mihi dicto Andree accedit in parte mea pecia terre, que est super monte de gonais sex et quarta uidelicet campi borealis, que firmat ex borea in uiam, que uadit inter terram olim Cosse Saladini et terram vocatam Cotopanschina; que pars mea tota terrarum ipsius Lampredii asscendit in summam gonaiorum quinquaginta sex ad mensuram comunis Jadre. Et quia pars mea est minor quam pars tua Çiuete, mihi addidisti apud terram meam in monte gonaios duos et octaua parte unius gonai terre proprie

tuorum filiorum ita, quod sumus equales inter nos, quare uolumus, quod semper inter nos sit salua mensura. Quam diuisionem nos predicta Çiueta nomine omnium predictorum heredum meorum tam qui sunt legittime etatis consencientes, quam illorum qui non sunt legittime etatis ex parte una, et Andreas ex parte altera promittimus unus alteri ad inuicem firmam habere perpetuo et tenere et nunquam eam reuocare de iure uel de facto sub pena librarum quinquaginta denariorum venetorum paruorum; quam penam soluat pars non obseruans parti obseruanti super se et bonis suis omnibus habitis et habendis; [qua pena] soluta vel non, hoc instrumentum diuisionis et omnia et singula contenta in eo nichilominus in sua semper fiımitate permaneat et existat(!). Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Georgio condam Mathei, et Paganino condam Nicolai et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Michael Scolature examinator examinaui.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 21.

4.

1301, 2. februara. U Skradinu.

Ban Pavao obećaje s braćom i sinovima svaku zaštitu knezu Hrvatinu za vjernu službu.

Nos Paulus banus Croatorum vnacum karissimis fratribus Georgio et Mladino comitibus ciuitatum Dalmacie, filiisque nostris predilectis Mladino, Georgio, Paulo et Gregorio trium camporum, Hliune et de Cetina comitibus, significamus omnibus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod diligenti consideracione pensantes et diligencia assueta attendentes, tam exigenciam fidelium meritorum, quam sinceritatem fidei ac magna seruicia ac fidelia, que et qualia vir nobilis Horuatinus filius condam Stephani de inferioribus Bosne confinibus comes, vnacum suis fratribus nobis inpendit studiose et fideliter, et intendit in futurum per se et suos posteros nobis et nostris heredibus heredumque successoribus perpetuo et inseparabiliter impendere studiosius, promisimus fide ducti et promittimus, quod eundem Horuatinum comitem et ipsius fratres, heredes heredumque successores, in predictis eorum pos-

sessionibus nominatis, illese conseruabimus et in nullo ipsas possessiones ab eisdem minuemus, ymo si alii aliqui in occupacionem castrorum uel destructionem aut dissipacionem possessionum ipsius Horuatini comitis et suorum fratrum, filiorum siue successorum aspirabunt, uel procedere attemptabunt, eosdem contra omnes in eorum contrarium procedentes, per nos et nostros heredes heredumque successores consilio et auxilio adiuuabimus, manutenebimus atque defendemus, dante domino iuxta posse, nec aliqualiter ob alicuius voluntatem ad fidem nostram deseramus, donec prefatus comes Horuatinus et sui fratres, heredes heredumque successores nobis et nostris heredibus heredumque successoribus fidelissime et inseparabiliter non postponendo, nec non omni tempore inpermutabiliter aduersus quoslibet astabunt nobis prompte, fideliter, totis viribus atque posse. Sic data fide nobis e conuerso promiserunt et gratanti animo assumpserunt. In cuius rei memoriam et maiorem firmitatem, presentibus literis cum nexu permissionis huiusmodi sigilla nostra duximus apponenda, quod si quis nostrum uel nostrorum heredum heredumque successorum secus pacem attemptaret, quod absit, in predictas uel contrarium ex parte nostra uel nostrorum posterorum eueniret, ut non credimus, quod nostris prouenientibus accionibus hoc contingat, domino concedente aput deum et homines cognoscatur violator fidei habeatur manifestus. Datum Scardone, in festo purificationis virginis gloriose, anno domini millesimo CCC. primo.

Original u arkivu knezova Baćana u Körmendu; ima trag crvene svilene vrvce, na kojoj je visio pečat. Acta antiqua A. V. L. VII. no. 191. Vjesnik zem. arkiva VII. 213.

5.

1301, 6. aprila. U Zadru.

Lovro klesar prodaje Kuzmi, sinu pok. Milije, svoju brodicu za 110 libara.

In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo trecentesimo primo, mensis aprilis die sexto intrante, indicione quarta decima, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superantii egregii comitis. Ego Laurentius lapicida filius quondam Jacobi Chalesee Jadrensis fateor, quomodo vendo, do, trado atque transacto tibi Cosme filio quondam Millye Jadratino

tuisque heredibus et successoribus totam vnam barcam meam cum suis corredis et ornamentis, quam emi a Johanne Piscopo auunculo meo; a modo cum plena virtute, auctoritate, ratione et potestate totam ac omnimodam voluntatem tuam ex ea pro anima et corpore faciendi, nemine tibi exinde in perpetuum contradicente. Ob quam venditionem, dationem, traditionem siue transactationem tu dictus Cosmas mihi bene et plenarie pro precio in pecunia numerata dedisti et persoluisti libras denariorum venetorum paruorum centum et decem, de quibus iam pacatum me teneo. Vnde ego prenominatus Laurentius cum heredibus et successoribus meis debeo et teneor tibi tuisque heredibus et successoribus prefatam barcam cum suis corredis et ornamentis ab omni homine ipsam calumpniante defensare et excalumpniare in ratione super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet dompno Thomasio archipresbitero Jadrensi et Cerne Canaruti Jadrensi.

(Drugi rukopis).

Ego Jacobus de Lourechna examinator manum misi.

Ego . . . . sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripti, roboraui et signo solito signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 24.

6.

1301, 14. aprila. U Spljetu.

Pred sudom spljetskim biva razdioba imetka na osnovu testamenta.

In nomine domini Amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo trecentesimo primo, indictione XIIII, die XIIII mensis aprilis, regno Ungarie sede vacante. Temporibus uenerabilis domini fratris Petri archiepiscopi Spalatensis, illustri[s] uiri domini Maladeni de Birberio comitis, egregii uiri domini Romei Quirini de Uenetiis potestatis civitatis Spaleti, ac nobilium uirorum dominorum Lucani Andree, Miche Petri et Petri Camurcii iudicum. Cum inter Stanam filiam Lucanni Desse Pouiri(!) de uoluntate et consensu sui uiri Nicole ex una parte agentem, et Johannem Roppum nomine sue uxoris ex altra defendentem, coram me domino potestate questio uerteretur, que quidem questio talis est:

Veniens Stana filia Lucanni de uoluntate et consensu sui uiri Nicole, coram domino potestate, petiit sibi dari partitores pecuniarum ad diuidendum et divisionem faciendam inter ipsam Stanam et Dobrizam suam sororem de bonis quondam Nicole filii Lucany(!), de quibus bonis sibi pertinet medietatem, et aliam medietatem dicte Dobrize, excepta de domo posita ad sanctum Andream, et de vinea de Mergnianam(!), quod ipsa Stana nichil petit de predictis rebus sibi partem dari, et predicta ex forma cuiusdam testamenti facti per dictum Nicolam, scripti manu Dragessii notarii olim Spalatensis et examinati per Lucannum Andree. Bona vero sunt hoc imprimis: terra una posita ad sanctam Mariam Magdalenam, in qua habet uites Lecen. Item terrenum de Jugnano. Item terrenum de Ponte sicco. Item terrenum in Dillato. Item terrenum ad Prosez prope Salonam. Item terras in insula Bracie, de quibus possessionibus ipse Nicola habebat tertiam partem, de qua tertia parte sibi pertinente medietatem et aliam medietatem dicte Dobrize, saluo et reseruato iure suo in aliis bonis et rebus fa[cit] ualere partem suam de dictis possessionibus libre C. Johannes Roppus nomine sue uxoris Dobrize respondebat petitioni predicte dicens: nullam diuisionem debere facere cum dicta Stana de bonis quondam Nicole, quia ipsa Stana fuit partita et diuisa ab ipso Nicola, et ipsa bona pertinet(!) dicte sue uxori tamquam eius abranis(!) secundum formam capituli et secundum notam diuisionis scriptam manu Thomasii notarii etc. Lite itaque coram me legitime contestata prenarrationem et responsionem, uisis petitionibus allegationibus, responsionibus nec non rationibus utriusque partis diligenter inspectis et examinatis, de consilio iudicum et consiliariorum ciuitatis prefate, ut moris est, cum deliberatione plenaria Christi quoque nomine inuocato sacrosanctis euangeliis et coram me residentibus, ut iuris est, per eaque uidi et cognoui et nunc uideo et cognosco talem sententiam inscriptis, videlicet, quod Dobriza predicta habere debeat medietatem domus de sancto Andree(!), et medietatem de uinea de Mergnano contemptas in testamento condito per Nicolam eius fratrem scripto per dictum Thomasium[1] notarium et examinatum per Lucam Andree, reliqua uero bona ipsius Nicole sint communia inter ipsas sorores secundum formam dicti testamenti et inter eas communiter dividatur(!). Lecta et pronuntiata fuit hec sententia per dominum potestatem sedentem pro tribunali in ligia(!) communis presentibus partibus die supradicto in presentia Frani Martiny et Nicole Dobri testium et aliorum . . . . petit . . . . .

(Drugi rukopis).

Ego Marinus Petrice ex precepto dicti potestatis examinaui.

[1] Prijepis od g. 1397. ima »Dragosium«.

Et ego Thomas Uitalis de Perusio auctoritate imperiali et iuratus notarius communis Spaleti hiis interfui et de mandato domini potestatis scripsi et publicaui.

(Signum notarii.)

Original u dvorskom arkivu u Beču. Prijepis od g. 1397. u kaptol. arkivu u Spljetu. (XVI. 70).

7.

1301, 29. aprila. U Zagrebu.

Mihajlo biskup zagrebački, zamjenjuje svoju zemlju Podgorje u županiji gorskoj za zemlju svog predijalca Gjure Junova Lipenicu u županiji ivaničkoj.

Michael dei gracia episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod nos cum nobili viro magistro Georgio filio condam Junus comitis bone memorie prediali nostro super quibusdam possessionibus seu terris in comitatibus episcopatus nostri constitutis, inter nos concambium infrascriptum, de sua et filiorum suorum bona voluntate duximus faciendum, videlicet, quod idem magister Georgius pro se et pro eisdem filiis suis in nostri presencia personaliter constitutis, quandam terram seu possessionem suam empticiam in comitatu nostro de Yuanch sitam et existentem Lypennicha uocatam, quam more et condicione predialium nostrorum, prout in priuilegio venerabilis patris domini Thymotei episcopi, predecessoris nostri bone memorie, continetur, tenuit et possedit, nobis dedit et eciam assignauit pacifice et quiete. In cuius terre seu possessionis concambium, quandam terram nostram in comitatu nostro de Gora apud sanctum Clementem existentem Podogoria vocatam, que condam Bodyno comiti pro descensu concessa fuerat ad manutenendum, cum omnibus vtilitatibus suis, vineis videlicet, terris arabilibus, siluis, locis molendinorum pratis et fenetis ac aliis appendiciis vniuersis dedimus et tradidimus ac contulimus eidem magistro Georgio et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus perpetuo possidendam, tenendam et habendam sub metis signis et terminis infrascriptis, more et condicione aliorum predialium nostrorum debitis[1] seruiciis consuetis, nobis et nostris successoribus in

[1] Slijedi precrtano: et.

eadem terra plene reseruatis. Priuilegium eciam ipsius domini Thymotei episcopi super empcione predicte terre sue de Yuanch habitum et confectum ad manus nostras assignauit magister Georgius antedictus; adiciens, quod si aliquas litteras super facto eiusdem terre emanatas reseruaset, nullius valoris uel momenti essent, et ubicumque protraherentur in lucem, cassate haberentur et inanes. Hoc non pretermisso, set specialiter declarato, quod si prefatus magister Georgius, vel filii sui, aut eorum heredes, notam infidelitatis uel ingratitudinis iucurrerint, cadent a iure dominii et proprietate ipsius terre, nullo vmquam tempore eandem possessuri. Cuius quidem terre mete prout per hominem nostrum, quem ad reambulandum ipsam terram transmiseramus, nobis constitit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit sub monte sancti Clementis, a parte occidentis in fundo curie condam domus episcopalis iuxta nemus et terram seruorum, tendens uersus orientem et cadit ad fluuium Budychin, qui diuidit terram eorundem seruorum a terra Podogoria usque terram libere uille de Zeredahel, et per meatum ipsius fluuii uadit ad septemtrionem et exit ad quendam riuulum, qui est inter terram eiusdem libere uille, transiens retro ortos ipsius uille et terram magistri Georgii memorati, per quem riuulum contra cursum eiusdem tendit uersus orientem in longo spacio et exit in quadam ualle sicca et peruenit ad viam magnam, qua itur de Zeredahel in Blynam, vbi est meta terrea, per quam quidem uiam eundo modicum exit ad arborem tul vbi separatur a terra Zeredahel, et coniungitur terre abbatis de Thoplicha, que dicitur Vynodel (!), inde reflectitur uersus meridiem et venit ad arborem tul detruncatam cruce signatam, inde descendit ad uallem ad metam terream, exinde ad quendam lacum, qui dicitur yezero; vnde exiens uenit ad aliam metam terream, inde per metas terreas uenit ad uallem, de qua transiens directe per quandam vallem siccam paruam et uenit ad arborem castanee cruce signatam, iuxta quam est meta terrea, inde tendens semper uersus meridiem et iuxta terram abbatis eundo uenit ad aliam metam terream ad monticulum, de quo descendit directe et cadit in fluuium Kremencuth, per quem descendit uersus occidentem et cadit in quendam riuulum, qui fluit de Vynodel, de quo exit et uenit ad dumum spinetum, inde cadit in fluuium Chudin, per quem contra cursum aque eundo uersus occidentem semper in magna ualle et terre abbatis vicinando, peruenit ad arborem yuhor (!), ubi est puteus caput ipsius fluuii et venit ad unam foueam, inde ad metam terream ubi separatur a terra abbatis et coniungitur terre Petri filii Radizlai, quam Marcus tenebat, tendens uersus septemtrionem venit ad arborem berekune meta terrea circumfusam, inde uertitur per quandam uiam ad orientem et uenit ad arbores castanee, ubi sunt lapides pro meta, inde

per eandem uiam ad orientem eundo exit de ipsa uia iuxta vnam foueam ad partem sinistram ad aquilonem et uenit ad arborem castanee cruce signatam iuxta quandam uallem ubi terra ruit intra, inde cadit ad uallem in quendam riuulum, per quem eundo per arbores cruce signatas exit ad quendam puteum, inde iterum reuertitur ad orientem parum et per arbores cruce signatas demum ad septemtrionem cadit in profundum uallis et exit directe ad arborem pomi cruce signatam, inde ascendens ad montem uenit ad duas congeries lapidum successiue, que sunt circa domos et dicuntur gromacha, inde ad arborem byk iuxta quam sunt due arbores tul, exinde reflectitur ad occidentem ad vnum angulum ecclesie sancti Clementis, de cuius angulo tendit ad uiam, per quam eundo parum reflectitur de ipsa uia directe ad septemtrionem ad arborem nucis cruce signatam, que est in margine uallis Radesa, inde descendit per uiam, qua itur de sancto Clemente in Podogoria uersus orientem et descendo(!) ad planiciem in radice montis eiusdem tendit in sinistrum ad aquilonem et peruenit ad eundem fundum, que est prior meta, vbi ipse mons cum nemoribus remanet[1] eidem Petro, planicies uero siue terra pura remanet magistro Georgio et sic terminantur. Vt igitur huius concambii firmitas et nostre collacionis seu donacionis series salua semper et inconcussa permaneat, nec in posterum per quempiam ualeat retractari, eidem magistro Georgio et filiis suis in robur perpetue firmitatis presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, sabbato proximo ante festum Phylippi et Jacobi apostolorum anno domini MCCC° primo, per manus discreti viri magistri Theophili dicti puerlectoris de Posoga magistri notariorum nostrorum.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 38.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I. B. IX. 167.

8.

1301, 14. maja. U Zadru.

Ciprijana, Simon, Margarita i Martin, djeca pokojnoga Bonfacina, dijele izmedju sebe očinsko i materinsko dobro.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo primo, die quartodecimo intrante mense maii, indictione quartadecima, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie,

---

[1] »re« iznad linije.

et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comitis. Facta diuisione inter Ciprianam filiam olim Bonfacini ciuem Jadratinam ex parte vna, et Symonem fratrem eiusdem Cipriane ex altera, et Margaritam eorum sororem, vxorem Johannis uocati Çanoch ex tercia parte, consentiente eodem Johanne predicte vxori sue, ac eciam Martinum eorum fratrem ex quarta parte, de consensu et uoluntate Marie matris predictorum fratrum et sororum, de omnibus bonis paternis et maternis, que ad eos pertinebant uel pertinere poterant, uenit in parte dicte Cipriane tercia pars australis vnius vinee posite ad Gyllanum, cui de austro est vinea heredum condam Brathossii, de trauersa est vinea Nicole de Vothcar et partim vinea dicti Symonis, que ad eum pertinet titulo empcionis, de borea partim vinea vxoris Jacobi de Gaya et partim vinea heredum condam Duymi. Item quarta pars borealis terraticorum quorundam vinearum plantatarum super terram eorum ad terraticum positam (!) ad Lucuranum, cui de quirina est vinea Mire filie naturalis Johannis de Çiualellis. Symoni uero predicto uenit in parte tercia pars ipsius vinee posite ad Gyllanum, que pars est in medio inter partem dicte Cipriane et partem ipsius Martini. Item quarta pars dictorum terraticorum de Lucurano, que pars similiter est in medio inter partem dicte Cipriane et partem dicti Martini. Margarite autem predicte uenit in parte una vinea ultra portum Jadre in confinio sancti Petri, cui de quirina est terra heredum condam Blançe pelliparii, de trauersa vinea Crisanne Schuleç, de austro vinea Viti de Slorado. Que quidem Margarita dedit et refusit aliis partibus soldos venetos grossos octo pro eo, quod pars sua erat melior, quam aliqua de aliis partibus. Martino eciam predicto uenit in parte tercia pars borealis vinee predicte de Gyllano et quarta pars australis ipsorum terraticorum, que deuenit in parte Margarite predicte, contenta fuit, quod eam haberet dictus Martinus pro predicta pecunie quantitate soldorum grossorum octo, quos ipsa ab eo recepit et soluit aliis partibus in refunsione(!) pro eo, quod pars sua erat melior quam aliqua de partibus supradictis, ut dictum est. Quarum quelibet pars de predictis plenam et liberam habeat potestatem partem suam de predictis bonis intromittendi, tenendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, alienandi et pro anima et corpore uoluntatem suam omnimodam faciendi cum omnibus suis habenciis et pertinenciis et que sibi pertinere possunt tam subtus terram, quam supra terram. Promiserunt insuper partes predicte inter se ad inuicem et vna alteri cum heredibus et successoribus suis exealumpniare et defensare ad inuicem diuisionem predictam siue possessiones et bona predicta diuisas in racione ab omni homine et persona super se et bonis suis presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et

rogatis testibus, scilicet Marino filio olim Draginne aurifici, et Brayco barberio ciuibus Jaderensibus.

(Drugi rukopis).

Ego Biualdus de Becono examinator manum misi.

Ego presbiter Guillelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis, predictis interfui rogatus, scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 99.

9.

1301, 23. maja. U Napulju.

Karlo kralj napuljski obdaruje Gjuru Šubića.

Kralj Karlo II. daruje »comiti Georgio civitatum Dalmatie« . . . »equos 33., inter quos sunt equi ad arma tres«.

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 48. — Rački Rad XVIII. 224.

10.

1301, 1. juna. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački svjedoči, da je ban Stjepan poklonio samostanu Topličkom imanje Svinicu.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Interest saluandorum diuini cultus inuigilare sagaciter incrementis, et ad ea, per que memoria dei nominis augeatur, in temporalibus aspirare. Igitur ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum Stephanus quondam banus filius Stephani, anime sue salubriter uolens prouidere operibusque pietatis diem extreme preuenire messionis, in monasterio Toplicensi ad honorem sancte crucis construxisset, cupiens ipsum altare dotari per eundem quandam [terram] seu possessionem suam Zuynnicha uocatam a Farcasio filio Jurk, quondam nobili de Blyna iuxta continenciam prioris nostri priuilegii comparatam uicinam terris abbatis, metis videlicet

distinctam infrascriptis, cum utilitatibus, pertinenciis et appendiciis eiusdem possessionis vniuersis, ob reuerenciam sancte crucis, nec non pro anime sue remedio supradicto monasterio donasset et eciam contulisset perpetualiter et irreuocabiliter possidendam, sicut in litteris eiusdem nobis transmissis plene uidimus contineri, a nobis per easdem litteras suas diligenter postulauit, ut super huiusmodi donacione et collacione sua litteras nostras priuilegiales abbati supradicti monasterii concederemus. Nos itaque ipsius tam salubri uoto iustisque peticionibus et honestis obedire cupientes, super donacione et collacione predicte terre ac vtilitatum eiusdem iuxta uotum et peticionem dicti Stephani bani, presentes litteras nostras abbati prenotato duximus concedendas; qui eciam Stephanus banus ad maiorem certitudinem huiusmodi donacionis et collacionis sue priuilegium nostrum, cuius uigore supradictam cum vtilitatibus suis possederat in manus eiusdem abbatis tradidit et eciam assignauit. Prima autem meta terre sepedicte, sicut in priori priuilegio nostro super eiusdem(!) confecto et nobis per cellarium supradicti monasterii exhibito vidimus contineri, incipit a uinea Merk contermina terris abbatis supradicti et uadit uersus orientem per uiam ad arborem tulfa, sub qua est meta terrea, inde per eandem uiam vadit ad biuium ad aliam arborem tulfa, ubi est meta terrea, inde per eandem uiam vadit[1] ad arborem iula(!), ubi est meta terrea, inde per eandem viam adhuc versus orientem vadit ad sex arbores hasfa, inter quas est arbor sorbelli, ubi eciam est meta terrea, inde uersus meridiem diuertens a dicta uia descendit in uallem, ubi est quidam riuulus, quem transiens venit ad arborem tilie cruce signatam, inde exiens de ualle ad planiciem uersus meridiem peruenit ad uiam, que ducit in Zuynnicham, postea transiens ipsam uiam vadit ad quendam lacum, quem transiens uenit ad riuum in Zuynnicham cadens in eundem infra quendam fundum molendini, inde iens sursum per eundem riuum versus occidentem venit ad alterum fundum molendini, inde adherens cuidam modico riuulo vadit per eundem uersus aquilonem et peruenit ad predictam viam ducentem in Zuynnicham, inde per eandem viam uersus eandem partem peruenit ad locum qui dicitur tumulus caninus, inde adhuc procedens per eandem viam transit vallem et riuum et peruenit ad pontem terreum, inde diuertens de dicta via in dextram partem vadit per semitam iuxta vineam Martini et peruenit ad collem, ubi sunt arbores tilie, inde per quandam semitam remanente terra abbatis a sinistris peruenit ad priorem metam, videlicet vineam Merk supradictam. Vt igitur huiusmodi donacio robur perpetue optineat firmitatis, nec processu temporum per quempiam ualeat retractari, pre-

[1] Dva puta pisano.

sentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum quinta feria proxima post octauas pentecostes, anno domini MCCC° primo.

Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica, no. 29. u biskupskom arkivu u Zagrebu. I. B. XI. 15.

11.

1301,* 7. juna. U Zadru.

Pred nadbiskupom zadarskim izjavljuje odvjetnik samostana sv. Nikole, da isti samostan nije dužan plaćati desetinu papinskog legata.

. . . . [die] septimo intrante mense iunio, indicione quartadecima, Jadre. Tem[poribus domini Petri] Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comiris. Nobilis vir Stephanus de Labe ciuis Jadre, procurator et syndicus monasterii sancti Nicolay Jadrensis ordinis sancte Clare infrascriptam protestationem in scriptis proposuit tenoris et continencie infrascripte. Coram uobis domino archiepiscopo Jadrensi, in presencia testium subscriptorum ego Stephanus de Labe ciuis Jadrensis procurator et sindicus monasterii sancti Nicolay de Jadra ordinis sancte Clare dico, propono . . . . [pro]testor et nichilominus prout de . . . . e uel cen . . . . tempore coram quibus debeo me probatu[rum] . . . . soluere decimam siue collectam per . . . . [domi]no episcopo Bononiensi auctoritate summi pontificis tum ratione priui[legiorum a] sede apostolica indultorum monasterio supradicto et ordini sancte Clare; que quidem priuilegia ordinem dictum et ipsius monasteria eximunt plene a prestacione huiusmodi decimarum; tum quia alia monasteria eiusdem ordinis non soluunt comuniter decimam supradictam, tum quia idem monasterium non habet reditus sufficientes pro sororum necessitatibus, set(!) oportet eas pro suis necessitatibus mendicari, tum propter consuetudinem ab antiquo in eodem monasterio seruatam, videlicet, quia idem monasterium nunquam sol . . . . [col]lectas, verum ob reuerenciam domini . . . . patris Bononiensis episcopi et ad . . . . unc ipsum monasterium ad hoc tenere uel obligari . . . . iuris mei et ipsius monasterii do, assigno et soluo

---

* Ova god. odgovara ind. XIV.; glede biskupa, dužda i kneza sr. listinu u Farlati V. pag. 87. od god. 1302. ind. I. (ind. bedan.) 28. oktobra.

nomine ipsius monasterii et abbatisse ac sororum ipsius collectoribus supradictis totam pecuniam, quam petunt et rationem depositi uel depositorum, quod uel que dicunt fuisse in eodem monasterio pro tribus primis terminis et pro omnibus aliis terminis trium annorum decime supradicte, seruando michi in posterum omnia iura mea uel ipsius monasterii et maxime ad prose . . . . nda et recuperanda pecunia supradicta . . . . Nicolay monasterii supradicti prese . . . . ursia vicario domini archiepiscopi s . . . . Jadrensi, Girardino dicto monaco de Franca . . . . aliis ad hoc uocatis et rogatis testibus.

Ego Guillelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius predictis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Original u gubern. arkivu u Zadru. Odio sv. Dominika, no. 453. Listina je na tri mjesta u sredini krnja. Na hrptu moderno: . . . 1302. 7. jula(!).

12.

1301, 10. juna. U Napulju.

Karlo kralj napuljski obdaruje bana Pavla Šubića.

Karlo II., kralj Sicilije daje hrvatskom banu Pavlu (Paulus banus Croatorum) *pensiju* »de annuis unciis auri centum«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 40. — Rački Rad. XVIII. 224.

13.

1301, 19. jula. U Bolonji.

Mnijenje pravoznanaca Franje biskupa salubrijskog i vikara bolonjskog biskupa, doktora Guidona de Raysis i Marsilija de Manteghellis, da samostan sv. Nikole u Zadru nije dužan platiti desetinu.

Super eo, quod queritur, utrum domine sancti Nicolai de Jadra ordinis sancte Clare teneantur decimam suorum redituum et prouentuum soluere, consilium fratris Francischi episcopi Salubriensis, vicarii venerabilis patris domini Johannis dei gratia Bononiensis episcopi, et dominorum decretorum doctorum Guidonis de Raysio, Bononiensis archi-

diaconi, et Marsilii Manteghellis, visis litteris venerabilis domini fratris Jacobi dei gratia Jadrensis archiepiscopi, et fratris Stephani lectoris fratrum Predicatorum de Jadra, et litteris abbatisse et conuentus ipsius monasterii sancti Nicolai, visa etiam declaratione facta per sanctissimum patrem dominum Bonifacium papam octauum de monialibus et aliis regularibus personis, que dictam decimam persoluere non tenentur, receptis etiam assertione et iuramento religiosi viri fratris Vgolini Arpinelli ordinis fratrum Minorum, qui fuit guardianus et lector in Jadra pluribus annis, et Pauli sindici et procuratoris dictarum dominarum, tale est, quod dicte domine ad prestationem decime non tenentur et pecuniam, quam soluerunt coacte per collectores ex humilitate et timiditate potius, quam de iure, eis et dicto sindico earum nomine esse redendam. Item super eo, quod continetur in declarationibus sanctissimi patris domini Bonifacii pape octaui hoc modo: C. Moniales etiam alieque regulares persone, quarum reditus et prouentus ecclesiastici adeo sunt tenues et exiles, quod de illis substentari non possunt, sed pro habenda vite sue substentatione necesse habent publice mendicare, dictam decimam non persoluent. Consilium nostrum est, quod hoc nomine victus uel uite substentatio intelliguntur uestimenta et calciamenta et vela et coedulium siue companaticum et alia, sine quibus homines uiuere non possunt decenter secundum conditionem sui status. In cuius rei testimonium presentes scribi fecimus per manum Petri Bonandree notarii publici, et sigillorum nostrorum appensione muniri. Currentibus annis domini millesimo trecentesimo primo, indictione quartadecima, die decimonono iulii, pontificatus domini Bonifacii pape octaui anno septimo.

(Signum not.)

Ego Petrus Bonandree, imperiali auctoritate notarius de mandato dictorum sapientum scripsi consilium supradictum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 100. Pečati izgubljeni.

14.

1301, 19. jula. U Bologni.

Fr. Ivan biskup bolonjski i generalni sabirač desetine, ovlašćuje nadbiskupa zadarskoga Jakova, gvardijana malobraćana i priora franjevačkoga, da urede stvari, koje se tiču desetine samostana sv. Nikole.

Venerabili in Christo patri et amico carissimo, domino fratri Jacobo dei gracia archiepiscopo Jadrensi, ac religiosis viris fratri . . . guardiano conuentus fratrum Minorum, et fratri . . . conventus fratrum Predicatorum in ciuitate Jadrensi. Frater Johannes eiusdem permissione Bononiensis episcopus, decime olim imposite in patriarchatu Gradensi et quibusdam aliis partibus generalis collector a sede apostolica deputatus, salutem et sinceram in domino caritatem. Circa negocium dominarum monasterii sancti Nicolay de Jadra ordinis sancte Clare, postquam Manfredinus nuncius noster ad nos rediit, presente syndico dictarum dominarum diligenter intendimus querentes, qualiter possemus in eo, quod petebant salua iusticia dictas dominas consolari. Verum quia omnibus consideratis uisum est nobis, quod Bononie de hiis, que uolebamus non poteramus totaliter informari, de paternitate et prudencia uestra plenam in domino fiduciam obtinentes, dictum negocium dominarum: an videlicet decimam suorum redituum visis declarationibus papalibus, que aput(!) collectores olim nostros de Jadra sunt, nobis plenarie duximus committendum, examinandum et finaliter decidendum, ratum habituri quicquid per uos super hoc fuerit ordinatum. Mittimus quoque uobis per eundem syndicum pecuniam olim ab ipsis dominabus dictis nostris collectoribus persolutam, scilicet centum nonaginta quinque libras bagatinorum ut, si uobis hoc uideatur, integraliter restituatur eisdem. Si uero iudicaretur per uos, ut dicta persolucio facta ab antedictis dominabus fuerit legitima, uolumus, ut nomine nostro fratri Stephano lectori Jadrensis ordinis eiusdem nostri predicti, ad remittendum nobis integraliter assignetur. Et si prefate domine hac de causa aliquibus nostris sentenciis tenerentur, uobis domine archiepiscope, quod ipsas a dictis sentenciis possitis absoluere, et interdictum in earum monasterium positum relaxare auctoritate, qua fungimur, committimus vices nostras, imposita eis, prout uobis uidebitur, penitencia competenti. Datum Bononie, die decimonono iulii,

anno nativitatis domini millesimo trecentesimo primo, indictione quartadecima.

Iz originalne listine od g. 1301. 8. augusta u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 101.

15.

1301, 8. augusta. U Zadru.

Jakob nadbiskup zadarski, Georgije gvardijan reda Male braće i Petar prior reda propovjednika, po ovlasti biskupa bolonjskoga u poslu desetine samostana sv. Nikole posvjedočavaju njegovo siromaštvo.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo primo, die octauo intrante mense augusti, indictione quartadecima, Jadre. Temporibus domini Petri Grodonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comitis. Nos frater Jacobus dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopus supradictus, et frater Georgius guardianus conuentus fratrum Minorum, et frater Petrus prior conuentus fratrum Predicatorum in ciuitate Jadrensi, presentis scripti serie notum facimus vniuersis presencium noticiam habituris, quomodo nuper a venerabili patre domino fratre Johanne dei gratia episcopo Bononiensi, decime olim imposite in patriarchatu Gradensi et quibusdam aliis partibus a generali collectore litteras recepimus eiusdem impressione veri et integri sigilli munitas tenoris et continencie infrascripte: *(Slijedi pismo biskupa bolonjskoga od 19. jula 1301.)* Nos itaque iniunctum ab eodem domino episcopo ministerium uolentes exequi diligenter, accessimus personaliter ad locum monasterii supradicti et primo scire uoluimus, tam numerum personarum degencium, de reditibus monasterii memorati, quam ipsorum redituum quantitatem, quibus datis et assignatis nobis per procuratorem ipsarum dominarum particulariter et singillatim in scriptis habuimus postmodum super hiis ad inuicem diligentem cum deliberacione tractatum et tandem post diutinum et longum colloquium habitum inter nos visum fuit nobis concorditer, quod respectu personarum degencium, de bonis monasterii prelibati, ac eciam expensarum, quas tam personis domesticis quam exteris necessario fieri imminebat, huius reditus adeo erant tenues et exiles, quod ex ipsis moniales siue sorores eiusdem

monasterii secundum sui status decenciam reliqueque persone ad earum opus et ministerium constitute non poterant aliquatenus substentari, non minus ad maiorem certitudinem et cautelam recepimus primo iuramentum a procuratore et abbatissa et tribus sororibus antiquioribus monasterii sepedicti, qui et que iurati asseruerunt sub religione prestiti iuramenti, quod plures reditus ipsum monasterium non habebat nec minor numerus personarum uiuebat ex eis, quam quot procurator predictus nobis dedit et assignauit in scriptis, addens insuper procurator predictus, quod pro eodem monasterio aliquando mendicauit. Postmodum uero recepimus iuramentum ab vno seruitore et quatuor seruitricibus monasterii antedicti, qui et que sub debito iuramenti dixerunt, quod pro eodem monasterio publice mendicabant et mendicauerunt per tempora retroacta eciam ante imposicionem decime supradicte. Vnde ad futuram memoriam et cautelam et securitatem predictarum dominarum nos archiepiscopus memoratus sigilli nostri, et ego frater Georgius guardianus predictus sigilli conuentus fratrum Minorum, ego frater Petrus prior predictus sigilli conuentus fratrum Predicatorum Jadrensium fecimus presens scriptum appensione muniri. Et insuper mandauimns notario infrascripto, quod predicta omnia redigeret in publicam formam. Acta sunt hec in ecclesia sancti Nicolay eiusdem monasterii presentibus domino Luca de Nursia vicario, Petriolo Transerici gentile domini Mattei de Fulgineo, et Lapo de Florencia, familiaribus domini archiepiscopi supradicti ad hec uocatis et rogatis testibus.

Ego Guillelmus presbiter ecclesie sancte Anastasie Jadrensis notarius, predictis interfui et de mandato domini archiepiscopi, guardiani et prioris predictorum scripsi et in publicam formam redegi.

(Monogram not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole br. 101. Pečati izgubljeni.

16.

1301, 18. septembra. U Napulju.

Bilješka.

Napuljski trgovci i mornari javljaju o pretrpljenoj buri na obali dalmatinskoj i kako su ih Šibenčani (Sybinich) *orobili.*

Syll. membr. ad reg. Siclae arch. pert. T. III. 61.—62. štampano potpuno.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 7.

17.

1301, 8. novembra. U Lateranu.

Bonifacij VIII. papa nalaže biskupima ugarskim, hrvatskim i poljskim, da podupiru papinskoga legata Nikolu Ostijskoga.

Bonifacius episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, ceterisque prelatis et personis ecclesiasticis per Ungariam, Dalmatiam, Sclavoniam et Poloniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Ex relatione venerabilis fratris nostri Nicolai Ostiensis et Velletrensis episcopi, apostolice sedis legati, quem pro reformando statu regni Ungarie in spiritualibus et temporalibus ad partes illas duximus cum plene legationis officio destinandum, clarius nobis innotuit, quam sit miserabilis, velut animarum discrimina, pericula corporum et dampna rerum plurima proferens, status dicti regni dampnabiliter prohdolor deformatus, eius crematis, violatis ac destructis ecclesiis et earum immunitate sublata. In quo ius humani federis dissidentium extinguit abusus, et quasi libello dato repudii pax et concordia compelluntur extra eius terminos exulare. Cum igitur multa et provida reformatione, directione ac ordinatione indigeat status ipse, universitatem vestram attentius exhortamur, per apostolica vobis scripta districta precipiendo mandantes, quatenus studia vestra convertentes ad tanta pericula succidenda, eidem legato potissime circa reformationem, directionem et ordinationem huiusmodi prompte ac reverenter assistatis consiliis, favoribus et auxiliis oportunis, eius salubribus monitis, exhortationibus et preceptis efficaciter intendendo, ita, quod divina favente clementia prefatum regnum tam preclarum ab olim, sed nunc prohdolor multipliciter dissipatum, feliciter possit per ipsius legati ministerium spiritualiter et temporaliter reformari, vosque per hoc apud deum et apostolicam sedem commendari merito valeatis, et constituatis nos dictumque legatum non indigne vobis propitios et benignos. Datum Laterani, VI. idus novembris, anno septimo.

Theiner Mon. Hung. I. br. 626. str. 392. iz reg. orig. an. VII. de curia ep. 95. — Erben Reg. Boh. II. 820. — Potthast Reg. pontif. II. no. 25.088.

*

18.

1301,* Na dan sv. križa. U Vrhlabu.

Stjepan Uroš (Milutin) kralj srpski daje povlasti dubrovačkim trgovcima.

✝ Пише кралевьство ми, да ѥ вѣдомо всакомȣ, створи милость кралевьство ми градȣ Дȣбровьникȣ, да приходе ихъ трьговци по земли и по трьговѣхь кралевьства ми, и да не ходе на конскȣ, и ни ѥдинь чловѣкь ȣ срьпской земли маль же и великь да не ȣдаѥ ȣ ȣдавȣ дȣбровьчанина, и да имь се кони подь ризьницȣ не ȣзимаю ни на кою работȣ, и да имь не наметȣѥ безь волѥ месо кȣпити или краве или свиниѥ или кралево или чне годѣ, ни малȣ ни великȣ кȣплю, развѣ кьди се хоке кралево месо продати, да се зарȣчи по вьсемȣ трьгȣ, да не продаю ни кȣпȣю меса, до колѣ се кралево прода, и да имь се не ȣзима по силѣ ни скрьлато ни медь ни мȣка ни коꙗ кȣплꙗ; и кȣке да имь се не печате ни ѡть кралꙗ ни ѡть властель. И како имь ѥ законь ȣ Брьсковѣ ѡть ис-прьва, тако да имь ѥ и ȣ Рȣдницѣ, а инога новаго закона да имь не постави кралевство ми. И ȣ кога се ѡбрѣте людь ѡтрокь, тере що комȣ испакости, да ȣ томь господара не ищȣ, нь да сищȣ кривца. Ако ли крьвь ȣчини дѣтикь, да га пода господарь; ако ли га не пода, да плати господарь враждȣ, како и Саси плакꙗю; и да си ходе свободно по земли и по трьгохь кралевьства ми; да при коимь ихь селѣ чтета наиде, да плати село ближниѥ; ако село не плати, да плати кралевьство ми; и града да не работаю, ни га влюдȣ. И ако се ѡбрѣте кои дльгь междȣ срьблином сь дȣбровьчанином, да имь ѥ сȣдь прѣдь сȣдиѡмь срьбскимь и прѣдь ѥдиѣмь дȣбровчанином, и що сȣдита, този да ѥ свршено; а прѣдь кралевьство ми да идȣ за невѣрȣ, за враждȣ, за челꙗдина, за конь, ȣ томь да ѥ сȣдь дȣбровчанинȣ прѣдь кралевьствомь ми. И кȣпци, що несȣ кȣплю, ако растовари ȣ Брьсковѣ, да плати царинȣ; ако ли мимо несе, да где прода, тȣ и царинȣ да плати; и ако кто пакости виноградомь дȣбровьчкимь, да га позовȣ прѣдь кралевьство ми: да що се ѡбрѣте кривь, да дасть кралевьство ми, чловѣка

* Postavljamo ovu listinu u godinu 1301., jer se najbolje slaže s izvodom u Reformationes ove godine, koji priopćujemo odmah iza ove listine.

да издасть; да аке не да, да плати кралевьство ми. И юще да ихь дрьжи кралевьетво ми на томь законѣ, кои сꙋ имали ꙋ свето почившега господина ѡтьца кралевьства ми, да ходе свободно по земли кралевьетва ми И сию милостьꙋ створи кралевьство ми ꙋ Врьхьлаби, кьди приходи кралевьствꙋ ми поклисарь ѡть Дꙋбровьника Никола Крꙋсикь и Биньчꙋла Фосковикь. И сию се писанию створи на крьстовь дьнь вь свѣдѣнию всакомꙋ.

† Стефань Ꙋрошь краль. †

Na ledjima: Polica regis Urosii.

Miklosich Mon. Serb. no. 53. pag. 51—53.

19.

1301, mjes. novembra. U Dubrovniku.

Ugovor izmedju Dubrovnika i srpskoga kralja Milutina.

Ista sunt pacta et convenciones, quas Paulus de Thoma nuncius et ambaxator domini regis Urosii, fecit et firmavit cum honorabili viro domino Marco Dandulo, filio bone memorie domini Johannis Dandulli(!) comite Ragusii et cum suo consilio et universitate civitatis Ragusii. In primis, quod dominus rex non faciat aliquod preceptum alicui Raguseo, quod vadat in aliquo exercitu. Item, quod nullus homo in terra domini regis poscit(!) dare alicui Raguseo innodalia de aliqua pecunia; et quod dominus rex nec aliquis Sclavus poscit accipere equos alicui Raguseo pro portare res suas, nec pro aliquo alio servicio. Item, quod dominus rex nec aliquis alius pro eo mittet carrus mercacionis nec aliquas (!) alia victualia in Briscua, in Rudinichio nec in aliis partibus sui regiminis mercatoribus de Ragusio, ad dandum dictis mercatoribus de denariis . . , seu mercacionibus per forçium. Item, quod dominus rex nec aliquis officialis suus accipiat a mercatoribus de Ragusio milium, çeram, farinam nec alia victualia, nisi pro eorum precio et ad faciendam bonam solucionem. Item, quod nullus homo domini regis bullabit domos mercatorum in mercatis domini regis, nec mercaçiones ipsorum mercatorum per domos suas. Item, quod mercatores Ragusii solvant in Rudine illud daçium, quod semper consueverunt solvere in Briscoa, et quod nulla novitas sibi facta sit. Item, quod omnes servitores mercatorum, qui caderint in aliqua pena, quod patrones eorum non constringantur ad solvendum pro servitoribus suis. Item, quod omnes mercatores de Ragusio cum eorum mercacionibus et rebus per totam terram domini regis erunt salvi et securri(!), et si aliquod dampnum factum fuerit

alicui mercatori, illud casale quod erit proximum illi loco ubi remanserunt, dampnum illud solvere debeat, et si illud casale non solveret, dominus rex solvere debeat de sua camera. Item, quod dominus rex non precipiat alicui Raguseo, quod vadat ad custodiam alicuius sui castri vel civitatis in suo regimine. Item, si aliquis Raguseus habuerit aliquam questionem cum aliquo Sclavo, quod illa questio non poscit diffiniri per curiam regalem, nisi per unum Raguseum et unum Sclavum iudices in ipsa questione. Item, si aliquod dampnum factum fuerit in vineis de Paliçe usque ad Civitatem veterem, quod dominus rex debeat solvere illud dampnum in suis yperperis MM, aut dare nobis mallefactor illius dampni. Item, quod dominus rex custodiet et manutenebit nos in illis consuetudinibus, quas semper fecit servare rex Urusius pater suus in toto regno suo. Item, quod omnes mercatores, qui vadunt in Brescova et diferant ibi doanam sicut fuit consuetum, et si nollent ibi manere et vellent venire ad alterum locum, ibi solvant doanam ubi ibunt.

Reformationes 1301.—1303 u dubrovačkom arkivu.
Libri reformationum V. 13—14.

20.

1302, 21. februara. U Veneciji.

Petar Gradonik dužd mletački traži pravdu za svoju gradjanku Diambru.

Petrus Gradonico . . . capitanio,(!) consilio et communi Tragurii amicis dilectis. Sicut meminimus, et vestram prudentiam credimus non latere qualiter per nostras litteras sepe ac sepius uos requirendo[s] duxerimus amicabiliter et rogandos, quatenus placeret vobis ad executionem deducere quandam diiudicationem, siue sententiam quandam Cecilie vxoris Drusimirii Vituri ciuis nostri, cui Cecilie ad successionem deuenit quondam Totilla eius filius pro duabus partibus repromisse ipsius Cecilie, que sunt libre 800 denariorum Venetorum ad grossum ipsi Totille competentem iure successionis predicte, reducentes Diambram relictam et commissariam ipsius Totille nomine sue commissarie in tenutam et corporalem possessionem ipsorum bonorum et possessionum ipsius Drusimirii, vt sententiatum extiterat per quemdam vestrum potestatem et suos consiliarios. Vos autem quamquam per vos capitaneum et Mattheum filium Lucii electi a vobis vestrum ambaxiatorem iuxta iudices petitionum, quibus concessimus de talibus prouidere, contentatum fuisset, dictam sententiam, siue diiudicatus cartam in bonis omnibus mobilibus et immobilibus ipsius Drusimirii, vbicumque Tragurii vel eius districtu

reperirentur, ad executionem deducere, et ipsam Diambram nomine sue commissarie predicte, seu eius procuratoris pro ea de ipsis bonis poni facere in tenutam et corporalem possessionem, dummodo non apparerent predicti Drusimirii creditores ipsius Diambre priores, et eidem breuem et summariam reddere rationem, et tamen, vt conuenerat, ciuis nostra predicta de promissis, noluistis aliquid obseruare, deducentes procuratorem ipsius Diambre per strepitum racionis, vt in talibus consumeret cetera bona sua; immo quod satis plus grauius reputemus, inhibuistis notariis vestris, qui eidem procuratori ipsius Diambre, vt dicit, quedam instrumenta protestacionis non faceret, et sub certa pena penitus non compleret, et quod peius est, ad instigationem quorumdam precepistis procuratori predicto, vt expensas cuiusdam sententie late contra ipsam Diambram, vt audiuimus, contra deum et omnem iustitiam soluere deberet, omnia inhibendo etiam eidem procuratori sub certa pena, vt de causa ipsius Diambre non se penitus impediret; nec coram vobis prosequeretur eamdem. Vnde visis rationibus omnibus ciuis nostre predicte tam iustis et apertis, et viso etiam modo et manerie, quo per vos deducitur ciuis nostra per pignorationem, contra vos et vestrates satis rationabiliter procedere volebamus; tamen discretus Dessa Damblasio ambaxiator vester multis excusationibus adinuentis per eum dictis et propositis, quas satis friuolas reputauimus, nostros iudices supradictos instanter requirendo rogauit, vt iterum ad vos mitteremus, iniungentes adverse parti, quod per aliquod tempus Tragurium veniret, commoraret et staret, quia eidem per vos fieret breue et expeditum ius et summaria ratio sine iuditii strepitu de predictis. Nos autem predicti discreti viri Desse vestri ambaxiatoris precibus annuentes propter amorem et dilectionem, que diu viguit inter nos et commune Tragurii, non sine maximo agrauamine partis aduerse iniunximus Diambre predicte, vt Tragurium veniat, seu suum procuratorem legitimum de suis iuribus informatum ibidem transmittat, qui continuo postquam ibidem aplicuerit stare debeat vsque ad duos menses recepturus a vobis, que nobis vos capitaneus facere promisistis eandem, videlicet ipsam Diabram, seu procuratorem poni facere in tenutam et corporalem possessionem bonorum ipsius Drusimirii et ipsam inductam deffendere etc., vt supra continetur ad plenum. Ea propter amicitiam et discretionem vestram iterum requirimus et rogamus, quatenus super hiis taliter vos ferre velitis, quod nostra ciuis predicta ius suum, siue commissarie sue predicte valeat assequi et habere, vt est iustum, quod erit vobis honori et nobis ad gratiam quantumcumque sit iustum, et tenebimur nihilominus vobis vestras petitiones quandocumque occurrerint merito exaudire, remoueri facientes et adnihilari omnem condemnationem et omnem processum contra pre-

ндꙋ . . . . ꙗе: н готовн сьмо, да ꙋ овон земьлн зьло се ꙋн-нн, ратн сꙋ: да стонмо зла вам н зь добнтькомь ꙋ тврь-дехь, разкѣ богоꙋ варовати, да вам прнповѣдамо, пауе промнслнте о нась, ка(ко) ꙋемо пронтн кь вамь. Мн хоꙋемо ваше рѣꙋн послꙋшатн, да мн хотемо понтн, да жалнте своега добнтька н нась, ере немо протн[1] ꙋ трьжьць босьньскнхь : богь вн да зне[2]

Original u Liber reformationum, 1301. u dubrovačkom arkivu.

Na ledjima: **о** *(mj.* **оть***)* **трьжьць кьнезꙋ.** *Manjim slovima: ». . . . ingegoro Duislao detur«*[3]. *Bilješka kancelarije: »Die Jouis XXIIII. intr(ante) madii*[4] *d(ominus) comes recepit has literas a mercatoribus de Brscoa (!) et datum fuit eis terminum ad diem primum aug(usti).«*

Jireček Spom. srp. br. 2, 22.

23.

1302, 30. maja. U Zrinu.

Ban Stepan sa sinovima poklanja zemlju izmedju Granje, Bročine i Maje oltaru sv. križa u Topuskom.

Nos Stephanus banus, Ladyzlaus et Stephanus filii eiusdem, significamus tenore presencium tam presentibus quam futuris, quod salubri uoto et intencione ammoniti, quandam terram sitam inter Grangiam, Brochinam et Mayam, ubi quondam forum fuit nostrum, emptam de filiis Rathe ac eorundem generacione iuxta continenciam priuilegii Zagrabiensis, pro pecunia nostra centum et viginti marcis comparauimus, dedimus seu contulimus et assignauimus cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis, siluis ac pratis ecclesie beate virginis Marie de Toplica et specialiter ad vtilitatem altaris sancte crucis, quod in ipsa ecclesia construi fecimus, iure[5] perpetuo et irreuocabiliter possidendam, ita, quod nec heredes nostri uel successores seu cognati aut propinqui aliquam iurisdiccionem habere debeant in possessione supradicta, set pacifice et

---

[1] Tako mj. **неможемо пронтн.**

[2] Tako mj. **дан здравне.**

[3] 1327, 13. februara malo je vijeće u Dubrovniku primilo za gradjane dubrovačke: »Pastir de Duislauo, Palme et Junius fratres et filii Gregorii Duislaui« (Liber raformationum 1325.).

[4] 24. maj 1302. bio je zbilja četvrtak.

[5] Pisano: »iuro«.

irreuocabiliter possideri debeat pro utilitate ipsius altaris per ecclesiam supradictam. Et quicumque ipsam donacionem nostram infringere niteretur, indignacione omnipotentis dei et gloriose virginis Marie ac sancte crucis aggrauetur, non valens aliquatenus violare donacionem nostram supradictam. Pro maiori eciam certitudine ipsius donacionis priuilegium capituli Zagrabiensis prescriptum super empcione ipsius terre confectum dedimus et assignauimus conuentui ecclesie Toplicensis supradicte. In cuius rei testimonium presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Zyrin, in vigilia ascensionis domini, anno domini MCCC^{0} secundo.

Iz prijepisa kaptola zagreb. od g. 1315. 15. iulii. Potonji prijepis uzet iz potvrde kralja Karla od g. 1323. 31. decembra. Potonja potvrda Karlova kao i ova listina uzete su iz kodeksa: Privilegia mon. b. virginis Marie de Toplica, no. 41. — Kodeks se nalazi u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. XI. 15.

24.

1302, 11. juna. U Hokući.

Mladen ban bosanski daje slobodu trgovanja trgovcima spljetskim.

Nos Mladinus banus Bosniensis omnibus quibus expedit. Tenore praesentium significamus universis, quod nos, diligenter consideratis et inspectis fidelitatibus et servitiis nobilium et communis Spalati obsequiose hactenus impensis et in posterum toto posse inpendendis, hanc gratiam nostram damus, donamus et confirmamus specialem: quod omnes mercatores Spalatenses per universum dominium nostrum Chroatiae et Boznae emere, vendere, comparare, mercimonia apportare et auferre libere valeant et possint. Nihilominus hi omnes [et] alii mercatores sua mercimonia in civitatem Spalatensem volentes et desiderantes apportare non careant eadem gratia nostra supradicta, quoniam ipsis mercatoribus super fidem nostram deo debitam illa repromittimus observare, super quo omnibus comitibus nostris, rectoribus, officialibus et custodibus viarum pro tempore constitutis Croatiae et Boznae per haec scripta firmiter praecipiendo mandamus, quatenus praefatos mercatores Spalatenses et omnes alios in praedictam civitatem Spalatensem cum mercimoniis venientes et redientes in nullo aliqualiter molestare, vel etiam impedire praesumatis, sed potius eisdem vestrum consilium et auxilium, si opportunum fuerit, impendatis, sub obtentu nostrae gratiae plenioris; quod si

quis vestrum ausu temerario secus fecerit, et huiusmodi mandati nostri transgressor extiterit, novit se pro certo suae personae propriae periculum incurrisse, et quia sigillum nostrum banale nondum erat paratum, praesentes antiquo nostro sigillo fecimus sigillari. Datum in Hocucha, in crastino pentecostes, sub anno domini 1302.

Lucius De regno Dalm. et Croat. Liber IV. C. XIII. p. 203.

25.

1302, 1. jula. U Ninu.

Marko biskup ninski imenuje Radoslava Lubačića iz Skradina svojim i svoje biskupije doživotnim županom.

Marcus dei gratia episcopus Nonensis nobili et sapienti viro dilecto nobis in Christo Radoslavo Lubactii de Scardona salutem in domino sempiternam. Nobis et ecclesiae gubernationi nostrae commissae placere sollicitos decet gratiae nostrae, cum facultas se offert, gratis fovere subsidiis, ut ad gratiam digne obtinendam a nobis, quam cupiunt pervenisse libere gratulentur, sitque ipsorum devotioni iucundius illa semper prosequi, per quae honor et commoda ipsius ecclesiae valeant ampliari. Sane vacante nuper in episcopatu nostro quodam officio, quod zupanatum vulgariter appellatur, consueto ab olim laicis per Nonenses episcopos praedecessores nostros, qui fuerunt pro tempore, in beneficium benivole assignari et ad collationem, provisionem ac dispositionem nostram libere pertinente. Nos attendentes tuae gratiae, devotionis ac probitatis merita, nec non accepta obsequia, quae vigilanti studio nobis et dictae nostrae ecclesiae exhibuisti hactenus et impendere poteris auctore domino continuata diligentia in futurum, ac propter hoc non tam tuae, quam eiusdem ecclesiae utilitati providere volentes, officium et zupanatum praedictum sic vacans cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, honoribus, dignitatibus, reditibus, proventibus et pertinentiis suis tibi in beneficium, quoad vixeris gratiose conferimus et providemus de illo, teque in nostrum et ecclesiae nostrae zupanum spiritualem, ut moris est, statuimus et etiam ordinamus. Volentes, ut ex nunc officio et zupanatu praedicto, omnibus iuribus, iurisdictionibus, honoribus, dignitatibus, reditibus, proventibus et pertinentiis supradictis utaris libere, prout honori et utilitati tuae ac eiusdem ecclesiae videris expedire. In praedictarum autem colla-

tionis et provisionis testimonium praesentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Nonae, kalendis iulii, anno domini 1302.

Farlati Ill. sacrum. IV. 219.—220.
Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 7. 26—27.

26.

1302, 17. jula. (U Napulju).

Dar kralja napuljskoga banu Pavlu Šubiću.

Paulus banus Croatorum pro seruitiis prestitis maxime in prosecutione negotii regni Vngarie habuit vncias auri centum annuas. XVII. iulii, XV. indictionis.

Reg. Ang. B. 120. Reg. Karoli II.
Wenzel Acta extera I. 168. Vidi br. 12. str. 14.

27.

1302, 18. jula. U Vieni.

Nikola biskup ostijski podjeljuje oprost onima, koje bi polazili crkvu sv. Platona u Zadru.

Frater Nicolaus miseratione diuina Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus dilectis nobis in Christo prioribus et conuentibus ordinis nostri Predicatorum Spalatensis, Jadrensis, Nonensis ac priorisse et sororibus monasterii sancte Marie de Melta extra muros ciuitatis Jadrensis, secundum instituta et sub cura fratrum eiusdem ordinis uiuentibus, salutem in domino. Magnifica laudisque plena sanctorum merita tanto debent a fidelibus festiuius recoli, quanto ipsorum gesta sublimia succendunt animos ad profectum, ut, quod illis contulit excellenciam sempiternam, fructibus nostre devocionis accrescat. Cum itaque ex priuilegio sedis apostolice ea, que ad nostram legacionem pertinent, extra ipsam, extra quam moramur ad presens, exercere libere ualeamus, cupientes, ut ecclesie locorum uestrorum sedulis honoribus frequententur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ecclesias ipsas in dedicacionibus ipsarum et anniuersario dedicacionum earundem nec non in beate Marie perpetue virginis, sanctorum Dominici confessoris et Petri martiris ac eciam aliorum sanctorum, in quorum honore maiora in ipsis ecclesiis

altaria constructa sunt, festiuitatibus causa deuocionis venerabiliter uisitabunt, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, ipsis quidem sollempnitatum predictarum diebus centum, per septem uero dies easdem sollempnitates immediate sequentes quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis annis singulis relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri mandauimus appensione muniri. Datum Vienne, XV. kalendas augusti, pontificatus domini Bonifacii pape VIIII. anno VIII°.

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Dominika no. 21—4.

Na listini visi ob uzici od pergamene ovalni dobro sačuvani pečat u crvenom vosku.

28.

1302, 18. jula. U Vieni.

Papinski legat Nikola daje oproste polaznicima crkve sv. Nikole u Zadru.

Frater Nicolaus miseratione diuina Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus religiosis et deo amabilibus abbatisse et sororibus monasterii sancti Nicolai Jadrensis sancte Clare, salutem in domino. Magnifica laudisque plena sanctorum merita tanto debent a fidelibus festiuius recoli, quanto ipsorum gesta sublimia succendunt animos ad profectum, ut quod illis contulit excellentiam sempiternam, fructibus nostre deuocionis accrescat. Cum itaque ex priuilegio sedis apostolice ea, que ad nostram legacionem pertinent, extra ipsam, extra quam moramur ad presens, exercere libere ualeamus, cupientes, ut ecclesia uestra in honore beati Nicolai confessoris dedicata sedulis honoribus frequentetur, omnibus uere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in anniuersario dedicacionis eius, nec non in beate Marie perpetue uirginis, sanctorum eiusdem Nicolai, Francisci, Antonii confessorum, et Clare uirginis festiuitatibus causa deuocionis uenerabiliter uisitabunt, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, ipsis quidem sollempnitatum predictarum diebus,

centum, per septem uero dies easdem sollempnitates inmediate sequentes, quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis annis singulis misericorditer relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Vienne, XV. kalendas augusti, pontificatus domini Bonifacii pape VIII anno VIII.

Original u gubern. arkivu u Zadru odio samost. sv. Nikole br. 103. — Pečat izgubljen.

29.

1302, 13. augusta. U Anagni.

Imenovanje franjevca Tome za biskupa krčkoga.

Thomae electo Vegliensi. Regimini universalis ecclesiae, quamvis immeriti, disponente domino praesidentes, de universis orbis ecclesiis, iuxta pastoralis officii debitum nos oportet sollicite considerare; sed ad eas nimirum, quas conspicimus pastorali fore solatio destitutas, eo attentioris considerationis intuitum retorquemus, quo ipsae maioribus, quae frequenter ex vocationibus earum proveniunt, incommodis exponuntur; et ideo cura reddimur indefessa solliciti, ut eis de celeris et salubris provisionis remedio succurramus, ne, quod absit, earum provisione dilata, ambulantis in circuitu lupi rapacis astutia dominicum gregem pastore carentem invadat, ovesque rapiat ac disperdat. Nuper siquidem Veglensis ecclesia per obitum bonae memoriae Matthaei Veglensis episcopi, qui apud sedem apostolicam diem clausit extremum, vacante, nos ad provisionem ipsius, ne prolixae vacationis damna subiret sollicite intendentes post vigilem, quam super hoc apposuimus diligentiam, consideratis gratiarum virtutibus a domino tibi datis, ad te ordinem fratrum Minorum professum, cui litterarum scientia, morum gravitas, vitae munditia, providentia spiritualium, et circumspectio temporalium, prout fidedignorum didicimus testimonio, suffragentur, direximus oculos mentis nostrae, quibus omnibus et aliis, quae circa praemissa consideranda novimus, debita meditatione pensatis, de fratrum nostrorum consilio, et apostolicae plenitudine potestatis, de persona tua ipsi Veglensi ecclesiae providemus, teque illi praeficimus in episcopum et pastorem, tibi curam et administrationem ipsius in spiritualibus et temporalibus committendo; in illo,

qui dat gratiam et largitur praemia, confidentes, quod eadem Veglensis ecclesia sub tuo felici regimine, dextera domini tibi assistente propitia, grata suscipiat incrementa. Jugum itaque domini leve collis humilibus, prompta devotione suscipias, et suavi eius oneri reverenter colla submittas, praedictae Veglensis ecclesiae regimen tibi commissum exercens fideliter et prudenter, ut per tuae vigilantiae studium eadem Veglensis ecclesia iugiter praeservetur a noxiis, et ad salubria, dante domino, dirigatur; tuque proinde divinam apostolicae sedis, et nostram gratiam uberius consequi merearis. Datum Anagniae, idibus augusti, anno VIII.

Farlati Illyr. sacr. V. 302. — Wadding Annal. Minor. VI. 430. — Sbaralea Bullar. Francisc. IV. 557. — Potthast Reg. pontif. no. 25.169.

30.

1302, 23. septembra. U Zadru.

Radovan sin Bratca s otoka Pašmana prodaje Mihi Martinusiću gradjaninu zadarskom neku svoju zemlju na Pašmanu.

In dei nomine amen. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo secundo, mense septembri die octavo exeunte, indiccione quinta decima, Jadere. Temporibus equidem domini Petri Gradinici (!) incliti ducis Venetorum, et domini fratris Jacobi de Folino(!) venerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comitis. Manifestum fatio per hoc presens instrumentum ego quidem Radouanus Contulinus filius condam Bratco habitator in insula Pestumani, quomodo vendo atque transacto tibi quidem Miche de Martinuscio ciui Jadrensi vnum meum de[r]rum positum in Pestumano, cuius de borea est terra Pomochma, de austro est terra et vinea Veselco, de trauersa est terra tua, et de quirino est mons comunis qui uocatur Cruna[1], cum omni longitudine et latitudine sua et cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis suis tam subtus terram quam supra terram, ut a modo in antea cum plen[a] virtute et potestate intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, vendendi, pro anima et corpore indicandi, omnemque aliam tuam uoluntatem et utilitatem et heredum tuorum ac successorum ex eo libere faciendi, nemine tibi in perpetuum contradicente; precio cuius uendicionis ego dictus Radouanus Contulinus recepi a te dicto Micha de Martinuscio libras duodecim de-

---

[1] Iznad »crua« drugom rukom napisano »n«.

nariorum paruorum, quos mihi dedisti et integre persoluisti. Unde promitto cum nostris heredibus et successoribus predictum derrum cum pertinenciis suis omnibus defensare et excalumpniare tibi dicto Miche et tuis heredibus et successoribus ab omni persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Brate Saladino et Bogdine de Cande Jaderensi et aliis.

Ego Bartholomeus de Grisogono examinator manum missi.

Ego Johannes diaconus sancte Marie maioris et Jaderensis notarius interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

31.

1302, 6. oktobra. U Čazmi.

Mihajlo biskup zagrebački oduzimlje Ladislavu zvanom Vaguth dio zemlje, pa ga poklanja Kozmi i njegovoj braći.

Mykael diuina miseracione episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod, licet Ladizlaus comes dictus Vaguth, seruiens et predialis noster Chazmensis pro eo, quod quendam seruientem suum nomine Kokos, absque omni iudicio, sed solum furore prouocatus exoculauit, nobis tamquam iudici per iudiciariam sentenciam ab vniuersis nobilibus et senioribus ecclesie nostre ad hoc conuocatis datam, in persona, possessionibus et omnibus bonis puniendus remansisset seu conuictus extitisset, et tam possessiones predicte quam res et omnia bona sua per huiusmodi sentenciam ad manus nostras deuoluentur, tamen graciose et paterno affectu eius precibus condescendentes, relicta seu eciam restituta sibi possessione maiori et rebus ac bonis suis prout nobis uisum fuit redditis, quandam modicam particulam de ipsa possessione sua metis et terminis infrascriptis separatam, quam quondam castrenses nostri possederunt, iuxta Rakythnicha in comitatu nostro Cazmensi (!) existentem, cum duabus particulis vinearum in terra eiusdem comitis Ladizlai existencium abstulimus ab eodem pro satisfaccione, quam nobis pro exoculacione supradicti Kokos facere debuisset. Ipsamque particulam sic iuste et legittime ablatam et[1]

[1] Umetnuto iznad linije.

ad manus nostras iusto moderamine devolutam, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis ac duabus particulis vinearum memoratis, Cosme filio Subrech[1] seruienti nostro, Andree et Gregorio fratribus suis, et per eos ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus ob merita suorum seruiciorum fidelium impensorum nobis et impendendorum in futurum, dedimus, donauimus iure perpetuo possidendam more et condicione predialium ecclesie nostre ceterorum, daciis debitis et seruiciis consuetis et pro tempore incidentibus in eadem particula nobis et successoribus nostris plene reseruatis. Cuius quidem mete prout Johannes clericus notarius noster, quem ad circumscribendas metas eiusdem transmiseramus, nobis reportauit hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte occidentis in molendino Peezk in fluuio Rakythnicha, deinde exit de eodem uersus orientem et per quoddam modicum potok iuxta uiam eundo peruenit ad dumum rekecya(!), sub quo est puteus, de quo flectitur uersas aquilonem in modico et cadit in predictam uiam, per quam versus orientem eundo exit de eadem uersus meridiem per quendam sulcum, et sic eundo peruenit ad dumum zyl, deinde cadit ad magnam viam, per quam uersus orientem eundo in magno spacio peruenit ad caput cuiusdam potok ubi sunt arbores byk, et ibi cometatur terre ipsius Ladizlai comitis, per quod potok uersus meridiem eundo exit de eodem uersus orientem et circuendo quoddam gay uersus meridiem cadit in fluuiumKupynnak iuxta fenetum eiusdem Cosme, per quem Kupynnak uersus occidentem eundo iuxta terram Michaelis comitis filii Andronici cadit in aliud potok paruum, per quod uersus aquilonem eundo peruenit ad caput cuiusdam putei ubi est arbor gertyan, deinde ascendit uersus occidentem per dumos auellanorum et peruenit ad arborem piri siluestrem, deinde per quoddam mege eundo cadit in uiam antiquam, in qua tendendo peruenit ad uiam magnam, per quam eundo peruenit ad fluuium Rakythnicha ubi est pons magnus, per cursum cuius eundo peruenit ad priorem metam, ac ibique terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri auttentici(!) munimine roboratas. Datum Cazme(!), in octauis sancti Michaelis anno domini MCCC° secundo, per manus discreti viri Theofili dicti puerlectoris de Posoga(!), magistri notariorum nostrorum.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 45. — Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu 1. B. IX. 167.

[1] U listini od g. 1302. 31. decembra: Sebrech.

32.

1302, 28. oktobra. U Zadru.

Grad Zadar u sporazumku sa nadbiskupom odredjuje, kako da se izabiru odbornici za upravljanje dohodaka katedralne crkve.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo secundo, indictione prima, die quarto exeunte mense octobri, Jadrae. Temporibus quidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venetiarum, et domini fratris Jacobi de Foligno venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Joannis Superancii egregii comitis. Cum inter venerabilem patrem dominum fratrem Jacobum de ordine Minorum fratrum, dei et apostolicae sedis gratia Jadrensem archiepiscopum ex una parte, et nobilem virum dominum Joannem Superantium comitem civitatis Jadrensis memoratum, nec non et dominos Stanum de Varicassis, Vulcinam de Matafaro, Jacobum Zadolin, Lampre de Civalellis, Bogde de Lourethena, Jacobum de Petrez, Simeonem de Slorado, Micham de Martinusso, Fredericum Grisogoni, et Dobrem de Begna nobiles viros et cives Jadrenses electos ad infrascripta de voluntate unanimi et consensu maioris consilii eiusdem civitatis, nomine et vice communis Jadrensis, ut pro utilitate publica et universali et pro instruenda fabrica universalis et cathedralis ecclesiae civitatis Jadrensis ex altera parte. Super eo, quod praedicti domini comes et nobiles nomine praedicto dicebant, petebant et firmiter asserebant, quod praedictus dominus archiepiscopus una cum praedicto domino comite, et ambo simul deberent eligere duos bonos et honestos viros et legales, qui reciperent et recipere deberent omnes redditus decimales, et quoscumque alios pertinentes ad refectionem fabricae beatae Anastasiae, et ipsos redditus receptos debeant facere distribui et expendi in refectionem et fabricam ecclesiae antedictae ad voluntatem domini archiepiscopi antedicti, et quod dominus archiepiscopus debeat addere duos clericos praedictis duobus laicis, qui omnes simul debeant omnia supradicta integraliter et fideliter adimplere pro utilitate fabricae ecclesiae antedictae, cum hoc fuerit sic a retroactis temporibus diutius observatum ab eo tempore, cuius initium non est in memoria hominum viventium in Jadrensi et alibi per totam provinciam Dalmatinam, et e contra, quod dominus archiepiscopus antedictus dicebat et asserebat se non teneri, nec obligatam esse ecclesiam suam ad observantiam praedictorum. Volentes praedictae partes supradictae subortum litigium et eius occasionem ad

praesens tollere, et in posterum radicitus amputare; et considerans dominus archiepiscopus antedictus, quod sic fuerat hactenus observatum, ut dictum est, ad hanc concordiam de plano pro bono pacis finaliter, sponte et unanimiter devenerunt, videlitet, quod praedictus dominus archiepiscopus solus debeat eligere et instituere duos viros legales et bonos, unum clericum et alium laicum, qui singulis annis sine contradictione aliqua ipsius domini archiepiscopi recuperent et recipiant omnes fructus et redditus decimales spectantes ad fabricam ecclesiae antedictae, et ipsos expendant in utilitate ipsius fabricae et in ipsam fabricam, prout visum fuerit esse utile domino archiepiscopo antedicto et evidenti utilitati ipsius ecclesiae; et ipsorum officium duret per annum vel etiam plus, donec fuerint revocati et remoti, seu ab ipso officio absoluti; dum tamen ipsi duo viri sic electi omni anno teneantur et compellantur per dominum comitem computare, calculare et rationem facere sibi bene et distincte de omni eo, quod ad eos pervenerit, et de omni, quod receperunt et expenderunt in fabricam ecclesiae antedictae, praesente domino archiepiscopo antedicto, si voluerit interesse; quae omnia et singula et quaelibet praedictorum venerabilis pater dominus archiepiscopus antedictus, nomine suo et ecclesiae antedictae promisit per stipulationem solemniter interpositam domino comiti, et de sumptibus antedictis firma et rata habere et tenere perpetuo, et non contra facere vel venire de iure vel de facto sub infrascripta poena; et e contra praedictus dominus comes cum sapientibus antedictis promiserunt domino archiepiscopo antedicto omnia et singula suprascripta et infrascripta firma et rata habere et tenere sub poena librarum mille denariorum venetorum parvorum; quam quidem poenam una pars alteri ad invicem et vicissim solemniter promisit, stipulationibus hinc inde intervenientibus; et voluerunt praedictae partes pro unoquoque capitulo et articulo huius contractus non servato, toties committi contra partem non observantem, et peti et exigi possit cum effectu per partem illam, quae observaverit, quoties ventum fuerit contra praedicta et infrascripta omnia et singula, vel aliquod ipsorum, et poena petita vel non exacta, vel non soluta, vel non ex viritute huius contractus omnia et singula suprascripta et infrascripta debeant per ipsas partes plenarie attendi et integraliter observari, cum obligatione omnium bonorum et redituum archiepiscopatus et communis Jadrae praesentium et futurorum, quae bona ad invicem unaquaeque pars pro altera se precario constituit possidere usque ad satisfactionem poenae integraliter faciendam pro singulis capitulis, in quibus commissa fuerit ex eo, quodaliqua partium non attenderit vel non observaverit praedicta, vel aliquod praedictorum, et cum resartione seu satisfactione totius damni et interesse factorum praedicta de causa, credendo de praedictis, et quolibet

praedictorum soli verbo partis attendentis absque sacramento et alia probatione. Insuper pars non observans praedicta vel aliquod praedictorum dedit parabolam, et plenam licentiam parti observanti praedicta, quod possit ac debeat auctoritate sua sine alicuius iudicis licentia vel decreto intrare et recipere tenutam et corporalem possessionem bonorum partis non observantis praedicta vel aliquod praedictorum, usque ad satisfactionem plenam omnium damnorum et interesse pactorum non observatorum, et poenae exactionem; et acceptam ipsorum bonorum possessionem pars, quae sic acceperit, possit retinere in solutum, si voluerit, et alteri vendere, sicut sua de parabola et plena licentia ex nunc sibi concessa ac voluntate partis non observantis praedicta vel aliquod praedictorum. Renunciaverunt insuper partes praedictae sibi ad invicem et vicissim per pactum speciale omnibus feriis et diebus feriatis, statutis et reformationibus communis Jadrae factis vel faciendis, exceptioni et probationi doli mali in factum, deceptioni, simulationi, fictioni, fraudi, beneficio in integrum restitutionis, conditioni, sine causa supplicationi et appellationi, ipsam appellationem remittendo per pactum expressum exceptioni, quod metus causa officio iudicis, porrectioni libelli, litis contestationi, privilegio fori, causae non intervenientis iustae litteris et privilegiis impetratis, et omnibus aliis suis iuribus specialibus et communibus, ecclesiasticis et civilibus, expressis et non expressis, quo vel quibus alterutra partium posset venire contra praedicta vel aliquod praedictorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus in loco fratrum Minorum conventus Jadrae, scilicet religiosis uiris providis et honestis fratre Pace ministro ordinis Minorum in Sclavonia, fratre Antonio de Pola, et fratre Nicola de Jadra dicti ordinis Minorum, et nobilibus viris domino Rizardo Quirino et domino Petro Belegno consiliariis Jadrae, et discreto viro domino Nicephoro archidiacono Jadrensi, Paulo de Basaco et Creste de Grubogna civibus Jadrae, et aliis.

Ego Benedictus de Raffaldis imperiali auctoritate notarius publicus, et praedicti ac memorati domini Joannis Superancii scriba praedictis omnibus praesens fui, et rogatus cum instantia a praedictis partibus scripsi, complevi et roboravi.

Statuta jadertina Venetis 1564. fol. 93 b—94 a, fol. 96—97. — Farlati Ill. sacr. V. 87.—88.

33.

1302. 10. novembra. U Požegi.

Pred požeškim kaptolom prodaje Nikola sin Ivana iz Lipja svoj posjed Završje za 186 maraka Ivanu sinu župana Ipolita.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posega vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Antiquorum inuenit prudencia et modernorum aprobat discrecio, vt ea, que aguntur in tempore, ne simul cum eodem elabentur, scripti patrocinio commendentur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Nicolaus filius Iwan de Lyppye ab vna parte, Johannes filius comitis Ippoliti ex altera coram nobis personaliter sunt constituti, idem magister Nicolaus confessus est oraculo viue vocis, quod ipse quandam particulam terre sue in vicinitate terre ipsius Johannis Zaworsya vocate, quam ex donacione ipsius domini sui comitis Gyleti habet adiacentem, metis et terminis infrascriptis circumdatam, Johanni filio comitis Ippoliti cum omnibus vtilitatibus suis pro centum et LXXX sex marcis promptorum denariorum viennensium, sicut dixit, plene receptis ab eodem Johanne, ex permissione et bona voluntate Nicolai, Stephani et Petri filiorum suorum ac vicinorum et commetaneorum suorum, videlicet Ipolity(!) filii predicti Ipoliti fratris prenotati Johannis vterini, ac Ladizlai filii Benedicti de Pribma[1] coram nobis personaliter astancium vendidisset iure perpetuo in heredum heredes possidendam, tenendam pariter et habendam, ita quod quicunque predictum Johannem filium comitis Ipoliti vel heredes suos processu temporum impediret vel impedire vellet, supradictus magister Nicolaus vel heredes sui expedire tenebuntur propriis laboribus et expensis. Cuius quidem terre pri[ma] meta incipit de aqua Oryaua ubi est arbor zil, inde vadit ad meridiem per quandam semitam et peruenit ad quandam magnam viam ubi est meta terrea, inde vltra magnam viam et peruenit ad quandam arborem nucis prope villam predicti Johannis Zaworsya vocata, inde per nemus ascendit ad quendam montem vbi est meta terrea, inde vadit per nemus et ascendit ad quendam alium montem, inde eciam versus meridiem eundo venit ad campum ubi est meta terrea, inde in eodem campo vertitur ad occidentem et per berch peruenit ad quendam Belicolnich, inde vadit vltra Belicolnich et per berch peruenit superius vineam Iwan Zubor dicti, vbi est arbor haas, inde versus occidentem per berch vadit et peruenit prope

[1] Jamačno: Pribina.

terram Brestowch vocatam, inde asscendit ad quendam montem vbi est meta terrea, inde vertitur ad aquilonem iuxta predictam terram Brestowch vocatam descendit ad quendam vallem, inde iuxta predictam terram Brestowch peruenit ad quendam riullum (!) Brestowch pataka vocatum, vbi est meta terrea, inde transit vltra riuullum iuxta predictam terram Brestowch vocatam vadit et peruenit ad predictam aquam Oryaua vocatam vbi est terrea meta, inde vertitur ad oryentem(!) et per eundem fluuium Oryaue vadit et peruenit ad quendam Belibreg vocatum vbi iacet magna via, inde vadit vltra Oryauam et per eandem viam versus oryentem vadit et peruenit ad quendam riuulum Lokach vocatum vbi est meta terrea, inde vadit vltra riuulum per eandem viam iuxta quendam berch et peruenit ad quoddam nemus, inde per eandem viam vadit vltra nemus et peruenit ad quoddam (!) riuulum Kouachowch pathaka dictum vbi est meta terrea, inde per eundem riuulum peruenit in fluuium predicte Oryaue, inde vertitur ad occidentem iuxta Oryauam, vadit et peruenit ad priorem metam et ibi terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam concessimus litteras nostras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum sabbato proximo ante festum beati Martini confessoris, anno domini millesimo CCC° secundo.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.095, Stara sign. N. R. A. fasc. 1505. n. 3. — Na listini visi crvena i žućkasta svilena vrvca bez pečata.

34.

1302, 21. decembra. U Cazmi.

Pred biskupom zagrebačkim Mihajlom prodaje Ladislav Vaguth dio svoje zemlje rodjacima svojim: Kozmi itd. sinovima Sebreća.

Michael dei gracia episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Ladizlao comite dicto Vaguth seruiente et prediali nostro Chazmensi ab una parte, et Cosma filio Sebrech[1] pro se et pro fratribus suis uterinis ab altera coram nobis personaliter constitutis, idem Ladizlaus comes quandam particulam terre quondam castrensium nostrorum in comitatu

[1] U list. od g. 1302, 6 oktobra: Subrech.

Chazmensi existentem, quam sibi pro fidelitatibus suis et seruiciis[1] more aliorum predialium nostrorum contulimus perpetuo possidendam, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis ac appendiciis vniuersis, et cum vna vinea bona in eadem terra existenti, preter porcionem terre Zuynar, quam cuidam excecato Kokos nomine pro effusione sui sanguinis ab eodem comite Ladizlao auferentes, primitus contulimus et per magistrum J. cantorem ecclesie nostre Chazmensis ac alios nobiles illius partis ad hoc sepecialiter deputatos fecimus certis metis limitari, eidem Cosme genero seu sororio suo, Andree et Gregorio fratribus suis uterinis et per eos heredibus heredumque suorum successoribus pro XXV. marcis plene ab eisdem habitis et receptis, vendidisse et tradidisse perpetuo et irreuocabiliter possidendam, sub metis et terminis infrascriptis, de nostra permissione et beneplacito, ac consensu omnium commetaneorum suorum est confessus iuxta libertatem et condicionem ceterorum predialium nostrorum, debitis daciis et seruiciis consuetis nobis et successoribus nostris in eadem terra plene reseruatis. Cuius quidem particule terre, prout Thomas clericus, notarius magistri Th[eofili] lectoris de Posoga prothonotarii nostri, quem ad circumscribendum ipsas metas duxeramus transmittendum nobis in scriptis reportauit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit iuxta duas arbores piri, quarum vna est cruce signata, inde ad dumos naar(!), inde girando uersus aquilonem peruenit ad paruam arborem nar, iuxta quam est dumus rekecya, et ibi cadit in uiam per quam eundo cadit in fluuium Ozladna, per cursum cuius uersus occidentem eundo peruenit ad antiquum locum molendini, de quo exit ad dumum rekecya, deinde ad duas arbores horozth scilicet et pomi, ab inde per siccam uallem uersus occidentem iuxta terram filiorum Marcelli eundo peruenit ad arborem cheradii[2], deinde reflectitur uersus occidentem et per quoddam barazda iuxta arbores nucum eundo cadit in Zuhodol, ubi est arbor gertyan, deinde eundo parum ad uiam, per quam uersus aquilonem circuendo iuxta terram Jwahim peruenit ad duas arbores gertyan, deinde cadit in fluuium Stychnak, contra cursum cuius eundo exit ad arborem piri, que est iuxta magnam uiam, per quam uersus meridiem in bono eundo terram Gurys ad dumos auellanarum, ab inde similiter uersus meridiem in magno spacio eundo peruenit ad arborem nar, deinde adhuc uersus meridiem eundo peruenit ad duas arbores nar, deinde adhuc uersus meridiem in magno spacio eundo commetatur terre Dyonisii filii Cheh, deinde reflectitur uersus occidentem et per aliam magnam uiam eundo in magno spacio commetatur terre Johannis filii Nouak, et de ipsa via exit per quoddam mege ad

[1] Slijedi precrtano: suis.

[2] Mjesto: cherasi.

unam arborem piri cruce signatam, de qua modicum eundo peruenit ad metam antedictam. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri autentici munimine roboratas Datum Chasme, in festo beati Thome apostoli, anno domini MCCC⁰ secundo, per manus eiusdem discreti viri magistri notariorum nostrorum.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 46.
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

35.

1302.—1303.* U Trogiru.

Zaštita Diambre mletačke podanice.

Cum dominus Romanus de Stenis capitaneus ciuitatis Tragurii precepisset Gregorio Salinguerre ciui Traguriensi, quod non molestaret seu inquietaret commune et homines Tragurii procuratorio nomine, seu sindicario dicte Diambre de Parentia, nec alicuius alterius persone, sub pena et banno D. denariorum librarum venetorum paruorum, et supradictus Gregorius spreto precepto supradicti domini capitanei nihilominus sicut procurator dicte Diambre coram domino duce Venetorum et eius offitialibus, et coram supradicto domino capitaneo et consiliariis communis Tragurii cotidie molestet litibus et sumptibus dictum commune inquietando; vnde cum hec sit res mali exempli precepta domini capitanei spernere, et taliter commune Tragurii illicite grauare, dictus dominus capitaneus condemnat supradictum dominum Gregorium Salinguerre in denariis libras denariorum veneticorum paruorum dandis et soluendis vsque ad decem dies sub pena quarti, et si aliquis presumpserit in consilio seu coram offitialibus vel capitaneo dicere seu tractare contra hanc condemnationem in fauorem supradicti Gregorii Salinguerre ciuis Traguriensis, quod ex nunc, prout ex tunc eos et quemlibet eorum in libras C veneticorum paruorum condemnat, et hoc facit ex vigore sui arbitrii et omni iure, quo melius facere potest, et si ob hoc damnum aliquod pateretur commune Tragurii, quod dictum damnum sit supradicti Gregorii et eius matris domine Dessacie. Cum dominus Romanus de Stenis de Padua capitaneus ciuitatis Tragurii comisisset Dragovano riuario communis Tragurii, quod poneret dominum Doricum de Parentio in tenutam et possessionem bonorum quondam domini Drusimirii procuratorio nomine domine Diambre de Parentio secundum formam litterarum missarum per dominum ducem Venetorum, et Gregorius Salin-

* Vidi listinu br. 20.

guerre ciuis Traguriensis fraudulenter falso et malo modo induxisset Dragouanum antedictum ad accipiendum tenutam de bonis domine Bunne vxoris quondam domini Jacobi de Tragurio, videlicet de tribus paratineis positis in ciuitate Tragurii iuxta Gausignam comitis Marini, iuxta Symeonem comitis Marini, iuxta viam publicam, vel alia altera excedendo formam commissionis date per supradictum dominum capitaneum; vnde cum hec sit res mali exempli excedere fines mandati et maliciose nuncium seu riuarium communis Tragurii corrumpere et fraudare dicendo dolose, quod sumpte paratinee fuerant de bonis et ex bonis quondam Drusimirii, quod verum non est, reperitur, immo fuerunt et sunt in bonis et de bonis supradicte domine Bunne, vt patet per publica instrumenta et legitimas rationes, et constat nobis dictum Gregorium dixisse dictas paratineas fuisse dicti Drusimirii, et assertione et relatione dicti Dragouani riuarii, supradictus dominus capitaneus condemnat dominum Gregorium Salinguerram in libris 200 veneticorum paruorum dandis et soluendis comuni Tragurii, et quod si aliquis ciuis Tragurii dixerit siue tractauerit aliquo tempore infringere seu reuocare dictam condemnationem ex nunc, prout ex tunc, quemlibet eorum in libris 100 condemnat, et hoc facit ex vigore sui arbitrii et omni iure, quo melius facere potest, et si ob hoc damnum aliquod pateretur comune Tragurii, quod dictum damnum sit supradicti Gregorii et eius matris domine Dessacice Tenor vero publicacionis ipsarum condemnationum et aliarum sub sumpta in titulatione repertarum talis est. Late et pronunciate fuerunt dicte condemnationes siue sententie condemnationum per dictum dominum capitaneum in palatio communis Tragurii sedendo pro tribunali, et lecte per me Antonium notarium dicti domini capitanei sub anno domini 1302., indictione 15., Vngarie regno vacante, tempore venerabilis patris domini Liberii episcopi Traguriensis, venerabilis domini Georgii de Birberio comitis, et dicti domini capitanei ciuitatis Tragurii, die 20. mensis maii, presentibus domino Dessa Amblasii, Duymo Domiche, Siluestro Mingaz, Petro Duymi et Francisco domini Valentini testibus.

Quas condempnaciones domini Gregorii ego Siroctus notarius cancellaui die 15, novembris, sub anno domini 1303, indictione I., mandato domini Beuenuti Tressii capitanei Tragurii et consilii generalis, scriptum per me dictum notarium tempore dicti domini Benuenuti capitanei in palatio Tragurii presentibus dominis Dessa Amblasii, Duymo Domiche, Nicola Kasocti, Petro Duymi, Gregorio domini Lucii, Daniele Jacobi, Matteo Zori, Cipriano Marini, et pluribus de dicto consilio, aliisque; et hec cancellatio facta in consilio generali presentibus dictis testibus rogatis et in presentia dicti domini Benuenuti capitanei.

Lucius Memorie di Traù. 143.—144.

36.

1302. U Srijemu.

Dubrovački trgovci javljaju svojoj oblasti, da se ne mogu radi neprilika ratnih vratiti kući.

Allo nobile et al savio misser Marco Dandollo honorado conte de Ragusa, et alli çudesi et alli consileri de la deta çita, Priasni de Ranena et Volço de Babal et Dragomilo et Marin de Covaço, mercadanti che dimorano in Sremo salute et con inclinamento. Con ço sia che nuy avemo inteso, che la vostra sinoria a fato comandamento, che li mercadanti Ragusei vena a Ragusa in termino per meço Çuno, per la qual cosa nui volsemo esser al termino et auanti de lu termino, che non avemo in queste parte de che far, con ço sia che nuy semó parilari per venir a Ragusa et obedir a li vostri cómandamenti. Con ço sia che a nuy multo se serade le vie, si chome la vostra sinoria lo po saver Per terra de re Uroso non podemo pasar, eçiam per Bosna non podemo per la volunta che poura lo ban Mladeno et Stefano bano, si se acore cum lu bano Mladeno, stando a li confini per la Drina, si che a nuy este multo serade le vie. Pla[qua] a la vostra nobilitade et a la descricion a pensar sopra ço et intender a la nostra legitema scusa et plaqua a la vostra senoria annuir a prolonger lu termino, aço che poçamo a salvamento venir.

(Iz vana). Al nobile et savio misser Marco Dandollo honorado conte de Ragusa, et a li çudesi et consileri.

Elongatus fuit terminus ipsis mercatoribus ad diem primum augusti

Reformationes 1301.—1303. u dubrovačkom arkivu.
Libri reformationum V. 27.

37.

1303. 31. januara. U Zadru.

Dobrača udova Simeonova prodaje Agapi de Gardamello vinograd u Cerodolu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo secundo, indicione prima, mense ianuario die vltimo, Jadre.

Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi de Folino venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comitis. Fateor ego Dobraçça relicta Simeonis pestrinarii ciuis Jadartina, quomodo cum asensu(!) et voluntate Rigi nepotis mei vendo, do, dono atque transacto tibi quidem Agapi de Gardamello relicte Çeni filii condam Teodori ciui Jadartine vnum gonayum de vinea mea posita in Cerodollo: de borrea iuxta vineam Dobre de Dragouanne, et de trauersa iuxta vineam meam, et de austro similiter iuxta vineam meam, et de quirina iuxta vineam tuam; cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subter terram quam supra terram et cum omnibus arboribus in eo natis et plantatis, a modo in antea cum plena virtute et potestate intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, posidendi,(!) vendendi, donandi, alienandi et pro corpore et anima indicandi et quicquid inde tibi tuisque heredibus et successoribus libere et perpetuo placuerit faciendi absque alicuius persone contradictione. Precio cuius vendicionis ego prenominata Dobraçça recepi a te prefata Agapi libras viginti sex denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde ego suprascripta Dobraçça cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi suprascripte Agapi tuisque heredibus et successoribus predictum gonayum vinee cum omnibus suis habentiis et pertinenciis excalumpniare et deffensare in ratione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, silicet(!) Simone de Bonfançino et Philippo fratre Elie sartoris Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Madius Galellus de Cerna examinator manum misi.

Ego Creste de Tarallo Jadrensis notarius hiis interfui rogatus, vt audiui scripsi, compleui et roboraui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVII. no. 393.

38.

1303, 5. februara. U Lateranu.

Notarski prijepis listine Bonifacija VIII. pape nadbiskupu zadarskom, o osnutku biskupije i imenovanju prvog biskupa šibeničkog.

In nomine domini amen. Hoc est exemplum seu transumptum quarumdam litterarum repertarum in regesto sanctissimi patris et domini nostri, domini Bonifacii diuina prouidentia pape VIII., pontificatus eius anno quarto. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina pape Bonifacija VIII. od g. 1298. 1. maja).* Et ego Paulus Roccani de colle Vitulo Reatine diocesis publicus imperiali auctoritate et nunc venerabilis viri domini Johannis domini pape camerarii notarius, predictarum litterarum tenorem prout in predicto regesto contineri vidi, ita hic de uerbo ad uerbum nil addens vel minuens, quod substanciam mutet in aliquo uel uariet intellectum, fideliter transscripsi et exemplaui, ipsumque transumptum in presencia eiusdem domini camerarii cum prefato regesto una cum discretis viris Manno de Casiluerio clerico et familiare dicti domini camerarii, ac Thomasio Raynaldi Cunini de Reate viro litterato testibus ad hec rogatis diligenter ascultaui, et quia utrumque concordare inueni, ideo ipsum transcriptum de mandato, auctoritate et decreto ac licencia ipsius domini camerarii in hanc publicam formam redegi, meoque solito signo signaui. Idemque dominus camerarius ad maius testimonium huic instrumento suum mandauit sigillum appendi. Actum Laterani in hospicio ipsius domini camerarii, sub anno domini millesimo trecentesimo tercio, indictione prima, mense februario die quinta, pontificatus domini Bonifacii pape VIII. anno nono.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 31.
Na uzici od pergamene visi ovalni pečat utisnut u crvenom vosku.

39.

1303, 24. aprila. U Čazmi.

Kaptol čazmanski uredjuje posjed opata glogovničkoga u Opatovcu.

Nos capitulum ecclesie Chasmensis damus pro memoria, quod Johannes prepositus ecclesie beate Marie virginis de Jerleu, ac Posa nobilis de Beel ab una, ex altera vero Geynein prepositus ecclesie beate Marie virginis de Golgoncha coram nobis personaliter constituti, prefati videlicet dominus Johannes ac Posa vive vocis ministerio confessi sunt in hunc modum, quod quandam particulam terram ad possessionem Apatholch pertinentem, signanter de magna via que transit de possessione Apatolch usque ad partem orientalem ad fontem Straziche, sicut in tenoribus privilegialium capituli ecclesie Vesprimiensis contineretur, ad fontem Zadorcuta, de fonte vero ad unum monticulnm Halum vulgariter nominatum, secundum modum, estimacionem more prediali prefato Genyn(!) preposito singulis annis in tribus marcis denariorum, cum quinque pensis computando dedissent et contulissent, imo dederunt et contulerunt iamdicto preposito ac ecclesie sue tali condicione interposito, quod predictam pecuniam singulis annis in octavis festi beati Georgii martiris idem prepositus ac ecclesia sua in capitulo coram nobis solvere teneretur, ut prenominatus prepositus de Golgoncha personaliter assumente(!) coram nobis, tali modo, quod si predictam solucionem negligeret aut minus curaret, extunc prefatus Genyn prepositus seu ecclesia sua sue(!) quotannis solvere non curaret, tot annis in duplo solvere teneretur, terram vero predictam resignare aliquali contradiccione non obstante teneretur, si vero resignare differret vel contradiceret, extunc ante litis ingressum in quinquaginta marcis denariorum convinceretur eo facto. In cuius rei memoriam concessimus literas nostras patentes sigillo pendenti nostro consignatas. Datum in festo beati Georgii martiris, anno domini millesimo CCC° tercio.

Original u ark. grofova Batthyány u Körmendu. Na listini visi ob uzici od pergamene ulomak pečata.

Ovdje se nalazi i listina kapt. čazmanskog od g. 1316. 4. maja, u kojoj »frater Herricus ordinis Praemonstratensis prior ecclesie b. Marie virginis de Jerleu in persona domini sui Stephani prepositi de eadem Jerleu« protestira, što nije Nikola glogovnički prepošt platio najam utvrdjen u gornjoj listini od g. 1303.

Zala vármegye története I. p. 121. no. 88.

40.

1303, 21, maja. U Napulju.

Vraća se zaplijenjena u Apuliju ladja Dubrovčaninu Marinu Gučetiću.

Nalaže se, da se trgovcu dubrovačkom Marinu Gučetiću (»Marinus de Csozo de Ragusia, de pertinentiis Venetiarum«) *povrati ladja imenom sveta Marija, natovarena* »vegetibus plenis oleo 1070 et cassiis undecim corallorum«, *koju je nepravedno zaplijenio opći inquisitor napulijski, kad je plovila* »ad terram Candide, de pertinentiis Cretensis insule«.

To isto se nalaže 25. maja i 10. septembra.

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 62. — Rački Rad. XVIII. 225.

41.

1303, 30. maja. U Anagnii.

Bonifacij VIII. papa daje povlast nadbiskupu koločkom, da progoni heretike bosanske.

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Stephano archiepiscopo Colocensi salutem et apostolicam benedictionem. Tuis et venerabilium fratrum nostrorum Benedicti Vesprimiensis, Michaelis Zagabriensis et Theodori Jauriensis episcoporum, tuorum et Strigoniensium suffraganeorum, ac dilectorum filiorum Thome Strigoniensis, Dominici Waciensis et Nicolai de Castro ferreo Jauriensis diocesis prepositorum, ac Stephani archidiaconi Transilvane ecclesiarum, tue et Strigoniensis provinciarum, apud sedem apostolicam constitutorum precibus annuentes, fraternitati tue, de qua gerimus fiduciam in domino specialem, presentium auctoritate mandamus, quatenus, quicquid inveneris per nobiles, comites et barones ac alias seculares personas illarum partium in tuum et eorumdem episcoporum, prepositorum et archidiaconi preiudicium temere attemptatum, postquam tu et iidem episcopi ac prepositi et archidiaconus ad vocationem nostram pro quibusdam regni Ungarie negotiis apud sedem predictam promovendis et expediendis iter arripuistis ad sedem veniendi prefatam, in statum pristinum revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, com-

pescendo. Non obstantibus tam nostra, qua cavetur, quod, cum eiusdem diocesis fuerint actor et reus, extra ipsam causa non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem, neue reus alterius diocesis ultra unam dietam a finibus sue diocesis ad iudicium evocetur, quam de duobus dietis edita in concilio generali constitutionibus, dummodo ultra tertiam vel quartam extra suam diocesim auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, seu si aliquibus sit a sede apostolica indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem. Datum Anagnie, III. kal. iunii, anno nono.

EIDEM.

Ad extirpandam ubilibet pestem letiferam heretice pravitatis tanto solertius opem et operam impertimur, quanto illa vehementius displicet votis nostris utpote perniciosius pericula pariens animarum, que totis desideriis evitamus. Cum itaque, sicut ex relatione didicimus fidedigna, in banatu Boznensi et aliis diversis partibus Colocensis provincie circa maritimas huiusmodi pravitas consueverit admodum pollulare, nos ad eius exterminium iuxta officii nostri debitum sollicite intendentes, et de tue circumspectionis industria gerentes in domino fiduciam pleniorem, fraternitati tue procedendi auctoritate nostra iuxta canonicas sanctiones contra hereticos et patarenos, credentes et receptatores ipsorum partium predictarum, et si opus fuerit, adversus eos brachii secularis auxilium invocandi plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum ut supra.

Theiner Monum. Hung. I. br. 635. str. 395. Iz reg. orig. an. IX. ep. 162. — Pray Hier. P. II. 427. — Katona Hist. crit. VIII. 55. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 5, 1, 136—137. — Potthast Reg. pontif. no. 25.248, 25.249.

42.

1303, 31. maja. U Anagnii.

Bonifacij VIII. papa poziva pretendente za prijestolje u Ugarskoj i Hrvatskoj pred svoj sud.

De plenitudine potestatis in apertam contumaciam eorumdem Bohemiae regis et filii, in praesentia praelatorum et plurium cappelanorum familiarium nostrorum, et aliorum in consistorio vocatorum, praesentibus eorumdem Bohemiae regis et filii nunciis ac excusatoribus suprascriptis,

de fratrum nostrorum consilio decernimus, definimus, declaramus et volumus, quod praedicta Maria in toto ipso regno Hungariae et pertinentiis suis omnibus, ac ubique terrarum regina Hungariae, et dictus Carolus rex nuncupentur apertis labiis, scriptionibus vulgatis, et in documentis publicis titulentur; quodque praelati, clerici cuiusque dignitatis etc. religiosi et alii cuiuscunque ordinis, nec nón comites sive bani etc. dictis regni Hungariae reginae et regi nepoti, tamquam eiusdem regni Hungariae reginae ac regi legitimis parere et intendere etc. procurent. (Antea vero de regibus et episcopis per legatum citatis ad curiam Romanam haec praefatus fuerat) eodem legato praedictos regem et filium, ac Carolum legitime citante, sicut per ipsius litteras et verbum postea nobis evidenter innotuit, ac adveniente peremptorio termino in ipsa citatione statuto, praefata regina Siciliae intimato iam sibi ex parte nostra per alium, quod ipsa etiam, si sua interesse putabat, in memorato termino compareret; et iam dictus Carolus per procuratores idoneos sufficienter instructos, tamquam devotionis et obedientiae filii comparuerunt cum debita reverentia coram nobis, venerabilibus fratribus nostris S. archiepiscopo Colocensi, M. Zagrabiensi, T. Jauriensi et B. Vesprimiensi episcopis, ac dilectis filiis nonnullis archidiaconis et praepositis de ipso regno Hungariae ex praefatae citationis vigore comparentibus similiter cum eisdem. Iam dicti vero Bohemiae rex et natus non comparuerunt per se vel per alium in termino praefinito, nec postea, sed sub cuiusdam palliationis astutia excusatores miserunt etc. Datum Anagniae, secundo kalendas iunii, pontificatus nostri anno IX.

Farlati Illyr. sacr. V. p. 388.—389. ima samo izvadak, koji je nama dostatan. — Raynaldi Ann. ad an. 1303. §. 17. — Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 67. — Theiner Mon. Hung. I. 397. br. 635 i Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 162 no. 19. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1, 121. — Potthast Reg. pontif. no. 25.252.

43.

1303, 11. juna. U Anagnii.

Bonifacij VIII. papa nadbiskupu koločkom i biskupu zagrebačkom, da proglase papinsko pismo u korist kralja Karla Roberta.

Bonifacius episcopus servus seruorum dei. Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Colocensi, ac . . . Zagrabiensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Super regno Ungarie ab olim scandalo et contentione subortis inter carissimum in Christo filium nostrum Wenceslaum

Boemie regem illustrem et dilectum filium nobilem virum Wenceslaum, natum ipsius ex una parte, et carissimos in Christo filios nostros Mariam Sicilie et Ungarie reginam et Carolum ipsius nepotem eiusdem Ungarie regem illustres ex altera, ad tollendam materiam contentionis et scandali, et secundum officii nostri debitum reddendo iustitiam, pronuntiavimus et diffinivimus, prout infra sequitur et declaratur aperte, de fratrum nostrorum consilio et assensu, ipsius pronuntiationis et diffinitionis totali serie inserta presentibus, que tenoris est per omnia et continentie subsequentis: Bonifacius episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Spectator omnium, cunctorum prescius etc., (ut supra in nro. DCXXXV. usque in finem). Licet igitur ipsa prefinitio temporis et dilatio quadrimestris, impositio silentii, iurisdictionisque negatio, et totius prescripti processus series, quem in audientia publica legi iam fecimus, in notitiam dictorum Boemie regis et filii, sicut etiam supra exprimitur, debito tempore possint rationabiliter et de facili pervenire; quia tamen Romana mater ecclesia in suis actibus veritatem prosequens, lucem amans, de suis processibus libenter removet quodlibet captiosum, volumus et fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum ipsius nostre pronuntiationis diffinitionisque seriem et tenorem in locis et terris vicinioribus, magisque propinquis regi Boemie ac filio memoratis divulgetis et publicetis solemniter, vel divulgari seu publicari per alios aut alium, sicut expedit, legitime faciatis; ita quod prefati Boemie rex et natus de premissis ignorantiam non valeant allegare, facientes fieri de divulgatione et publicatione pretactis scripta competentia publica, que nobis et sedi apostolice destinetis. Datum Anagnie, III. idus iunii, anno nono.

Theiner Mon. Hung. I. no. 638, str. 400—401. — Iz Reg. an. IX. de curia ep. 34. — Palacky Litterarische Reise nach Italien p. 51. — Erben Reg. Bohem. II. 847. — Potthast Reg. pontif. no. 25.263.

44.

1303, 19. juna. (U Napulju.)

Dozvola izvoza žita iz Apulije.

Karlo II. kralj napuljski, dopušta »Vito Farrensi et Braciensi episcopo«, »extrahere de portubus Apulie ducentas salmas frumenti«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 67. — Rački Rad XVIII. 225.

45.

1303, 26. juna. (U Napulju).

Karlo kralj napuljski nalaže svojim oblastima, da zaštite poslanike iz Ugarske i Hrvatske.

Scriptum est magistris portulanis et procuratoribus curie in Apulia. Cum reuerendi patres . . . archiepiscopus Collocensis(!), et . . episcopus Zagrabiensis, ac discretus vir . . . archidiaconus Transiluanus de partibus Vngarie redire intendant ad partes illas ad presens: fidelitati vestre precipimus, quatenus statim receptis presentibus vas vnum uel plura eis pro huiusmodi eorum redditu oportuna de quacunque fiscali pecunia ratione officii vestri existente vel futura per manus vestras conducatis instanter, et cum ipsis eos cum eorum familiis, arnesiis, equis triginta, et rebus pro huiusmodi eorum transitu necessariis pro vsu eorum et equorum suorum, de quocunque licito portu iurisdictionis vestre uoluerint transfretare ad partes Sclauonie, libere permittatis etc. XXVI. iunii, I. indictionis.

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 14. — Rački Rad XVIII. 225. Wenzel Acta extera. I. 170.

46.

1303, 4. jula. U Klisu.

Juraj Bribirski knez gradova dalmatinskih očituje, da zemljište Podmorje pripada zemljištu trogirskom.

Nos Georgeus de Berberio civitatum maritimarum Dalmatie comes universis presentes litteras inspecturis notum facimus, dicimus, asserimus et confitemur, totum territorium de Podemorie, videlicet a metis et confinibus positis et determinatis inter territorium Spalatense et territorium Traguriense versus Tragurium esse communis Traguriensis, ipsumque commune Traguriense gratis et amore nobis dictum territorium concessisse ad usufructuandum solumodo; illudque dicimus, asserimus et confitemur a dicto communi gratis recepisse ad usufructuandum illud in vita nostra tantum. Et in ipsius territorii dominio commune tempore concessionis predicte de dicto territorio nobis facte possessione asse-

rimus et confitemur invenisse, in ipsum commune semper fuisse et esse in possessione proprietatis territorii supradicti, quamvis ipsum usufructuemur ex concessione communis ipsius. Quapropter volentes iuri dicti communis, seu dicto communi super dicto territorio in aliquo preiudicare, sed ipsum commune et ius eius, quod habet in ipso territorio, quia tenemur quoad deum et mundum integre conservare, totum dictum territorium post nostrum obitum, et ante si nobis videbitur ex nunc prout ex tunc ipsi communi damus et restituimus, ut dictum commune ipsum territorium habeat, teneat, possideat et quidquid sibi placuerit de ipso facere possit, sicut de re sua propria; exceptione et contrarietate iuris et facti qualibet longe pulsa; salvo et reservato nobis, quod dictum territorium usufructuare possimus in vita nostra tantum; nisi nobis placuerit ante nostrum obitum ipsum territorium restituere communi predicto; quod in nostro beneplacito reservamus de restituendo illud in vita nostra, vel non. Mandantes has litteras nostri sigilli pendentis munimine roborari, ac etiam ad maiorem et clariorem evidentiam huius negotii manu infrascripti notarii muniri. Datum in castro Clissi, in camera dicti domini comitis, die 4. mensis iulii, sub anno domini a nativitate 1303., indictione 1., tempore domini Boniffacii pape 8, presentibus domino Firmino canonico Traguriensi, domino Marino archipresbytero dicti castri, magistro Conrado de sancto Alpidio medico suprascripti; dominis comita magistro Thoma de Ferraria, et magistro Cusma notario dicti domini comitis Georgii testibus rogatis.

Et ego Siroctus Petri de Ancona imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui, et mandato dicti domini comitis Georgii scripsi et publicavi.

Lucius Memorie di Traù 144.—145. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 6. p. 6—7.

47.

1303, 5. jula. U Zadru.

Ivan Salsa glasonoša zadarske kurije izjavljuje, da je na dražbi prodao sav posjed Dimencije udove Leonarda Mihe na otoku Pašmanu Mihi Zadulinu za 300 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tercio, die quinto intrante mense iulio, indiccione prima, Jadere. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri

Fuscarini egregii comitis. Testificans testificor ego Johannes Salsa Jadrensis curie preco et riuarius in salute anime mee et in ueritate que Christus est dico, quomodo habito uerbo et licencia a prenominato domino comite eiusque iudicibus et curie ad preconizandum et incantari faciendum omnes possessiones Diminçie relicte condam Leonardi Mich[aelis] ciuis Jadrensis positas in insula Postumani pro debito librarum denariorum veneticorum paruorum ducentarum et sexaginta et pro dupplo, in quibus dicta Dimenzia(!) soluere tenebatur Miche Martinuss[io] ciui Jadrensi per publicum instrumentum. Confines maioris pecie vinee et terre dictarum possessionum hii sunt: de borea, trauersa et austro est via puplica, et de quirina possidet Mira relicta condam Francisci de Gugo, de quibus confinibus constitit per Grisogonum de Orni[n]te[n]di patrem dicte Mire confines vnius ortus(!), de borea est via puplica(!) et de trauersa partim possidet Damianus de Çigay, de quibus confinibus constiti(!) per predictum Damianum confines cuiusdam alterius vinee: de trauersa via puplica, et de borea vinea Petri de Slorado, et si qui alii sunt confines ad huc quicquid dicta Dimencia tenebat, habebat et possidebat, ibidem ad instanciam et peticionem dicti Miche Martinussii possessiones predictas et quicquid dicta Dimencia tenebat et possidebat ibidem cum pertinenciis et habenciis suis omnibus et que sibi pertinere possunt tam subter terram quam supra terram preconizaui per plateas Jadere in locis consuetis alta uoce dicendo, quod offerenti darentur et deliberarentur; et cum per plures dies hoc fecissem, tandem presentauit se Micha filius Jacobi Çadul[ini] ciuis Jadrensis offerens se daturum de possessionibus ipsis libras denariorum veneticorum trecentas; iterum eciam per vnum mensem et ultra possessiones ipsius omnes preconizaui dicendo, si aliquis uellet exinde dare ultra precium iam promissum, quod sibi daretur et deliberaretur, et cum nullus appareret, qui uellet plus exinde dare nec eciam tantum, seruata eciam omni sollempnitate, que solet in talibus obseruari, videlicet çedula una ligata estitit(!) in columpna logie Jadrensis, in qua scripte erant dicte possessiones cum suis confinibus, et per me riuarum per sollempnes ecclesias Jadrenses duobus diebus dominicis more solito proclamatum, tandem de mandato et licencia prenominati domini comitis presente ibidem vno de suis iudicibus, videlicet Çançio de Calci[n]a possessiones omnes, quas dicta Dimencia habebat et possidebat ibidem cum pertinenciis suis omnibus sub logia Jadere dedi, uendidi et deliberaui eidem Miche Çadulino pro quantitate pecunie supradicta librarum trecentarum, quas integre et plene persoluit Miche Martinussio supradicto; quare de cetero dictus Micha Çadulino cum heredibus et successoribus suis plenam et liberam habeat potestatem ipsas possessiones omnes intromittendi, tenendi, possidendi, uendendi et

pro anima et corpore uoluntatem suam omnimodam faciendi. Et hec omnia ita esse testificor coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Catharino filio olim Marini Gyrardo et Jacobo filio olim Michaelis de Sgagno ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopisi.)

Ego Petrus Foscarino comes Jadrensis manum missi.

† Ego Desa De Fafogna yudex(!) manum missi.

Ego Damianus de Slurado(!) iudex manum missi.

Ego Johannes Qualis imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus pro Çancio de Calcena(!) iudice scribere ignorante rogatus ab eo manum missi.

Ego presbiter Guilelmus Castren[sis] canonicus et notarius Jadrensis predictis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1303.

Na hrptu savremena ili nešto kasnija bilješka: »Instrumentum breuiarii incantus vinearum et terrarum positarum in Pismano in vila magna.«

48.

1303, 30. jula. U Čazmi.

Kaptol čazmanski svjedoči, da je proglašena bulla papinska protiv českoga kralja Vjenceslava.

In nomine domini amen. Anno eiusdem M. CCC. III., indictione prima, III. kalendas augusti, venerabiles patres St. miseratione divina archiepiscopus Colocensis, et M. eadem miseratione episcopus Zagrabiensis coram nobis capitulo Chasmensi personaliter constituti, litteras cum vera bulla sanctissimi patris et domini, domini B. divina providentia pape VIII. pronunciacionem, diffinicionem, seriem et tenorem seu declarationem iuris domine Marie Iherusalem, Sicilie et Hungarie regine et Karuli nepotis sui, Hungarie regis illustris, quod in eodem regno Hungarie iure successionis habere debuerunt, continentes, perlegi fecerunt, pronunciaverunt et publicaverunt sollemniter, presentibus clero, religiosis, nobilibus, incolis, civibus, populis et . . . hominibus eiusdem civitatis . . . et provincie ad hoc convocatis, ne Vencezlaus Boemie rex illustris, W.

natus eius super ipsis pronunciacione, diffinicione, publicacione ac sentencia huismodi, et prefixione termini quatrimestris super proprietate iuris, quod in regno Hungarie habere se credebant et credunt, secundum tenorem earundem litterarum papalium eisdem assignati, ignoranciam valerent allegare: ipsique venerabiles patres de pronunciacione, diffinicione et publicacione premissis, iuxta mandatum apostolicum suum executi officium a nobis pecierunt, ut super ipsis pronunciacione, diffinicione et publicacione sollempniter peractis litteras ipsas apostolicas de verbo ad verbum transcribendo nostras testimoniales litteras emanare faceremus, quarum quidem litterarum apostolicarum tenor talis est: Bonifacius episcopus etc. Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Colocensi ac . . . Zagrabiensi episcopo etc. (ut supra nro. DCXXXVIII.) Datum Anagnie, III. idus iunii, pontificatus nostri anno nono.

Nos igitur ipsis venerabilibus patribus tanquam executoribus et publicatoribus pronunciacionis, diffinicionis, declaracionis et sentencie per ipsum supremum pontificem ordine premisso factis, et eorum peticionibus devote et attente obtemperantes, prefatas litteras tanquam veras et iustas, non cancellatas, nec alicuius littere vicio deformatas, de verbo ad verbum transcribi et nostris litteris testimonialibus inseri fecimus, ac super pronunciacione, publicacione et divulgacione premissis litteras testimoniales in signum rei evidencioris eisdem concessimus appensione sigilli nostri communitas.

Ego Johannes cantor eiusdem ecclesie Chazmensis huic publicationi et denunciationi interfui, manu propria subscripsi, sigillum meum apposui.

Theiner Mon. Hung. I. br. 641. str 402.—403. Iz instrumenta miscellanea an. 1303. no. 3. To isto svjedoči i kaptol bosanski. Ibidem br. 642. str. 403. Iz istoga izvora no. 10.

49.

1303, 1. augusta. (U Napulju).

Dozvola odvoza žita iz Apulije.

Karlo II. kralj napuljski dozvoljuje »Domaldo comiti Scardoni« *izvesti iz Apulije* »salmas frumenti trecentas«.

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 51. — Rački Raa. XVIII. 226.

50.

1303, 2. augusta. (U Napulju).

Pavlu banu dozvoljuje se izvoz žita iz Apulije.

Paulus banus in commutatione annuarum centum vnciarum auri concessarum sibi pro seruitiis in prosecutione negotii regni Vngarie, habet licentiam extrahendi salmas frumenti mille in omni anno, II. augusti, prime indictionis.

Reg. Ang.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 40. — Rački Rad XVIII. 226. Wenzel Acta extera I. 170.

51.

1303, 9. augusta. (U Veneciji).

Petar Gradonico dužd mletački opet se zauzimlje za svoju podanicu Diambru.

Petrus Gradonico . . . . sicut non credimus vos latere, qualiter pridie nostras preces et litteras transmisimus continentes, vt placeret vobis omne bannum et processum et condemnationem latam et factam indebite per vos et per predecessores vestros contra Gregorium Vituri ciuem nostrum dilectum pro eo, quod rationes Diambre relicte et commissarie Totille filii quondam Drusimirii Vituri fidelis nostri manutenuit coram vobis, et pro ea in parte suum obtentum obtinuit adnihilare et cassare, siue adnihiiari facere et cassare, vt iustum erat. Et cum idem Gregorius timens coram vobis venire ad vos cum nostris predictis litteris suum procuratorem misisset, et has litteras nostras vobis presentasset; idem procurator ipsius, ut vidimus publico instrumento, sicut conqueritur, ipsum bannum et condemnationem contra ipsum datam et factam indebite nullatenus voluistis cassare, nec cassari facere; immo, quod est peius, certas suas possessiones ibi in Tragurio positas, propterea intromitti fecistis et eisdem spoliastis eumdem, nec nostris litteris respondistis, de quo miramur. Ob hanc causam dilectionem et amicitiam vestram iterato instanter requirentes amicabiliter ducimus deprecandam, quatenus vobis placeat, ac velitis omnem processum, bannum et con-

demnationem datam et factam eidem Gregorio et contra eum per vos et predecessores vestros indebite circa predicta reuocare, siue revocari facere, vt est iustum, ac ei restituere suas possessiones per vos ei acceptas contra ius et iustitiam, vt est clarum; de vsufructibus vero ipsarum suarum possessionum, ac de expensis per eum supportatis exinde eis velitis taliter providere, quod valeat merito contentari. Alioquin facere non possemus, cum teneamur et debito iuramenti quemque ciuem nostrum manutenere in suo iure, vt est decens; responsionem autem super hoc vestram velitis nobis transmittere per nostrum nuncium iuratum presentium portitorem. Datum die nona mensis augusti, prima indictione. 1303.

Lucius Mem. di Traù. 142.

52.

1303, 22. augusta. U Trogiru.

Vijeće trogirsko adlučuje, da notari stavljaju ime kraljevo na čelu isprava.

1303. 22. augusti. Quod cum magister Laurentius vicarius domini archiepiscopi Spalatensis pridie in ecclesia sancti Laurentii (scilicet cathedrali) publicaverit ex parte domini papae et archiepiscopi sub poena excommunicationis, ut quilibet notarius nominaret regem Ungariae et regnante eodem; et Siroctus notarius dicat se velle facere et nolle esse excommunicatum. Captum, quod notarii ponant nomen regis.

Lucius De regno Dalm. lib. IV. c. 10. 188.

53.

1303, 22. augusta. U Trogiru.

Odluka vijeća trogirskoga glede zahtjeva dužda mletačkoga.

Benvenutus Tresii de Ancona, capitaneus, consilium. Rectoris novi electio fiat de conscientia et voluntate comitis Georgii. Quod respon-

deatur litteris missis a domino duce Venetiarum Petro Gradonico, quod cassentur condemnationes Georgii Vitturii, presentatis per Zane Samaturium vicarium domini ducis.

Notae Joannis Lucii fol. 3. a. Starine XIII. 221.

54.

1303, 9. septembra. U Vaški.

Stjepan nadbiskup kaločki i Mihajlo biskup zagrebački izvješćuju papu, kako su ovršili njegov nalog protiv kralja češkoga.

Sanctissimo in Christo patri et domino, domino Bonifacio divina providencia sacrosancte Romane ecclesie supremo pontifici, Stephanus dei et sua gracia archiepiscopus Colocensis, et Michael eadem gracia episcopus Zagabriensis, devota pedum oscula beatorum. Litteras sanctitatis vestre nobis directas, cum in procinctu nostri itineris veniendi versus Ungariam essemus circa Neapolim, omni reverencia, obediencia, humilitate, quibus decuit, recepimus et honore, in quibus dabatur nobis firmiter in mandatis, ut nos vel alter nostrum vestrum pronunciacionis, diffinicionis seriem et tenorem in locis et terris vicinioribus magisque propinquis regi Boemie et filio suo divulgaremus et publicaremus sollempniter, vel divulgari seu publicari per alios vel per alium, sicut expedit, legitime faceremus, quarum tenor talis est: Bonifacius episcopus etc. Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Colocensi ac . . . Zagabriensi episcopo etc. Super regno Ungarie ab olim scandalo etc. (ut supra Nro. DCXXXVIII. usque in finem). Nos vero vestre beatitudinis mandato cum devota et humili filialitatis subieccione obtemperare cupientes, ut ex debito, sic ex voto, quamquam parvitas nostra mandatis vestre sublimitatis digne exsequendis non sufficiat, ambo personaliter et alter nostrum ipsius vestre pronunciacionis diffinicionis seriem et tenorem in nonnullis locis et terris, in quibus propter statum impacati regni et insidias adverse partis fieri potuit, divulgavimus et publicavimus sollempniter, ac divulgari seu publicari per alios et per alium legitime fecimus, sicut in instrumentis seu litteris testimonialibus super hoc confectis, que et quas ad pedes vestre sanctitatis per nuncium nostrum specialem, latorem presencium, humiliter dirigimus, celsitudo vestre beatitudinis poterit colligere evidenter; quamobrem sanctitati vestre humilitatis precibus proni suplicamus, quatenus si quidquam in premissis omissum esset, vel

peractum minus digne, habere dignemini nos excusatos in hac parte. Darum in Vaska in diocesi Zagabriensi, V. idus septembris, anno domini M. trecentesimo tertio, indictione prima.

Theiner Mon. Hung. I. no. 645. str. 404—405. Iz Arm. II. caps. VII. no. 1.

55.

1303, 12. novembra. U Ramoku na Cipru.

Vilim veliki meštar Ivanovaca ište izvještaj od brata Lokveta Busque u Dalmaciji glede otoka Lube i neke uložene svote novaca.

Frater Guilelmus de Villareto dei gracie sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magister humilis et pauperum Christi custos, dilecto in Christo sibi fratri Loqueto Busque eiusdem domus salutem in domino. Preceptor de Luba appellari consuevistis, modo nos, vnde preceptorem vos appellari faciatis, penitus ignoramus. Vos bene scitis, quod nobis existentibus in Apulea annis istis, comes Georgius qui ibi erat et uos conabatur vt potuit nos confirmare, prebere excambium de Luba cum insula, quam Paulus banus vobis dedit; in quo excambio confirmationem dare noluimus, sicut scitis, cum confirmatio sola nostra nichil prodesset absque capituli generali (!), nos de priore vestro et statu prioratus Vngarie nullos (!) rumores audiuimus nec de vobis; et sunt gontes(!) alique illarum parcium, que a nobis ad vitam uel tempus dictam insulam petierunt, de qua si eam eis vellemus cedere quadraginta marchas argenti dare annis singulis obtulerunt. Idcirco quia uolumus per vos informari, qualiter istud processit negocium et quantum ualet domium (!), vobis precipiendo mandamus in virtute sancte obediencie firmiter iniungentes, quatenus tamquam bonus frater et obediens citra mare quam cito poteritis uel tardius ad instans aug[ustum] passagium vos de predictis informatum nostro conspectui presentetis. Preterea cum frater Albertus Reuell[is], qui Vngarie fuit prior, reposuisset apud Faram in quadam abbatia quoddam suum et quoddam domus nostre depositum, volumus et mandamus, ut vos de dicto deposito diligenter inquirendo ipsumque recuperando vobiscum ad nos aportare velitis, qui eo plurimum indigemus. Habeatis in memoria, que scripta sunt superius, et ea toto posse effectui mancipetis. Datum Ramoci in

Cipro, duodecimo die nouembris, anno domini millesimo trecentesimo tercio.

Iz listine zadarske od god. 1304. 19. jula, u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XXIII. no. 606.

56.

1303, 5. decembra. U Napulju.

Zapljena napuljske ladje u dubrovačkoj luci.

Karlo II. kralj napuljski, tuži se »Marino Baduario comiti Ragusii«, *što su Dubrovčani zarobili napuljsku ladju natovarenu žitom, kad se pred burom zaklonila u njihovu luku.*

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 62. — Rački Rad XVIII. 226.

57.

1303, 9 decembra. U Rimu.

Benedikt XI. papa imenuje Augustina biskupom zagrebačkim i preporuča ga kaptolu i vjernicima.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Augustino electo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Inter sollicitudines alias, que nobis ex officii debito pastoralis incumbunt, illa nos angit precipue, ut ecclesiis viduatis de salubris et celeris provisionis remedio succurratur, ne, illarum vacatione protracta, sustineant in spiritualibus et temporalibus detrimentum. Dudum siquidem ecclesia Zagrabiensi per translationem venerabilis fratris nostri Michaelis episcopi Zagrabiensis in archiepiscopum Strigoniensem electi, factam per nos ad ecclesiam Strigoniensem, vacante, nos provisionem dicte ecclesie Zagrabiensis ea vice dispositioni sedis apostolice reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hoc a quoquam scienter vel ignoranter contingeret attemptari: ac demum de provisione ipsius ecclesie Zagrabiensis sollicite cogitantes, post deliberationem, quam super hoc habuimus, prout negotii qualitas exigebat, cum nostris fratribus diligen-

tem, ad te, ordinem fratrum Predicatorum professum, quem litterarum scientia preditum, morum gravitate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum ex familiari experientia novimus, direximus oculos nostre mentis; quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua ipsi Zagrabiensi ecclesie providemus, preficiendo te de fratrum eorundem consensu, et apostolice plenitudine potestatis dicte ecclesie Zagrabiensi in episcopum et pastorem, in illo, qui dat gratias et largitur premia, confidentes, quod eadem ecclesia Zagrabiensis sub tuo felici regimine, gratia tibi suffragante divina, salubriter et prospere dirigetur. Iugum itaque domini prompta devotione suscipias, et suavi eius oneri reverenter collum submittas, dicteque ecclesie Zagrabiensis, sponse tue, regimen sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, gregem dominicum in ea tue vigilantie creditum doctrina verbi et operis informando, quod de talento tibi credito dignam possis in extremo examine reddere rationem; nosque gratulari possimus in domino, cum a spe, quam de tua devotione concepimus, fuerimus non fraudati. Datum Laterani, V. idus decembris, anno primo.

In eodem modo venerabili fratri . . . archiepiscopo Colocensi. Inter sollicitudines etc. ut supra, verbis competenter mutatis, usque salubriter et prospere poterit gubernari. Postmodum autem eidem episcopo consecrationis munus propriis manibus duximus impendendum. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus personam ipsius episcopi affectu benivolo et opportuno favore taliter prosequaris, quod in exequenda sollicitudine sibi tradita possit prosperari facilius, et tibi propter hoc sit specialiter obligatus. Datum Laterani, III. kalendas ianuari, pontificatus nostri anno primo.

In eodem modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Zagrabiensis. Inter sollicitudines alias etc. verbis competenter mutatis, usque dirigetur. Quocirca mandamus, quatenus eidem electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendentes, et exhibentes eidem obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata recipiatis hilariter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam etc. Datum ut supra.

In eodem modo. Clero civitatis et diocesis Zagrabiensis.

In eodem modo populo civitatis et diocesis Zagrabiensis etc. usque dirigetur. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote recipientes et honeste tractantes, eius monitis et mandatis salubribus plene ac humiliter intendatis, ita, quod ipse in vobis devotionis filios invenisse letetur, vosque patrem habeatis in eo assidue gratiosum. Datum ut supra.

In eodem modo. Universis vasallis ecclesie Zagrabiensis etc. usque mandantes, quatenus eundem electum honorificentia debita prosequi studeatis, eius salubria monita et mandata suscipiendo hilariter et efficaciter adimplendo, ac exhibentes eidem fidelitatis debite iuramentum et consueta sibi exhiberi servitia, et de iuribus et redditionibus et debitis plenarie respondere curetis, ita, quod ipse in vobis etc. Alioquin sententiam sive penam etc. Datum et supra.

Theiner Mon. Hung. I. 409.—410. br. 651. Iz Reg. orig. An. I. ep. 108. — Potthast Reg. pontif. no. 25.316 i 25.317. — Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 78.

58.

1303, 9. decembra. U Rimu.

Benedikt XI. papa preporuča kralju Karlu Robertu Augustina novoimenovanoga biskupa zagrebačkoga.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio C. regi Ungarie illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Gratie divine premium et humane preconium laudis acquiritur, si ecclesias et personas ecclesiasticas precipue regni tui regali presidio foveas et favore benivolo prosequaris, nosque ad id celsitudinem tuam eo fiducialius apostolicis exhortationibus excitamus, quo magis illam in operum executione bonorum speramus promptam et facilem invenire. Dudum etc. usque dirigetur. Quocirca magnificentiam tuam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem electum et commissam sibi ecclesiam habeas pro divina, dicte sedis et nostra reverentia propensius commendatos, sic te exhibeas eidem beniuolum et in cunctis opportunitatibus gratiosum, quod ipse regio favore suffultus commissum sibi dicte ecclesie regimen possit salubriter exercere; tuque proinde concrescas meritis apud deum, apud nos gratia, et apud fidelium populos clara fama. Datum ut supra.

Theiner Mon. Hung. I. 410 no. 652. Iz reg. orig. an. I. ep. 108. — Potthast Reg. pontif. no. 25.319.

59.

1303, 23. decembra. U Lateranu.

Papa Benedikt XI. podredjuje samostan koludrica sv. Marije de Altaripa redu dominikanskomu.

Benedictus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis . . . magistro ordinis Predicatorum et . . . priori provinciali sub cuius regimine fratres eiusdem ordinis Predicatorum Jadrensis conuentus consistunt ad presens seu consistent in posterum salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas prudentes uirgines, que se parant accensis lampadibus obuiam ire sponso, tanto propensiori debet studio prosequi caritatis quanto maiori propter fragilitatem sexus indigere suffragii dinoscuntur. Cum igitur, sicut est ex parte dilectarum in Christo filiarum . . . priorisse et sororum monasterii beate Marie de Altaripa iuxta Jadram ordinis sancti Augustini secundum instituta et sub cura uestri ordinis Predicatorum uiuentium, fuit propositum coram nobis: eedem incluse corpore in claustris claustralibus, mente tamen ibera deuote domino famulantes, uobis et eidem ordini uestro affectent committi, nos pium ipsarum propositum in domino commendantes earum deuotionis precibus inclinati, ipsas et monasterium predictum uobis et dicto ordini auctoritate apostolica duximus committendas, eadem auctoritate nichilominus statuentes, ut sub magisterio et doctrina uestris et successorum uestrorum magistri et prioris prouincialis, qui pro tempore fuerint, de cetero debeant permanere, illis gaudentes priuilegiis, que uestro ordini sunt concessa uel in posterum concedentur, uosque ac successores predicti animarum suarum sollicitudinem gerentes et curam atque eis de institutionibus eiusdem uestri ordinis, illas, que eis competunt exhibentes eidem monasterio per uos uel alios fratres uestri ordinis, quos ad hoc ydoneos uideritis, quociens expedierit uisitacionis officium impendatis corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris, que correctionis [remedio per uisit]acionis offi[cium] noveritis indigere; electio tamen priorisse libere pertineat ad conuentum; ac nichilominus instituatis . . . . et ordinet[is] prout secundum deum uideritis expedire, confessiones earum audiatis et ministretis eis ecclesiastica sacram[enta] . . . . hec liceat predictis priorisse et sororibus redditus et possessiones recipere ac eos libere retinere; non obstante contraria consuetudine uel statuto ipsius uestri ordinis confirmacione sedis predicte uel quacumque firmitate alia roboratis. Quocirca discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus, qua-

tenus omnia premissa ad ministerium uestrum spectancia curetis diligenter et sollicite iuxta huiusmodi commissionis et constitutionis uestre tenorem sublato cuiuslibet dificultatis dispendio adimplere. Datum Laterani, X. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 1068.

Pečat i uzice su otpali. Listina je na donjem dijelu oštećena.

60.

1303, 27. decembra. U Lateranu.

Benedikt XI. papa biskupu zagrebačkomu Augustinu, da ga nitko ne može vezati na kakvu desetinu ili na kakvu drugu daću.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Augustino episcopo Zagrabiensi salutem et apostolicam benedictionem. Personam tuam paterna benivolentia prosequentes, votis tuis libenter annuimus, tibique favorabilius ea concedimus, ex quibus tibi mentis tranquillitas et salutis proveniat incrementum. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinati, auctoritate presentium indulgemus, ut ad collectionem alicuius decime seu collecte vel cuiuslibet exactionis pecuniarie, quocumque nomine censeatur, minime tenearis, quodque ad id per aliquem legatum apostolice sedis, etiam de ipsius latere destinatum, aut quemcumque ordinarium, vel eorum auctoritate, seu per quascumque litteras dicte sedis impetratas vel etiam impetrandas compelli non possis invitus, nisi eedem littere impetrande plenam et expressam fecerint de nomine tuo et hac indulgentia mentionem. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Datum Laterani, VI. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 654. str. str. 411. Iz reg. orig. An. I. ep. 132. — Potthast Reg. pontif. no. 25.329.

61.

1303, 29. decembra. U Zadru.

Stanoje sin Privošev prodaje s dozvolom samostana sv. Krševana vinograd Mariji kćeri notara Mihe.

In nomine domini amen. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo tertio, mensis decembris die tertio exeunte, indicione secunda, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Fuscareni egregii comitis. Ego Stanoyus filius olym Priuosci qui nunc moror in Staromusanne fateor, quomodo habita licencia et permissione a dompno Vito honesto et religioso abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra vendo, do, trado atque transacto tibi Marie Miche notarii de Jadra tuisque heredibus et successoribus totam vnam integram medietatam meam pro indiuiso totius vnius vinee a duabus suis partibus, silicet boreali et australi maceriate, cuius aliam medietatem habet pro indiuiso Pribcius faber, plantate ad septimum in Draga siue terra dicti monasterii sancti Grisogoni; versus boream est terra dicti monasterii, versus trauersam est terra et vinea eiusdem monasterii, versus austrum et quirinam est vinea Bratco Milcigi; cum omni longitudine et latitudine ipsius medietatis dicte vinee pro indiuiso, cum omnibus suis certis terminis, habentiis et pertinentiis tam subtus terram quam supra terram atque cum omnibus proprietatibus, iurisdictionibus, rationibus et iuribus suis, a modo cum plena virtute, auctoritate, ratione et potestate totam ac omnimodam voluntatem tuam ex ea pro anima et corpore fatiendi(!) nemine tibi exinde in perpetuum contradicente, saluo tamen semper septimo dicti monasterii totius musti dando de tyna et conducendo singulis annis in Jadram tuis expensis usque in dictum monasterium, saluoque insuper septimo totius fructus recentis uel sicci inde habendo conducto usque in dictum monasterium, et saluo etiam omni alio iure eiusdem monasterii prelibati iuxta suorum continentiam instrumentorum. Ob quam venditionem, dationem, traditionem siue transactationem tu dicta Maria mihi bene et plenarie pro precio in pecunia numerata dedisti et persoluisti libras denariorum venetorum paruorum duodecim, de quibus iam pacatum me teneo. Vnde ego prenominatus Stanoyus cum heredibus et successoribus meis debeo et teneor tibi tuisque heredibus et successoribus prefatam medietatem dicte vinee cum pertinentiis suis ab omni homine

ipsam calumpniante defensari (!) et excalumpniare in ratione super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Micha diacono sancti Stephany et Symeone diuornico filio olym Jurco.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Vicentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo solito signaui.

(Signum not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVII. no. 385.

62.

1303, 30. decembra. U Lateranu.

Benedikt XI. papa dozvoljuje Augustinu biskupu zagrebačkom praviti testamenat.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Augustino episcopo Zagabriensi salutem etc. Quia presentis vite conditio etc. usque prevenire. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus ecclesiasticis tue dispositioni seu administrationi commissis, que non fuerint altaris seu altarium ecclesiarum tibi commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem ecclesiarum divino cultui vel usui deputata, et que etiam ordinis fratrum Predicatorum, quem fuisti professus, non fuerint, imo et quibuscumque bonis mobilibus a te per ecclesiam seu ecclesias licite acquisitis pro decentibus et honestis expensis tui funeris, et pro remuneratione illorum, qui tibi viventi servierunt, sive sint consanguinei sive alii, iuxta servitii meritum, moderate tamen disponere ac erogare, et alias, prius de ipsis earumdem ecclesiarum ere alieno deducto, ut ipse ecclesie non remaneant debitis obligate, in pios usus convertere possis, tibi auctoritate presentium plenam et liberam concedimus facultatem. Volumus autem, quod in eorumdem ecclesiasticorum dispositione bonorum iuxta quantitatem residui erga ecclesias, a quibus eadem percepisti, te liberalem exhibeas, prout conscientia tibi dictaverit et saluti anime tue videris expedire. Datum Laterani, III. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 655. str. 411. Iz reg. orig. an. I. ep. 133. — Potthast Reg. pontif. no. 330.

63.

1303. U Dubrovniku.

Prijazni Ranjina banu hrvatskomu Pavlu, da je Marin Stilić spreman doći pred njegov sud.

Exemplum literarum Priasni de Ranena missarum domino Paulo bano. Potenti et magnifico viro domino Paulo bano Crohatie(!) et comiti civitatum Dalmacie, suo domino speciali plurimum reverendo. Priasnus de Ranena eius humilis et devotus cum recomandacione, se ipsum paratum ad omnia sua beneplacita et mandata. Cupiens semper et omni tempore facere et operari ea omnia, que ad laudem et gloriam vestre dominacionis pertinere noscantur, omnia per dominacionem vestram michi commissa dicere et recitare domino comiti Ragusii et eius conscilio feci, disposui et enarravi, ut honori vestro vidi pertinere et ad proficuum Marini de Stilio vidi pertinere, et super hoc tantum factum est narratum et operatum, quod dictus Marinus de Stilio est contentus ad presenciam vestre celsitudinis personaliter peruenire cum uno suo iudice, quem secum ducet de Ragusio, et Petrule, cum quo habet questionem, conducat alium secum ad vestram presenciam ad diffiniendam questionem, quam simul habent. Et si illi duo concordes esse non possen, dictus Marinus de Stillio, nullo alio mediatore vos elegit in iudicem et sentenciatorem in questione predicta tamquam in suum dominum specialem, dummodo processerit de vestro beneplacito et mandato. Et si vestre celsitudini non placeret ipsum iudicium sumere nec diffinire, vult ipse Marinus de Stilio et sibi placet, quod dominus comes Georgius frater vester sit iudex tercius in questione predicta, promictens idem Marinus de Stilio quicquid predicti iudices tres, vel maior pars eorum in questione predicta duxerint faciendum, firmum et ratum habere et tenere. Et si predicta omnia et singula vestre dominacioni placebunt, placeat vestre dominacioni uestras literas vestro sigillo munitas domino comiti et eius conscilio destinare, promitens, quod gracia vestra statim cum dictus Marinus ante vestram presenciam se presentaverit, factura racionem, quod contumacia remictatur(!) dicto Marino de Stilio, et dictus Mençe de Mençe dimictatur(!), et quod ratio se[u] questio de novo incipiatur inter partes. Ego autem tanquam vester fidelissimus serviens et devotus, omnia que potui et vidi ad honorem vestre celsitudinis pertinere et pro bono et utilitate parcium feci operare tota mente, in quibus omnibus dominacio vestra dignetur et velit consentire et acquiescere,

quia aliud in hoc facere non potui. Marinus de Stilio conpromisit ire ad dominum banum Paulum, ad standum ad racionem secundum tenorem istius carte, sicut superius est expressum, et si dominus banus Paulus nollit consentire secundum istam cartam, quod ipse Marinus debeat venire Ragusium cum suo iudice et advocatore, et non debeat mutare viagium sub pena yperperorum D, salvis racionibus ambarum parcium.

Reformationes 1301.—1303. u dubrovačkom arkivu. — Libri reformationum V. 49—50.

64.

1303. U Baču.

Pred kaptolom bačkim biva izmjena zemlje sinova Filinih, sa Pavlom Gjurinim.

A B C

Capitulum ecclesie Bachiensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod constitutis coram nobis magistro Laurencio et Petro filiis Phyle de Mykola, nobilibus de Volkou ab una parte, quodam iuuene qui se Paulum filium Georgii de Lanch esse dicebat, prout eciam iidem filii Phyle asserebant, ex altera, iidem filii Phyle medietatem cuiusdam possessionis sue hereditarie Theluky nominate in comitatu de Volkou existentis, ad ipsos proprie fraternali diuisione ac distinccione pertinentis, cum omnibus vtilitatibus ad ipsam medietatem spectantibus, predicto Paulo in concanbium porcionis sue, quam eundem dixerunt habere in possessione Lanch nominata in comitatu Abauiwar existente, salua porcione Pose fratris sui, quam dictus Paulus dixit eundem habere in possessione premissa, dederunt et assignarunt iure perpetuo et irreuocabiliter ini filios filiorum possidendam, assumpmentes iidem filii Phyle, quod si qui processu temporum predictum Paulum racione medietatis premisse possessionis inquietauerint, ipsi tenebuntur expedire, et Paulus antedictus assumpsit, quod in capitulo Agriensi uel in conuentu de Azow[1] priuilegium faciet emanari super dicto concambio pro filiis Phyle memoratis. Cuius quidem medietatis possessionis prefate Theluky nominate, mete, prout prefati filii Phyle dixerunt, hoc ordine distinguntur, videlicet, prima meta incipit a quadam arbore ilicis uulgariter dicta tulfa, que est inter uillam Puela(!) uocatam, et terram Theluky nominatam, iuxta uiam

[1] U obim originalima tako.

quandam ubi est terrea meta, hinc progrediens uersus meridiem cadit in fluuium Wolkou iuxta arborem tulfa nominatam, ubi eciam est terrea meta, hinc procedens per ipsum fluuium uersus occidentem circuit quandam siluam dicto Paulo remanentem, et exiens ipsum fluuium uenit ad quendam locum ubi sunt dumi viminum wolgo(!) requetya nominati, hinc uergit uersus septemtrionem et peruenit ad quoddam spinetum ubi est arbor piri et est ibi terrea meta, hinc tendens directe uersus septemtrionem adit in quandam viam, per quam itur de villa Theluky in villam Peula(!), hinc cadit in quendam fluuium Wlcha nominatum et peruenit ad quandam terream metam, hinc uergendo uersus orientem peruenit ad tres metas terreas capitales, hinc peruenit ad quandam viam, per quam itur de villa Belyn ad villam Peula predictam, hinc procedens uersus orientem peruenit ad arborem tulfa, a qua progrediuntur dicte mete et ibidem terminantur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras concessimus sigilli nostri priuilegialis munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum anno domini M°CCC° tercio. Symone preposito, Jacobo lectore, Alexio cantore, archidiaconatu Bachiensi uacante, Egidio Syrmiensi, Johanne Zeguediensi archidiaconis, Mychaele custode, Jacobo decano, ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus iugiter et deuote.

Original u kr. ugar. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1660. Stara sign.: N. R. A. fasc. 1505. no. 4.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 68—69.

65.

1303. U Salomonharaztu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski daje sinovima File povlast da budu slobodni od svake jurisdikcije osim kraljeve.

[Nos][1] [K]arolus dei gracia rex Hungarie, memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod attendentes nos et considerantes obsequiosa merita[2] multa et graciosa opsequia(!) dilectorum et fidelium nostrorum, magistri videlicet Laurencii, Pauli, Petri et Nicolai filiorum quondam comitis Phile de comitatu de Volkou, quibus iidem nostris nobis temporibus studuerunt multipliciter complacere, volentesque eorundem nos obsequia huiusmodi non sine

[1] Sa strane na rubu istom rukom maleno: nos.
[2] Umetnuto sa strane navodnim znakom.

remuneracionis beneficio pertransire, tam ipsum magistrum Laurencium quam fratres eiusdem prefatos a iurisdiccione et iudicio cuiuscunque dignitatis uel preeminentis honoris de regno nostro iudicum de plenitudine nostre gracie ex benignitate regia duximus eximendos. Volentes et hoc nostra cum auctoritate presencium constituimus statuentes, vt nullus eosdem nostrorum de toto regno iudicum contra factam eisdem in hac parte gracie nostre formam iudicare audeat aliqualiter, vel presumat; si qui autem ex eisdem aliud, quod non credimus, attemptare presumserint, tam in suis quam suorum iobagionum aut populorum in personis, iram et indignacionem nostram regiam poterunt non inmerito formidare. Vt igitur huiusmodi exemcionis nostre series robor optineat perpetue firmitatis, nec ullo umquam tempore possit per quempiam retractari, presentes eisdem magistro Laurencio suisque fratribus memoratis dari fecimus litteras, duplicis sigilli nostri appensione communitas. Datum in Salomonharazta, per manus discreti viri magistri Stephani aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo tercio.

Original u kr. ugarskom držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1658. Stara sign.: N. R. A. fasc. 1505. no. 5.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 67.

66.

1303.

Kralj Stjepan Uroš odgovara vlasteli dubrovačkoj, da njihovu sugradjanu Petru Kaščiću, koji mu je dužan, ne može milost učiniti.

† Властеломь доубровьчкимь Що ми сте писали, оузнало є кралевьство ми. Да єре ми пишете за Пира Хашчикѣ, да моу оучини милость кралевьство ми, да ви знатє, колико є мьнѣ тьзи Пиро оучинилъ, да аке ми не плати на рокь, да и половиноу, кои тога ви хокете познати, що моу кю оустворити.

† Стефань Оурошь кралѣ.

Na ledjima: **Властеломь доубровьчкимь.**

Original na papiru u arkivu dubrovačkom u Liber reformationum g. 1301. Potpis kraljev crvenom tintom.

Jireček Spom. srp. br. 3, 22—23.

67.

1303. U Zadru.

Krševan de Viktoro prodaje komad svoje zemlje od 4 gonjaja samostanu sv. Nikole.

[In] Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tercio, indictione prima, ... Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici (!) incliti ducis Venecie, et venerandi patris domini fratris [Jacobi Jadrensis] archiepiscopi, ac domini Petri Fuscarini egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens ins[trumentum ego quidem] Grisogonus de Uictoro ciuis Jadrensis, quomodo do, uendo atque transacto uobis quidem religios[e domine . . . . abbatisse monasterii sancti Nicolai ordinis sancte Clare de Jadra, et sororibus eius . . . . i]psius monasterii unam peciam terre mee, de qua sunt circa gonay quatuor, positam ad L . . . . austro est uia publica, ex trauersa, ex borea et ex quirina est terra predicti monasterii sancti Nicolai . . . . longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram, [quam supra terram] a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum successoribus uestris predictam peciam terre cum . . . . [hab]endi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indic[andi . . . .] faciendi sicut de uestro proprio, nemine uobis uestrisque successoribus in perpetuum contradicente. Precio [cuius uendicionis] siue transactionis recepi a uobis predicta domina abbatissa et sororibus uestris libras t . . . . [denari]orum venetorum paruorum, quas mihi integre persoluistis. Vnde ego dictus Grisogonus cum hered[ibus et successoribus] meis me obligo et promitto uobis predictis domine abbatisse et sororibus uestris . . . . peciam terre cum suis pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et [persona super me et omnia] bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis [uocatis et rogatis testibus], scilicet Jacobo olim Madii de Uitaça, et Jacobo olim Bogdi de Lour[echna] . . . .

(Drugi rukopis).

. . . . Varicassa iudex examinator manum [missi].

[Ego Johannes] Qualis imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, interfui ro[gatus, ut audiui scripsi et r]oboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 104. Listina podrta i trošna.

68.

1303. U Skradinu.

Jurman sin Stankov, prodaje pred sucima skradinskim svoju »polipu« sucu Mihajlu sinu Dobrosijevu.

In Christi nomine amen. Temporibus domini nostri incliti Pauli bani, egregii comitis nostri Mladini iunioris, et venerabilis in Christo patris Nicolay episcopi Scardonensis. Nos Pribinus, Dominicus et Laurencius iudices nunc cum consciliariis et comunitate Scardonensi significamus vniuersis quibus expedit presencium tenorem inspecturis memorie commendando, quot (!) constitutus coram nobis Jurmanus filius condam Stancii ciuis Scardonensis viua uoce et oretenus confessus et protestatus est uendidisse eum vnam suam polipam cum curia ex vna parte et altera polipe iam nominate, habens in longitudine decem et nouem cubitos, in latitudine uero X cubitos, Miçhaeli iudici filio condam Dobrosii congnomine Turdouh pro quinquaginta quinque libris denariorum paruorum plenarie persolutis; que polipa cum curiis suis posita est in Scardona ex oriente ecclesie sancti Petri, ex occidente uia puplica(!), ex meridie domus iudicis Pribeni, quam ergo polipam cum loco et curiis iam nominatis ipse Jurmanus prefatus obligauit et super se suscepit discalumniare et defenssare cum suis heredibus et proheredibus eidem Michaeli et eius heredibus et proheredibus in perpetuum super se et omnia bona sua. Quare igitur a modo et in antea liceat eidem Michaeli ipsam polipam cum suo loco et curiis libere habere, perpetuo possidere et dare, donare et uendere et omni modo ad eius uoluntatem alienare nullis obstantibus uel contradicentibus. Actum est hoc et firmatum eoram hiis testibus uocatis et rogatis: iudice Lubafcio Cupsa, Tolinis Dobrione baca[r]io, Georgio fratre Nouoseli, Drascone filio Dobroslaui et aliis quamplurimis. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem paginam ad peticionem parcium ambarum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum Scardone, anno domini MCCC tercio.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1303.

Na listini visi o svilenoj vrvci zelene i crvene boje odlomak okruglog pečata od žutoga voska.

69.

1304, 12. januara. U Zadru.

Marija kći Nikole Grka prodaje s dozvolom samostana sv. Krševana Luki Betkoviću vinograd u Dragi sv. Krševana.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tercio, die duodecimo intrante mense ianuario, indicione secunda, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Fuscareno(!) egregii comitis. Fateor ego Maria filia olim Nicole Greci et soror olim presbiteri Petri sancte Marie maioris, habitatrix Jadre, per hoc presens instrumentum, quomodo de assensu et permissione fratris Guidi abbatis monasterii sancti Grisogoni Jadrensis do, dono, trado uendo atque transacto uobis Luce Bethcouich et Stane coniugibus habitatoribus Jadre terciam partem meam australem vnius vinee posite in loco uocato Draga sancti Grisogoni, plantate super terram eiusdem monasterii; cui de borea sunt relique due partes ipsius vinee, de trauersa derrum dicti monasterii, de quirina via puplica(!) et de austro vinea Georgii filii olim Obradi, cum omni latitudine et longitudine sua et cum omnibus suis habenciis et pertinenciis et que sibi pertinere possunt atque cum omni suo iure ad faciendum de ea tamquam de re propria suam in omnibus liberam uoluntatem nemine vobis inperpetuum contradicente, saluo tamen iure dicti monasterii, videlicet septima parte must et omnium aliorum fructuum exinde habendorum annuatim, et saluo eciam quolibet alio iure ipsius monasterii secundum continenciam sui instrumenti de terra concessa per monasterium in dicto loco ad pastinandum. Precio cuius uendicionis ego dicta Maria recepi a uobis Luca et Stana coniugibus supradictis libras denariorum paruorum quatuordecim, quas mihi integre persoluistis. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto dictam terciam partem ipsius vinee excalumpniare et defensare cum pertinenciis suis uobis uestrisque heredibus et successoribus ab omni homine et persona in racione super me et bona mea omnia habita et habenda. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Stephano Bastiano piscatore, et Yuano filio olim Tolçi habitatoribus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicola de Dobre de Begna iudex examinator manum misi.

Original u gubern. arkivu u Zadru: odio samostana sv. Krševana. Kapsula XVII. no. 390.

70.

1304, 13. januara. U Beli.

Konstancij meštar templara daruje Tomi Crnomu imanje Ponikve.

Nos frates Constancius magister domorum hospitalium per Vngariam et Sclauoniam tenore presencium significamus vniuersis, quod nos de consensu fratrum nostrorum tunc temporis nobiscum existencium, quandam possessionem Poningui vocatam cum omnibus suis vtilitatibus dedimus et contulimus Thoma dicto Nigro suisque heredibus, quamdiu nobis et domui nostre fideles extiterint tenendam et possidendam tali condicione, quod dictam terram in bona cultura agrorum edificiorumque structura tenebunt et seruabunt; propterea ipsis donauimus duorum annorum libertatem, finitis vero duobus annis ipse Thomas et sui heredes post ipsum cum iobagionibus suis omnia iura et seruicia secundum antiquam consuetudinem dominii de Bela nobis et domui nostre singulis annis soluere tenebuntur, contradiccione qualibet non obstante; hoc eciam adiecto, quod de piscacionibus nostris, venacionibus, glandinum pascuis et noui molendini struccionibus non se intromittent, nisi tunc habuerint de nostra licencia speciali. In cuius rei testimonium presentem paginam pendentis (!) sigillo nostro dedimus communitam. Datum in Bela, anno domini M⁰ CCC⁰ quarto, in octauis epyphanie.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.656. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1597. no. 16.

Na listini visi zelena svilena vrvca bez pečata.

71.

1304, 27. januara. U Zadru.

Pribcije sin Dragošev prodaje s dozvolom samostana sv. Krševana polovicu vinograda u Dragi sv. Krševana Mariji kćeri Mihe notara.

In nomine domini amen. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo tertio, mensis ianuarii die quinto exeunte, indictione secunda, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Fuscareno(!) egregii comitis. Ego Pribtius faber filius quondam Dragos[i] de Jadra fateor, quomodo habita licentia et

permissione a dompno Vito honesto et religioso viro abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra, vendo, do, trado atque transacto tibi Marie Miche notarii de Jadra tuisque heredibus et successoribus totam integram medietatem meam pro indiuiso totius vnius vinee a duabus partibus suis, silicet boreali et australi maceriate; cuius aliam medietatem pro indiuiso tu habes, quam emisti a Stanoyo filio olim Priuosci positam in Dragha siue terra dicti monasterii sancti Grisogoni, que eidem monasterio reddit septimum pro agratico; cui de borea est terra monasterii suprascripti, de trauersa est terra et vinea eiusdem monasterii, de austro et quirina sunt vites Bratco Milcig; cum omni longitudine et latitudine ipsius medietatis predicte vinee cum omnibus suis certis terminis habenciis et pertinentiis tam subtus terram quam supra terram, a modo cum plena virtute, auctoritate et potestate totam ac omnimodam voluntatem tuam ex ea pro anima et corpore fatiendi(!) nemine tibi exinde in perpetuum contradicente, saluo tamen semper septimo dicti monasterii sancti Grisogoni totius musti dando hic in Jadra de tina et conducendo singulis annis tuis expensis usque in dictum monasterium, saluoque etiam septimo ipsius monasterii totius fructus recentis et sicci inde habendo, et saluo omni alio iure eiusdem monasterii prelibati iuxta suorum continentiam instrumentorum. Ob quam venditionem, dationem, traditionem siue transactationem tu dicta Maria mihi bene et plenarie pro pretio et pecunia numerata dedisti et persoluisti libras denariorum venetorum paruorum quindecim, de quibus iam pacatum me teneo. Vnde ego prenominatus Pribtius faber cum heredibus et successoribus meis debeo et teneor tibi tuisque heredibus et successoribus prefatam medietatem pro indiuiso dicte vinee ab omni homine ipsam calumpniante defensari (!) et excalumpniare in ratione super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet dompno Marino et dompno Johanne Mesco presbiteris ecclesie sancte Marie maioris de Jadra.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Vincentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jaderensis notarius predictis interfui rogatus, vt audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo solito signaui.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XVII. br. 380.

Na hrptu savremeno: »De quedam(!) vinea in Draga sancti Grisogoni posita«.

72.

1304,* 11. februara. U Skradinu.

Mir izmedju Pavla bana i grada Skradina.

Nos capitulum universum cathedralis ecclesiae beatae Mariae virginis de Scardona significantes memoriae commendamus universis quibus expedit praesentem paginam inspecturis, quod accedentes ad nostram praesentiam viri nobiles cives Scardonae, videlicet Lubavac filius quondam Bratodruzzi, Cosma et Michael filii quondam Dobrosii cognomento Tuardouh, Pribinus et Bosanus, Berislavus, Dominicus, Laurentius et Zune pro parte sua suorumque civium omnium Scardonae, pro parte vero altera vir nobilis nomine Purthio quondam Streimeri in persona domini bani Pauli tanquam per pactum, pro eo, quod dictae civitatis cives tenebantur ad castrum Scardonae in quibusdam servitiis, videlicet vigilias seu custodias servare, vineas et terras colere et aquam portare, itinera et alia servitia consueta facere. His et aliis cupientes absolvi et esse liberi et frui libertatibus civilibus, convenerunt cum praefato domino bano et se obligaverunt eidem annuatim et in perpetuum solvere duo millia librarum, et pro pedagio portarum civitatis eiusdem, pro piscaria, pro macello et pro arboragio porti et pro transitu barchanei librarum 600 venetorum paruorum. Item iidem viri nobiles obligaverunt se in perpetuum facere conducere monasterio sanctae Elizabeth, ubi deget domina Stanislava santimonialium soror dicti Pauli bani, et hoc necessitate ipsarum dominarum et capellanorum eorundem de lignis quatuor vicibus in anno: in festivitatibus videlicet omnium sanctorum, in nativitate domini, in carnisprivio et pentecoste, omni vice quatuor barchas vulgariter dictas bastassizas; hoc tamen facta satisfactione prius dictae civitatis civibus, videlicet Vladislavo filio Petri, Stoyslavo et Luce filiorum quondam Berisci et comiti per dictum dominum Paulum banum pro quibusdam territoriis, sylvis et campis, pratis, aquis et aquarum conductibus, quas iidem cives et communitas Scardonae vendiderunt dicto domino Paulo bano et consorti suae dominae Ursae banissae[1] pro tribus M librarum et 144, quorum quidem territorium venditorum per dictos cives et comitem sunt termini sive confines . . . [omissis terminis] . . . . et descendunt ad fluvium Karca vulgariter vocata, prout continetur in

* Lucius krivo datira, da je listina od g. 1284. jer Benedikt XI. papa dolazi tek 1303—1304 g., a na godinu 1304. pada indikcija druga. Sravni o tom i Farlati tom IV. p. 16.

[1] Kod Lucija: banistae.

litteris seu instrumentis confectis super factum praefatae venditionis, et annuatim deviciant debitum suum sive obligamen duo M. et 600 librarum quitando, donec fiat satis pro utraque parte, quod si aliud dicti cives secus fecerint, vel essent ausi contraire dictae compositioni, se obligaverunt duplum solvere et ad pristina servitia redire. Praesentibus videlicet reverendo in Christo patre et dominis Damiano dei et apostolicae sedis gratia episcopo Scardonensi, nec non et viris nobilibus, scilicet comite Neliptio filio quondam Georgii, et comite Budislavo Corbaviensi filio quondam Curiaci et aliis quampluribus ad hoc vocatis ad nostrum secretarium. In cuius rei testimonium praesentes iussimus per nostrum notarium in carta publica redigi, redactum sigillo capituli nostri praetacti una cum sigillo communitatis Scardonae, munimine sub appensione consignarie. Datum [in] Scardona cathedralis ecclesiae, anno nativitatis 1284. indictione 2, pontificatus Benedicti papae, die 11 mensis februarii.

Lucius De regno Dalm. et Croat. Liber IV. C. 13.

Farlati Ill. sacrum. IV. 16. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 2., 104—106. VIII. 7, 58. — Kukuljević Reg. no. 1360.

73.

1304, 13. februara. U Zadru.

Radi se o prodaji drva za gradnju.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tercio, indicione secunda, die tercia decima intrante februario, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici(!), incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Fuscarini egregii comitis. Manifestum facimus per hoc presens instrumentum nos quidem Radodruh butigiarius filius condam Hargi et eius filius Stoianus de assensu ipsius patris mei habitatores Jadre, quomodo pro libris duodecim denariorum venetorum paruorum nos obligamus et promittimus in solidum tibi quidem Andree de Cotopagna ciui Jadre facere de toto nostro lignamine et de tuo ferro unum pesterinum fornitum, ita, quod possis macinare cum tuis macinis et bestiis et in domo tua, uti mihi dixeris in uilla tua uocata Cotopanschina ad Berdam, ita, quod sit ipse pesterinus bonus et de bono lignamine et bene

aptatus ita magnus et de illo sextu sicut aliquis melior inueniri poterit ante portas Jadre. Quodlignamen et pesterini(!) tu dictus Andreas tenearis facere portare ex Jadra ad uillam tuam omnibus tuis expensis, et tunc teneamur ambo uel unus nostrum personaliter ire ad dictum locum et ponere ipsum pesterinum, quod macinet, dando nobis tu quando ibimus ad ponendum dictum pesterinum liberam et comendam, et tunc quando lignamen portare feceris ad dictam villam, tenearis dare nobis hic in Jadra libras sex de precio ipsius pesterini et reliquas libras sex confitemur, quia ad presens nobis dedisti. Vnde predicta omnia promittimus et obligamus nos cum heredibus et successoribus nostris tibi dicto Andree tuisque heredibus et successoribus attendere et adinplere usque ad festum sancti Viti de mense iunii proximum uenturum sub pena dupli et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa super nos uel alterum nostrum, ad quem te tenere uolueris in solidum, scilicet in toto et in parte et super omnia bona nostra presentia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Girardino filio condam Marini Girardi et Vito filio naturali condam Damiani et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Michael Scolature examinator examinaui.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui [rogatus, ut] audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 25.

74.

1304, 25. marta. U Zadru.

Svenihna udova Bogde de Lovrečena, prodaje Ivanu Quali zemlju u Sikovi.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quarto, die septimo exeunte mensis marcii, indicione secunda, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi de Folino venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Foscari(!) egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego namque Suenihna

relicta Bogde de Lourechena ciuis Jadratina, quoniam do, dono, uendo atque transacto tibi quidem Johanni Quali de Stricalla ciui Jadre totam et integram terram vnam, que fiut dicti Bogde de Lourechena uiri mei possitam ad Sicouam; cui ex austro est terra heredum condam Marini de Petriço Spalatensis, ex trauersa est quoddam potoc sive fosatus, quod discurit usque ad Jaseniçam, ex borea est terra Petriçi de Arbo, ex quirina est carsus Johannis de Lemessio et tui dicti Johannis Qualis, supra quo est terra uestrorum, que uocatur Liscouiça, et est etiam vna dragulla terre dicti Johannis de Lemessio; cum omni longitudine et latitudine sua et habenciis et pertinenciis et cum omnibus actionibus, iuribus et racionibus suis, que ipsi terre pertinere possunt tam sub[tus terram quam supra terram in integrum pleno iure; ita, quod a modo in antea plenam habeas uirtutem et potestatem ipsam terram intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, alienandi, pro anima et corpore indicandi omnemque aliam tuam uoluntatem et utilitatem ex ea libere faciendi nemine tibi in perpetuum contradicente. Pro precio cuius uendicionis siue transactionis ego dicta Suenihna habui et recepi a te dicto Johanne Quali libras septem denariorum venetorum grossorum, quas mihi integre dedisti et soluisti in pecunia numerata Vnde ego ipsa Suenihna per me meosque heredes et successores promitto et me obligo omni tempore tibi dicto Johanni Quali et tuis heredibus et successoribus ipsam terram excalumpniare et deffensare in ratione ab omni homine et persona super me et bona omnia mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne de Cernucho et Grisogono Çauata ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicola de Dobre de Begna iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Benedictus de Rafaldis imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi, compleui et roboraui.

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Dominika no. 2265.

75.

1304, 30. marta. U Spljetu.

Pavao ban sa sinovima obećaje svaku sigurnost knezu Hrvatinu.

Nos Paulus banus Croatorum et Mladinus banus Bosnensis, ac Mladinus trium camporum et tocius terre Hlim, Georgius Spalatensis, Paulus et Gregorius comites, filii dicti domini P[auli] bani significamus quibus expedit tenore presencium vniuersis, quod prestito corporali iuramento super corpore domini nostri Jhesu Christi et viuifice crucis ligno, promittimus ad fidem nostram nobilem virum Horuatinum comitem de inferioribus confiniis Bosne, conpatrem nostrum dilectum et fidelem, ac eius filios debita, sincera ac assueta dileccione prosequi, confouere, diligere et amare, ac quod castra ipsius, bona ac possessiones non recipiemus ab eodem, nec ab eius filiis, neque minuemus, immo non dubitando de sua persona et suorum filiorum atque bonis, omnimoda securitatis aput nos gaudeant libertate, nisi, quod absit, infidelitatem facerent nobis manifestam. Et ut supradicta fides, nostra promissio et assecuracio in sua semper permaneat firmitate, nos Paulus banus Croatorum predictus tamquam maior et senior atque pater, tam prefato Mladino bano Bosnensi fratri nostro karissimo, quam filiis nostris nominatis, sub pena[1] benediccionis nostre iungimus[2], quod prenotata omnia nominato Horuatino comiti, ac eius fratribus et filiis ad plenum debeant illese obseruare, et si aliquid de promissis inmutare attemptarent, omnipotentis dei et omnium sanctorum atque nostram incurrant malediccionem ipso facto. In cuius rei memoriam et maiorem firmitatem presentes litteras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Spalati in loco fratrum Predicatorum, in crastino resureccionis domini, anno domini millesimo trecentesimo quarto.

Original u arkivu knezova Baćani u Körmendu, sa četiri žuto-ljubičaste vrvce visila su četiri pečata jamačno bana Pavla, bana Mladena, kneza Mladena i Jurja. A. Miscellanea Heimiana no. 19.
Vjesnik zem. arkiva. VII. 214.

---

[1] Valjda ima biti: sub pena amittende benedictionis nostre.
[2] Jamačno ima biti: „iniungimus“.

76.

1304, 31. marta. U Rimu.

Benedikt XI. papa prioru Dominikanaca, neka odriješi neke Dubrovčane, koji su zabranjene stvari izvažali u Aleksandriju.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio . . . priori fratrum Predicatorum Ragusinorum, salutem et apostolicam benedictionem. De circumspectione tua plenam in domino fiduciam obtinentes, ac volentes per te saluti consulere animarum, absolvendi hac vice auctoritate nostra Marinum de Gote, Marinum de Grose et Iunium de Wolcasso cives Ragusinos, qui, sicut asseritur, contra prohibitiones apostolice sedis in Alexandriam accedentes, victualia prohibita Sarracenis illarum partium detulerunt, et alias habuerunt cum ipsis Sarracenis commercia, seu consilium et auxilium impenderunt, et alias participarunt eisdem, ad humilem requisitionem ipsorum ab excommunicationum et aliis quibuslibet sententiis atque penis latis seu statutis contra tales per sedem apostolicam, et alias ab homine vel a iure, quas eos propter hoc incurrisse constiterit, iniuncta eis pro culpe modo penitentia salutari, dummodo cives ipsi et quilibet eorum de eo, quod ex tam damnato commercio perceperunt, certam partem, de qua tue discretioni videbitur, tibi nomine nostro et ecclesie Romane persolvant, liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Volumus autem, ut totum id, quod inde perceperis, convertas et converti facias in prosecutione operis ecclesie tue ac dilectorum filiorum fratrum tui ordinis, que in civitate Ragusina sumptuoso opere, ut asseritur, est incepta. Datum Rome apud sanctum Petrum, II. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 172. str. 121. Iz reg. an. I. ep. 689. — Potthast reg. pont. no. 25.411.

77.

1304, 31. marta. U Rimu.

Benedikt XI. papa daje otpuste za dogradnju crkve sv. Dominika u Dubrovniku.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ecclesiarum fabricis manum porrigere adiutricem piam apud deum et meritorium reputantes, frequenter Christi fideles ad impendendum ecclesiis ipsis huiusmodi auxilium nostris monemus litteris et hortamur; et ut ad id fortius animentur, quo magis ex hoc animarum commodum speraverint adipisci, nonnumquam pro hiis temporalibus suffragiis spiritualia eis munera, videlicet remissiones et indulgentias elargimur. Et quidem conveniens est et dignum, ut fideles ipsi loca divino deputata cultui devotione congrua venerantes, debitum illis honorem exhibeant, et ad eorum decorem sua etiam impendia studiose, ut cooperantibus caritativis eorum subsidiis possint decentius consumatione structure superni regis laudibus apta reddi. Cum igitur ecclesia dilectorum filiorum . V. prioris et fratrum ordinis Predicatorum Ragusinorum in honorem beati Dominici opere sumptuoso, ut asseritur, sit incepta, ad cuius consumationem operis sunt fidelium auxilia oportuna, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus attendentes provide, quod inter holocausta virtutum illud deo acceptabilius creditur, quod de pinguedine caritatis offertur, de bonis vobis a deo collatis eisdem priori et fratribus, vel eorum nuntiis pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus huiusmodi valeat consumari, et vos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad hoc eis manum porrexerint adiutricem, unum annum et quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Presentibus post septennium minime valituris, quas mitti per questuarios districtius prohibemus etc. usque decernentes. Datum Rome apud sanctum Petrum, II. kal. aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Original u dubrovačkom dominikanskom arkivu. Pečat otpao.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 173. str. 122. Iz reg. an. I. ep. 694. — Farlati Illyr. sacrum. VI. 122. — Bullarium Dominicanorum II. 96.

Sličan je od istoga dana papinski breve na str. 97. a kod Farlata VI. 122., gdje papa dozvoljuje: »ut de usuris, rapinis ac aliis male acquisitis, dummodo ii, quibus horum restitutio fieri debeat, omnia sciri non possint, usque ad summam centum librarum venetorum grossorum, prosecutionem dicti operis totaliter convertendam . . . recipere valeatis«. — I od ove bule ima original u arkivu dubrovačkih Dominikanaca i na njem je otpao pečat. — Fejér Cod. dipl. Hung. VII. 7. 36. — Potthast Reg. pontif. no. 25.412.

78.

1304, početkom aprila.

Kralj Stjepan Uroš moli Dubrovčane, neka dadu njegovu poklisaru Matiji, koji ide u Skradin, novce na račun godišnjega dohotka, što su Dubrovčani kralju srpskom plaćali.

✝ **Пише кралевьство ми властелѡмь дѹбрѡвьничскимь (!) и всои ѡпкинѣ дѹбрѡвьч[ьскои]. Посла кралевьство ми Матеꙗ на рабѡтѹ кралевьства ми, да дате Матею . . . . . перперь . . . дльга и поставите ѹ разлогь и немѡите мѹ ѹдрьжати.**

Стефань Ѹрошь краль.

Na ledjima: ✝ **Пише кралевьство ми властеломь дѹбрѡвьчкимь.**

Original na papiru u dubrovačkom arkivu u Liber reformationum g. 1304.

Zaključak maloga vijeća 12. aprila 1304: »quod concedatur una barcha Matheo ambaxatori domini regis ad eundum usque. Scardonam et omnes expense que consistent, quod debeant excumputari in datio domini regis, sicut per suas licteras transmissas per dictum Matheum plenius continetur qui fuerunt in summa perperi XX«. Nekoliko riječi iz ove povelje po prijepisu Matei u Monum. Ragusina II. 307. Ovdje je metnuto kraljevo pismo krivo u mjesec juli, kada je već konačna odluka pala, da se kraljevu pismu ima udovoljiti.

Jireček Spom. srp. br. 4, str. 23.

79.

1304, početkom maja.

Kraljica Jelena javlja knezu Marinu Baduaru i općini dubrovačkoj, da Nikolica nečak Gjurgjev, koji je držao trgove njezine, njoj nije ostao dužan.

✝ **Любовномѹ ми с(н)нѹ и кѹмѹ кралевьства ми кнезѹ дѹбровьчкомѹ Маринѹ Бадѹарѹ и сѹдиꙗмь и вѣкникомь и ѡпщинѣ ѹсои. Ѕнате ви, како кралевьство ми . . . изкаше Николицѹ, Жѹргова нетиꙗ, за терьге, де ми бехѹ поведел . . ., ıерѣ ıе ѡпкинникь Жѹрго(вь), да изкахь и ѡдь вась и ѡвамо ѹ нась изкахь и неѡбрѣтохь га крива и делж(н)а, да кльнь мѹ се ѡдь сель кралевьство ми за ѡнь делгь да га неище, ни м-ıе делжень. Да сıе**

му ѥ мил(о)сть кралевьства ми ходити свободно по моѥи земли, како то и дрꙋзимь вашимь Дꙋбровчаномь, паче и боле.

Ѥлѣна кралица.

Na ledjima: **✝ Любовномꙋ ми с(и)нꙋ** *(pečat na kojem se ne može više ništa raspoznati)* **и кꙋмꙋ, кнезꙋ дꙋбровчкомꙋ и ꙋсои ѡпщинѣ.**

Original na papiru u arkivu dubrovačkom u Libri reformationum god. 1303.

Jireček Spom. srp. br. 5, str. 23.

Miklosich u Monum. Serbica str. 66—67. datira ovu listinu na 18. maja i obrazlaže to ovako: »E libro manu scripto: Cronica la piu antica di Ragusa pag. 109.—110, conventus patrum franciscauorum Ragusii, ubi etiam sequentia leguntur. Die 18. mensis madii 1304. regina misit unam suam literam slavonicam per Mata de Bolsich de Antibaro«.

»A lo caro filio de lu reame et a lo compare Misser Marin Baduer conte de Ragusi et iudeci et consilgeri et a tuto lo comun de Ragusa. In questo voi save, sicomo lo regname zontava a Nicoliza nepote de Zorzi per li (mercati), che ello me avea facto a savere, che ello è companione de Zorzi, donde zercai et de voi (et) in quelle nostre partite zercai, et non trovai elle che fosse torto ne debitore, et nel nome da mo avanzo; unde che lo reame nollo poza cercare, che non è debitore; unde che habia le gratia de lo reame, che poza andar francamente per la mia terra, si como va li altri vostri Ragusei et molti«. Mon. Rag. II. 306.

80.

1304, 2. juna. (U Napulju).

Karlo kralj napuljski o skorom dolasku bana Pavla Šubića u Napulj.

Karlo II. kralj napuljski piše »Universis«: »Vir magnificus Paulus banus Croatorum dilectus affinis noster«, »ad evocationis et precum nostrarum (sc. regis Karoli) instanciam« »ad nostram sit in proximo venturus presenciam«.

Reg. Ang.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 42. — Wenzel Acta extera I. 174. — Rački Rad XVIII. 226.

81.

1304, 13. jula. U Zadru.

Krševan od reda propovjedničkoga, prodaje Mariji udovici Vita de Cerna vinograd na otoku sv. Mihalja.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quarto, indicione secunda, die tercio decimo intrante iulio, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici incliti ducis Venecie, reuerendi patris domini fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Fuscareni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem frater Grisogonus ordinis Predicatorum filius condam Dominice de Jadra, quoniam de consensu et uoluntate fratris Alexandri vicarii nostri ordinis ibidem presentis et consencientis do uendo atque transacto tibi quidem domine Marie uxori condam Viti de Cerna ciui Jadratino totam unam meam vineam et terram tibi adiacentem, que fuit Dobrini et eius uxoris positam in insula sancti Michaelis in confinio sancte Heufemie, cui ex austro possidet monasterium sancti Michaelis de Monte, ex trauersa possidet Agapia relicta Grisogoni de Sestogizd, ex borea est uia publica et ex quirina possides tu dicta Maria; cum omni longitudine et latitudine sua cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram et cum arboribus in ea natis et plantatis, a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis predictam vineam cum terra sibi adiacente et suis pertinenciis intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi et omnia alia faciendi sicut de tuo proprio nemine tibi tuisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente. Precio cuius uenditionis siue transaccionis recepi a te predicta domina Maria libras octoaginta denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde ego predictus frater Grisogonus cum meis successoribus me obligo et promitto tibi dicte domine Marie tuisque heredibus et successoribus predictam vineam cum terra sibi adiacente et omnibus suis pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dobre de Begni et Stane de Juriso ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Michael de Cerne Galellus examinator manum misi.

Ego Johannes Qualis imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru. Odio sv. Dominika, no. 696.

82.

1304, 19. jula. U Zadru.

Templar Lokvet de Busque priznaje, da je primio od samostana sv. Krševana za svoj samostan uložene stvari po prioru Albertu de Revellis (od god. 1299. 14. juna).

In nomine domini amen. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo quarto, mensis iulii die tercio decimo exeunte, indicione secunda, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Fuscareni egregii comitis. Frater Loquetus Busque ordinis sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani preceptor Vne (!) coram me Vincentio notario subscribendo et testibus nfra notandis existens cum secretario monasterii sancti Grisogoni de Jadra, confessus manifestus extitit et contentus se ad integrum manualiter suscepisse virtute, auctoritate et potestate quarundam litterarum sibi transmissarum ab honesto et religioso viro domino fratre Guilelmo de Villaret[o] dei gracia sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistro humili et pauperum Christi custode; quarum litterarum sigillatarum vero et integro sigillo plumbeo et pendenti dicti domini magistri tenor per omnia dignoscitur esse talis: *(Slijedi listina Vilhelma meštra Ivanovaca od god. 1303. 12. novembra)* ab honesto et religioso viro dompno Vito abbate reuerendo monasterii sancti Grisogoni supradicti totum illud depositum, quod olym facta, posita et sumata omni ratione diligenter inter venerabilem et religiosum virum bone memorie fratrem Johannem tunc abbatem monasterii sancti Grisogoni de Jadra ex vna parte, et fratrem Johannem de Priuostin ordinis hospitalis sancte domus sancti Johannis Jerosolimitani tunc procuratoris religiosi viri domini fratris Alberti de Reuellis ordinis hospitalis eiusdem quondam prioris domorum hospitalis predicti per Vngariam remanserat penes dictum fratrem Johannem olym abbatem sancti Grisogoni de Jadra, ipso deposito locato seu reseruato per dictum fratrem Albertum de Reuellis

solummodo pecunia et res inferius denotate, in quodam publico instrumento scripto et completo manu Guilielmi presbiteri sancte Anastasie olym Jadre notarii; cuius inchoacio cernitur esse talis: *(Slijedi listina od god. 1299. 14. juna).* Quod quidem totum depositum supradictum contentum, expressum seu declaratum in prescripto publico instrumento confecto manu dicti Guillelmi(!) notarii idem frater Loquetus de Busqua predictus nomine ac vice prefati domini Guillelmi de Villareto dei gracia sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistri humilis et pauperum Christi custodis et ipsius sancte domus predicte iam recepit et in se habet ad plenum absque diminutione aliqua huius mundi a prefato dompno Vito honesto et religioso viro reuerendo abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra. Vnde dictus frater Loquetus nomine suo ac nomine et vice dicti domini magistri et sancte domus hospitalis predicti ex virtute, auctoritate et potestate predictarum litterarum dicti domini magistri sancte domus prefati hospitalis voluit, quod prefatus dompnus Vitus reuerendus abbas monasterii sancti Grisogoni nomine suo ac nomine ipsius monasterii suo suorumque monachorum et fratrum de toto ipso deposito superius expresso sit liber, quietus perpetuo et absolutus. Promittens idem frater Loquetus de Busqua nomine suo ac nomine et vice dicti domini magistri et sancte domus hospitalis predicti dictum fratrem Vitum reuerendum abbatem sancti Grisogoni de Jadra uel suos successores aut dictum monasterium sancti Grisogoni de cetero non posse nec debere ullo modo, ordine uel ingenio ullaque ratione et occasione huius seculi aut iure aliquo canonico uel ciuili de dicto et pro dicto deposito seu occasione ipsius depositi inpetere, conpellere, adgrauare(!), inquietare uel molestare in curia uel extra curiam. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet nobilibus et discretis viris Desa Phafonge(!) ciue Jadrensi, et Nycolao de Justinopoli filio olym Guarenti de Gremia, et Blasio aurifice habitatoribus Jadre.

(Drugi rukopis).

Ego Michael Galellus de Cerna examinator manum missi.

Ego Vincentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo solito signaui.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Krševana. Kap. XXIII. no. 606).

Na ledjima savremeno: »Securitas facta monasterio de quodam deposito ospitalis«.

83.

1304, 24. augusta. U Požunu.

Neki prelati i velikaši u sporazumku s ugarskim i hrvatskim kraljem Karlom Robertom čine savez s Rudolfom vojvodom austrijskim.

Michaël(!) dei gratia sanctae Strigoniensis, Stephanus Colocensis archiepiscopi, Petrus Transilvanus, Theodorus Jauriensis, Nicolaus Bosnensis et Joannes Nitriensis, ecclesiarum episcopi, magister Ugrinus Omodeus, Rorandus palatinus, Copaz banus, magister Leukus filius magistri Laurentii, Theodorus banus, magister Stephanus filius Marci, Opour palatinus, Petrus vayvoda, Laurentius vajvoda, magister Kokos et magister Johannes filius Thomae, salutem in domino. Ad universorum volumus notitiam pervenire, quod nos una cum magnifico principe, domino Carolo dei gratia rege Ungariae, unanimi voto, consensu, voluntate, consilio praehabitis et tractatu, corporali per nos sacramento praestito promittimus, spondemus, ac firmiter obligamus fide nostra deo debita mediante, quod personam illustris domini Rudolphi dei gratia ducis Austriae et Stiriae, et suorum fratrum baronumque et nobilium, suorum fidelium, eodem affectu et favore, consilio et auxilio, quo nostras personas, expositis personis, rebus, sumtibus et laboribus nostris ac nostrorum toto posse, totisque viribus, in omnibus et per omnia prosequemur contra quoslibet infideles, rebelles pacisque perturbatores et invasores iurium et terrarum infra terminos et extra sui dominii et principatus; et amici erimus amicis suis et inimicis inimici, adiicentes et firmiter pollicentes, quod nullum et nullos infideles suos nostro recolligemus favori, et non minus quam idem dominus dux et sui fratres, in quibuslibet partibus eosdem infideles et aemulos persequemur, dummodo infidelitatis eius, vel eorum causa per eorumdem domini ducis aut suorum fratrum litteras vel nuncios nobis constet. Ita tamen, quod idem dominus dux contra oppressores, inuasoros iurium nostrorum tam spiritualium quam temporalium contra quoslibet nos defendet, cum fuerit requisitus. In quorum omnium testimonium et evidens argumentum sigilla nostra, quibus nos utimur, praesentibus sunt appensa. Datum et actum Posonii, in festo beati Bartholomaei apostoli, anno domini MCCCIV.

Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1, 160—161. — Fejér veli, da je iz tajnoga dvorskoga arkiva u Beču. Mi listine ondje ne nadjosmo.

84.

1304, 25. oktobra. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim prodaju Pankracije sin bana Pankracija i Ivan sin župana Pavla, svoj posjed Garič biskupu zagrebačkom Augustinu.

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam serie presencium volumus peruenire, quod nobiles viri Pangracius filius Pangracii bani et Johannes filius comitis Pauli Rufi, fratris eiusdem a parte una, ab altera autem discretus vir magister Petrus canonicus et archidiaconus de Vaska in ecclesia kathedrali Zagrabiensi, ac Pausa comes de Dombrou vice et nomine venerabilis patris domini nostri Augustini dei gracia episcopi Zagrabiensis personaliter coram nobis constituti, iidem nobiles quandam terram seu possessionem eorum Garigfeu vocatam, sub castro Garig existentem, terre episcopatus contiguam, vicinam et conterminam, ad ipsos mediantibus litteris priuilegialibus domini Bele regis felicis recordacionis, ex parte Michaelis filii Symonis empcionis titulo deuolutam, cum attinenciis, adiacenciis et utilitatibus ad eandem spectantibus vniuersis, sub eisdem metis, terminis et signis, quibus Pangracius banus et comes Paulus eius frater ac postmodum ipsi habuerunt, tenuerunt ac possederunt, dixerunt et publice confessi sunt vendidisse ipsi domino Augustino episcopo Zagrabiensi ac per eum eius successoribus pro centum marcis denariorum Zagrabiensium habitis plene coram nobis et receptis, irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Ad cuius rei maiorem euidenciam et firmiorem stabilitatem predicti nobiles litteras seu instrumenta, quibus, et quorum auctoritate possessionem obtinuerant memoratam, ad manus dicti magistri Petri archidiaconi nomine et vice eiusdem domini nostri episcopi comparenti (!), coram nobis assignarunt; et si forsitan aliquas maliciose et frudulenter (!) occultassent, aut reddere denegassent, auctoritate presencium mortuas reliquerunt et uiribus carituras, si per quempiam unquam coram quo uel quibuscumque iudicibus in lucem proferentur, aut eciam exhiberentur. Assumpserunt eciam et obligauerunt se nobiles memorati, quod quicumque racione terre prefate ipsum dominum episcopum et eius successores successu temporum molestare et turbare niteretur uel eciam attemptarent, expediturum laboribus eorum propriis et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad instanciam et pe-

ticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum in octauis beati Luce ewangeliste, anno domini MCCC° quarto.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 53. — Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu I. B. 9. 167.

85.

1304, 26. novembra. U Zadru.

Franjo de Lemesio gradjanin zadarski, prodaje Disislavu i sinu mu Petru vinograd na otoku Pašmanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quarto, indicione tercia, die quinto exeunte nouembri, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradenici incliti ducis Venecie, et reuerendi domini fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Petri Fuscarini egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Franciscus de Lemesio ciuis Jadre, quomodo do, uendo et transacto uobis quidem Disislauo uocato Buisin et Petro eius filio totam unam meam terram positam in insula Pestumani; cui ex austro et ex borea est terra et vinea heredum condam Juriscii, ex trauersa est terra monasterii sancti Damiani de Monte, et ex quirina est vinea Ju[ri]se de Juriso; cum omni longitudine et latitudine sua cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram; a modo in antea cum plena uirtute et potestate, cum heredibus et successoribus uestris predictam terram cum suis pertinenciis intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi et omnia alia faciendi sicut de uestro proprio nemine uobis in perpetuum contradicente. Precio cuius uendicionis siue transaccionis recepi a uobis dictis Disislauo et Petro eius filio libras quinquaginta denariorum venetorum paruorum, quas mihi integre persoluistis. Vnde ego dictus Franciscus de Lemesio cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto uobis dictis Disislauo et Petro eius filio uestrisque heredibus et successoribus predictam terram cum suis pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marco condam comitis Nicole, et Grisano barcatore Jadrensi et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Jacobus de Lourenchna examinator manum misi.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

86.

1304.

Karlo kralj ugarski i hrvatski poklanja Grguru, kraljičinom peharniku, posjed Pačintu u vukovskoj županiji.

. . . . . in quarum prima, videlicet ipsius domini Karuli regis in anno domini M°CCC° vigesimo tercio emanata alias litteras suas priuilegiales anno dominice incarnacionis M° CCC° quarto confectas transscribente et confirmante vidissemus contineri, vt ad ipsius domini Karuli regis accedens presenciam magister Gregorius fidelis suus comes dapiferorum reginalium et seruiens ad mensam domine Elyzabeth condam regine Hungarie consortis regis Ladizlai sororis sue karissime, quandam terram seu possessionem Stephani filii Jako hominis sine herede decessi, Pachynta nuncupatam, in comitatu de Wlkou existentem, ab ipso domino Karulo rege petiuisset cum instancia sibi dari; quam tandem possessionem ipse dominus Karulus rex in recompensacionem suorum seruiciorum et dampnorum ipsius magistri Gregorii in dictis litteris suis nominatarum ipsi magistro Gregorio et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam conferens, per hominem suum regium et testimonium capituli ecclesie Bachyensis eidem magistro statui fecisset; annuens nichilominus idem dominus Karulus rex, quod idem magister Gregorius liberam haberet facultatem donandi, vendendi et quouis titulo alienandi ipsam possessionem cuicumque vellet in vita et in morte, si heredum solacio fieret destitutus.

Iz originalne listine Ivana Šipuškoga kurijalnog suca vrhu posjeda Pačinte i Ligetpacinte od 1377. 24. maja u narod. muzeju u Budimpešti a. 1377.

Ova listina (od g. 1323.) potvrdjena bila od kralja Ljudevita g. 1361. Kako je vidjeti iz sadržaja ove listine sadržane u spomenutoj listini od g. 1377.: »in predictis autem duabus litteris ipsius domini nostri regis Lodovici in anno domini MCCC° sexagesimo primo emanatis id expresse vi-

dissemus contineri, quod ipse dominus noster rex predictus duas[1] *litteras ipsius domini Karuli regis patris sui de uerbo ad uerbum ipsis litteris suis transscribi faciendi . . . confirmasset.*

Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 5. 26—27.

87.

1305, 10. januara. U Krku.

Oporuka Anastazije žene Adama Andraševića.

In Christi nomine amen. Hoc est exemplum cuiusdam testamenti, cuius tenor talis est: In Christi nomine amen. Anno eiusdem 1305., indictione 3., die 10. intrante mensis iannuarii(!). Stasia uxor Adami de Andrasio Veglens[is] iacens oppressa infirmitate corporis, sana tamen mente et intellectu, recte loquens gratia Jesu Christi et semper timens inevitabile naturae debitum imminere, in praesentia . . . . viri presbyteri Petri de Alexandro canonici Veglae patrini sui, et . . . . . . religioso viro fratre Andrea filio suo, et Maria et Dobra filiabus suis ac etiam Maria sorore sua, que uidentibus et consentientibus hiis omnibus infrascriptis communiter et concorditer, per praesens testamentum res et bona sua in hunc modum disponere procuravit. In primis dimisit, et ordinavit pro anima sua et dicti viri sui quandam vineam suam positam in Pornaybo prope gurgum Bunnae de Sabala, et prope vineam Petri de Gavartino cum suis iuribus omnibus ipsis Mariae et Dobrae filiis(!) suis medietatem uni, et medietatem alteri eiusdem vineae ad tenendum, possidendum, gaudendum et pro anima et corpore indicandum. Tali quidem conditione modoque, quod una ipsarum filiarum tenere debeat et facere annuatim suum anniversarium [in] loco fratrum Minorum de Vegla, convenienter et ut consuetudo est eidem loco facere; et reliqua pro anima dicti viri sui omni anno in eodem loco teneatur et debeat facere illud idem; ex hoc donec ipsae vixerint tenere et facere debeant, et post ipsarum mortem dictam vineam cum ipso debito debeant et teneantur dimittere pariter et ordinare, ita, quod praedictum anniversarium in eodem loco fiat in perpetuum annuatim; et si inveniretur pro tempore, quod ipsae filiae, vel aliqua illarum, aut illa, seu illae personae, cui vel quibus dictam vineam dimiserint et ordinaverint, non tenerent et facerent dictum anniversarium, ut supra est expressum, quod guardiano praedicti loci, qui pro tempore fuerit, ex ea credatur solo verbo suo, et quod possit idem guardianus legitime absque omni contradictione et exceptione accipere et distraere(!) sibi ipsam vineam, quam tenerent et possi-

[1] Dalje slijedi sadržaj listine kaptola kameničkog od 1323.

derent, et deinde aliae personae, vel aliis quibus vellet eandem vineam cum ipso debito concedere et ordinare. Item iussit et ordinavit vendi, alienari aut donari secundum morem et usum Veglae quandam vineam suam de Valle alta, positam prope vineam capituli Veglae ecclesiae cathedralis et prope vineam diaconi Mambrunae, cum suis iuribus omnibus; et adhuc de aliis bonis suis, quibus melius et idoneis(!) appareant, quod habeantur et recipiantur decem bisantii denariorum parvorum, de quibus dari iussit et assignari unum bisantum capitulo Veglae ecclesiae cathedralis; sodalitati sanctae Mariae ipsius ecclesiae medium bisantum; sodalitati sancti Francisci de Vegla medium bisantum, praenominato patrino suo medium bisantum; dictae sorori suae Mariae medium bisantum; item dimisit et concessit pro anima sua, neptis suae Dominicae filiae Buniti quatuor bisantios denariorum parvorum et unum cozzum, unam cassellam magnam, unam cottam et unam gallipem et totum ornatum de iela, quod habeat hoc quidem modo et conditione: quod ipsi denarii et res non possint ipse Bunitus neque dicta Maria uxor sua praedictae Dominicae accipere aut sotrare(!), nec alia, seu aliae personae per eos ullo modo, ratione vel causa abque voluntate et expressa licentia et assensu ipsius Dominicae. Item ordinavit et dimisit loco fratrum Minorum de Vegla totam partem suam usufructus proximi venturi anni de dicta sua vinea de Pornaybo, integre et absque aliqua diminutione. Item dedit et dimisit dictae filiãe suae Dobrae pro eo, quod quando fuit tradita viro suo non habuit tantum de bonis suis quantum alia filia sua Maria, vineam suam de Callis partitis prope vineam Nicolae quondam Jacobi de Catarina cum suis iuribus omnibus et unam archellam et tinam suam maiorem ad habendum, possidendum et gaudendum ipsam vineam et res per se et quibus ei placuerit et pro anima et corpore indicandum. Item dimisit domum suam positam Veglae in curia magistri Sergii Pelligaris, prope domum Pauli de Muñe et prope viam publicam, cum suis iuribus omnibus praedictis Mariae et Dobrae filiabus, medietatem ipsius domus uni, et alteram medietatem alteri, ad habendum, possidendum, gaudendum pro se et quibus eis placuerit et pro anima et corpore indicandum quaelibet partem suam. Et ad haec omnia exequenda esse voluit procuratorem et fideicomissarium suum et praesentis testamenti exequitorem idem(!) patrinum suum, dans et concedens ei plenam licentiam et liberam potestatem, ut sine contraditione cuiuscumque personae possit auctoritate sua et potestate haec omnia exequi et complere et hanc suam ultimam voluntatem esse voluit, quam valere voluit iure testamenti; et si iure testamenti non valeret, valeat saltem iure codicillorum, vel cuiuscumque ultimae alterius voluntatis, aut quocumque modo, ratione potest melius valere. Actum est hoc Veglae in

domo praenominatae Stasiae testatricis, praesentibus Paulo de Barbarossa. Yuanno(!) de . . . magistro Sergio Pellyvarum(!) et aliis de Vegla, ad haec omnia convocatis specialiter et rogatis.

Ego Jacobus filius quondam Girandini de Ripatransonis imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus haec omnia supradicta scripsi, publicavi et corroboraui.

(Signum not.)

Ego Quirinus filius quondam Leonardi de Vegla imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius rogatus de mandato et auctoritate dominorum Matthaei vicecomitis Veglae, et Nicolae iudicis comunis Veglae mihi tradita et concessa, praesentibus Matthaeo et Cappallo ad instantiam vicecomitis Francisci procuratoris loci fratrum de Vegla, nomine dicti loci requirentis, hoc testamentum fideliter scripsi, publicavi et exemplavi, ut in eo vidi, et perlegi . . . . . cum autentico auscultavi, nil addendo vel minuendo, quod sensum mutet vel variet intelectum, nisi forte punctum, litteram vel sillabam, sub 1371., indictione 9., mensis octobris die 22. intrante.

Ego Matthaeus vicecomes praedictus manum misi.

Ego Nicola iudex praedictus manum misi.

Zbornik Bartoli str. 6/2.
Vjesnik zem. arkiva II. 21. donosi opširan regest.

88.

1305, 15. januara. U Trogiru.

Primiruju se razmirice izmedju trogirskoga biskupa i općine.

In nomine individue trinitatis amen. Anno domini a nativitate 1305., indictione 3., regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie, et temporibus venerabilis patris domini Liberii episcopi, egregii viri domini Pauli de Briberio comitis, et nobilis viri domini Andalo de Pesco capitanei ciuitatis Tragurii, die 15 ianuarii. Cum discordia orta fuerit temporibus retroactis inter suprascriptum dominum episcopum ex vna parte, et commune Tragurii ex altera, super iurisdictione criminalium questionum villanorum ipsius domini episcopi; idcirco, ne inter ipsum dominum episcopum presertim tempore suo tamquam patrem, et dictum commune tamquam suos filios iurgia nutriantur, sed procul repellantur penitus diuino subsidio permittente, ipse dominus episcopus pro se et episcopatu suo, scilicet suo tempore tantum ex vna parte, et dictus do-

minus capitaneus, domini Dessa Amblasii, Nicola Kasotti, Duymus Dopniche, Desa Morsice, Mattheus domini Lucii, Petrus domini Duymi de Cega, nomine et vice dicti communis Tragurii pro ipso commune ex altera, auctoritate reformationis consilii generalis dicti communis scripte, vt dicitur manu magistri Coronis notarii dicti domini capitanei ad tale inter se pactum et concordiam peruenerunt, videlicet: quod dominus capitaneus siue rector, vel rectores seu iudices, vel consules vel alium, seu alios rectores quocumque nomine censeantur, qui pro temporibus erunt ad regimen dicte ciuitatis Tragurii, cognoscatur et cognosci debeat de infrascriptis excessibus, tam commissis quam committendis per villanos ipsius domini episcopi s(cilicet) Gusterne, Dobrouize, et per omnes habitatores, uel habitaturos in terrenos (!) ipsius domini episcopi, vtcumque comissarii, videlicet de homicidio, de vulnere sanguinollento, de latrocinio, de robaria, de stupro, de volentia mulierum, de adulterio, de furto, de inuectione armorum, et de omnibus insultibus et rixis commissis et committendis tam cum armis quam sine armis per villanos predictos vtcumque committerentur, et medietas condempnationum pecunialium, que fient ex predictis excessibus et quolibet ipsorum et occasione ipsorum, et cuiuslibet eorum sit et esse debeat dicti domini episcopi, et alia medietas sit et esse debeat dicti communis Tragurii, et exacta pecunia ipsarum condempnacionum, statim rector, siue rectores vel consules, qui erunt ad dictum regimen communis Tragurii teneantur et debeant dare et assignare dicto domino episcopo medietatem dictam condempnationum predictarum, ita, quod nulla mora faciat in camera communis dicta medietas condempnationum dicti domini episcopi, sed eidem statim exacta, vt dictum est, debeat integraliter assignari. In omnibus vero et singulis aliis eidem domino episcopo plena iurisdictio debeat remanere, et predicta omnia et singula supradictus dominus episcopus promisit predicto domino capitaneo, et sapientum nomine et vice dicte communis recpientes et stipulantes fieri et exerceri, vt dictum est, per dictum commune Tragurii seu rectorem ipsius communis quocumque nomine censeatur tempore sui domini episcopi, et non vltra, que omnia etc. Actum in palacio dicti domini episcopi, presentibus Donato domini Nicole Kasotti, Basticho Zori, Vrina Petri Zanini, magistro Ottone notarii supradicti domini capitanei, Pribe Idrenia, Zubriano Bubulo et Vidalucio Zamberti testibus rogatis et domino Mattheo domini Lucii examinatore.

Lucius Memorie di Traù 147—148. — Farlati Illyr. sacr. IV. 362. — Fejér Cod. dipl. VIII. 6, 8—10.

89.

1305, 21. februara. U Skradinu.

Ban Pavao ponovno obećaje zaštitu knezu Hrvatinu.

Nos Paulus banus Croatorum et tocius Bosne dominus, vnacum karissimis filiis nostris Mladino bano Bosnensi, Georgio Spalatensi, Paulo Traguriensi et Gregorio Sibenicensi comitibus, significamus quibus expedit tenore presencium vniversis, quod prestito corporali iuramento super corpore Christi in ecclesia sancte Marie de Scardona, promisimus et promittimus veri amici comitis Horuatini cognati nostri dilecti et fidelis, ac suorum filiorum esse semper et perpetuo, ac eosdem puro corde diligemus, ac de suo dominio et toto comitatu inferiorum parcium Bosne in castris, terris uel in alia sua terra hereditaria, nichil ab ipso Horuatino comite et suis filiis minuemus uel recipiemus modo, et quod ipse Horuatimus comes cum suis filiis, aput nos et nostros in eundo, stando et redeundo semper sit liber et securus et non possit de nobis et nostris in aliquo dubitare, et eciam per nos et nostros ex aliqua causa, arte uel ingenio non debent captiuari. Cui si aliqua quoquomodo per aliquos imponeretur infidelitas siue culpa, non teneatur coram nobis alicui respondere, nisi propria ductus uoluntate responderet, et nichilominus ad sua castra sanus et illesus redire possit, sine nostro et nostrorum impedimento, contrario aut dolo. Insuper promittimus sub fide et iuramento suprascriptis, predictum Horuatinum comitem et eius filios contra quemlibet ipsum uel ipsos offendere volentem, manutenere, defendere et adiuuare, et quod eum et eius filios pro alicuius amicicia, amore, precio, timore uel odio nullo unquam tempore dimittemus, siue deseremus. Verum si ipse comes Horuatinus aliquam nobis manifestam (quod absit) infidelitatem faceret, et ipsam non posset uel nollet emmendare, extunc quatuor mensium spacio sibi prius indicare et manifestare litteris nostris debeamus, ut a nobis et nostris sibi et suis precaueat; interim autem contra ipsum et suos, ac bona ipsius procedere, uel eum, aut eius filios, si eciam ad nostram uenirent presenciam, captiuare, uel offendere non possumus, sed omnino erunt liberi et securi. Que quidem omnia et singula ad fidem nostram deo debitam illese et ad plenum obseruare et conseruare promittimus, et quod eciam per predictos filios nostros semper et perpetuo predicta obseruentur, nos dictus P[aulus] banus sub obtemptu paterne benedictionis iniungimus eisdem et mandamus, volentes, quod si aliquid immutaremus de predictis,

quod non erit, deo dante, ex tunc aput(!) deum et homines pro infidelibus et periuriis habeamur. In cuius rei memoriam et maiorem firmitatem presentes litteras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Scardone, die octauo exeunte mense februarii, anno domini M° CCC°. quinto.

Original u arkivu knezova Baćana u Körmendu: Acta Antiqua. A. 5. L. 6. no. 111. Na listini vise na crvenim svilenim vrvcama dva pečata knezova bribirskih. Natpis nečitljiv.

Vjesnik zem. arkiva. VII. 214.—215.

90.

(1305—1307), 15. marta. U Kotoru.

Stjepan Uroš kralj srpski potvrdjuje darovanje svoje matere Jelene za samostan svete Marije Ratačke.

† Изредно и ѡ прѣсветѣи, прѣчистѣи и прѣблагословленѣи владычици нашеи госпожди и богородительници, приснодѣвѣи Маріи, тѣмъже и ми, грѣшныи и ѹмиленни раби твои, кою ти похвалоу принесемь, прѣчистаꙗ? Что же ли наречемь те, ѡбрадованьнаꙗ? Или кыми похвалами вьсхалимь твоѥ прѣнепороучьноѥ дѣвьство, прѣчистаꙗ богородице, дѣво Маріѥ? Нъ ѡбаче арьханьгеловоу гласоу подобеще се и мы грѣшныи недостоинымиоустьнами вапиѥмь тии: радоуи се, радоуи се, ѡбрадованьнаꙗ, господь с тобою, и тобою сьмирише се небеснаꙗ сь земльными, и родь человѣчьскы тобою избавлень бысть прьвыѥ клетвы Адамовы, Адамъ же и Ѥуга ликьствоуѥта ѡ рождьствѣ твоѥмь вьсприѥмьша прьвоую добротоу, юже прѣстоуплѥниѥмь погоубиста, аньгеломь славо и пророкомь сьбытиѥ, апостоломъ похвало, моучеником вѣньць, царемь дрьжаво, грѣшникомь прибѣжище. Тѣмьже и азь, рабь твои Стефань Оурошь, самодрьжавьныи краль срьбьски и поморьскы, по милости твоѥи и по милости рождьшаго се ис-тебе бе-с-ѣмене сльньца истиньнаго, Христа бога нашего, припадаю къ прѣчистима ногама твоима, милости просе и прощениѥ грѣхом моимь, ꙗко да помилоуѥши и застоупиши мене, грѣшьнаго раба твоѥго, и сь рабомъ твоимь а сь сыномь моимь

Стефаномь и ѡть всѣхь врагь нашихь видимыхь и невидимых, и вь ѡбласти нашеи, що ми си ты дала, уистаю, и сь сыномь ти богомь нашимь, даю таланьть светомоу храмоу твоюмоу, юже юсть оу Рьтьуька, светои богородици рьтьуьскои, Доубоицоу, Ѕьвоурина и Братошь и Топлиш, Шаптиие и Спилани и сь мегами. А се меге: ѡть Ластьве, како теуе стоудьниць Мостьць оу ластовьско блато, горѣ ѡть Мостьца оуз брьдо по вѣньцоу, а ѡдь вѣнца оу шапьтиискоу скалоу, ѡть шаптиниске оулице оу Соухии Потокь, ѡть Соухога Потока оу Прѣсѣкоу, ѡть Прѣсѣке оу Градище и ѡдь Дѣвина Крьха, ѡдь Цьпиуа оу Кальць, оу Плишь иа-Топлишемь оу брьдо Свинищехь, оу Малоу Ѡстрьвицоу, оу Ѕеленикоу, како гледа оу море: како ю ѡбладала госпогю ми мати кралица Юлена, и ѡна ю дала и записала, то потврьди кралевьство ми и записа, да ю на пищоу старьцемь и на ѡдеждоу слѣпимь и хромимь и братии, и да ю този свободьно ѡдь вьсѣхь работь господьствоующихь великыхь и малихь и ѡть сильныхь оу ѡбласти кралевьства ми, да не повредить, що се тоу именоуюеть црькьвно. И кога богь изволи быти по мнѣ на столѣ кралевьства ми или сынь кралевьства ми или ѡдь рода кралевьства ми, сего писаньнаго малаго мною да не разорить, нь да потврьдить, или кто ѡдь силныхь или ѡдь владоущихь. Кто ли дрьзиеть и мало що ѡдь сихь разорити, того богь да разорить гнѣвомь своимь, и да ю приуестникь Июдѣ прѣдателю и кь тѣмь рекьшимь: крьвь юго на нась и на уедѣхь нашихь, и да ю проклеть ѡдь господа бога вседрьжителю и ѡдь силе уьстнаго и животворещаго крьста и ѡдь вьсѣхь светыхь оугождьшихь богоу ѡть вѣка, и да моу соупьрьница боуде мати божию прѣдь страшнимь соудиомь, югда придеть вь славѣ соудити живымь и мрьтвимь, и ѡдь мене грѣшнаго кралю Оуроша да ю проклеть; а таковыи, кои име пакостити томоу мѣстоу, що записа кралевьство ми, или оу пашищихь или оу теговищихь, или име кои соудь двизати на црьковь оу тои земли, да плати кралевьствоу ми тисоуќю перьперь. И тоу милость сьтвори кралевьство ми домоу светые богородице рьтьуьскые, кьди приде оу Которь градь. И тоу бише сь кралевьствомь ми

властелѥ: архиѥпископь барьски Маринь и казньць Мирославь и ѥпископь хльмьскы Іωань и ѥпископь зетьскы Михаиль и уельникь Бранко, дѣдь Мирославь, жоупань Владиславь, пископь которьскы Доумьнїа и два свѣдока Драго и Павьль. Сего ради писа и подьписа кралевьство ми кь свѣдѣнию вьсакомоу. И сию писа Петриць дїакь мѣсеца марьта .єі.

Стефань Оурошь краль всѣхь срьбскихь земль и поморскихь.

Miklosich Mon. Serb. 67—69.

91.

1305, 14. aprila. U Zadru.

Kaptol zadarski prihvaća ugovor (od g. 1302. 28. oktobra) izmedju grada i nadbiskupa glede dohodaka katedralne crkve.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quinto, indictione tertia, die quartodecimo intrante mense aprilis, Jadrae. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venetiarum, et domini fratris Jacobi de Foligno venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Joannis Superancii egregii comitis. Cum inter venerabilem patrem dominum fratrem Jacobum de ordine Minorum Jadrensem archiepiscopum memoratum, nomine suo et suae ecclesiae beatae Anastasiae ex una parte, et nobilem virum dominum Joannem Superancium tunc temporis comitem Jadrensem supradictum, nec non discretos viros dominos Stanum de Varicassis, Vulcinam de Mattafaro, Jacobam Zadolin, Lampre de Civalellis, Bogde de Louretena, Jacobum de Petreze, Simeonem de Zlorado, Micham de Martinusso, Federicum Grisogoni et Dobre de Begna nobiles cives civitatis Jadrensis, nominibus suis et communitatis Jadrae ex altera parte, pro evidenti utilitate ipsius ecclesiae et fabricae, ac etiam civitatis eiusdem, inita et facta fuisset infrascripta concordia seu compositio super colligenda et gubernanda, expendenda ac dispensanda quarta parte decimae Jadrensis civitatis et districtus eius ad opus fabricae, et in fabricam ecclesiae beatae Anastasiae per duos bonos et legales viros, prout in instrumento compositionis et concordiae facto et scripto manu notarii infrascripti plenius continetur; providi et discreti viri domini

Nihiforus archidiaconus, Stephanus plebanus sancti Petri novi, Simeon plebanus sancti Petri veteris, qui erant et sunt hiconomi et speciales procuratores et sindici capituli antedicti, sive ecclesiae antedictae; considerantes, quod talis compositio et concordia redundabat ad evidentem utilitatem fabricae ipsius ecclesiae, procuraverant et unanimi consilio decreverant confirmationem et approbationem infrascripti contractus evidenter pertinere et spectare ad bonum statum et reparationem, ac conservationem perpetuam ipsius ecclesiae antedictae; et ideo fecerunt omnes de capitulo ipsius ecclesiae et ipsum capitulum evocari, conveniri, congregari secundum consuetudinem ipsius ecclesiae in loco, in quo solitum est ipsum capitulum congregari, quo quidem capitulo congregato more solito, ut dictum est, intervenerunt venerabilis pater dominus archiepiscopus antedictus et discreti viri domini procuratores et hyconomi supradicti, nec non dominus Martinus plebanus sancti Miche, Marinus plebanus sancti Stephani, Michael primicerius Jadrensis, Grisogonus plebanus sanctae Mariae maioris, Joannes archidiaconus Farae, Franciscus clericus sanctae Anastasiae, presbyter Stephanus, et presbyter Damianus sanctae Anastasiae, Ciprianus acholitus, presbyter Michael sancti Miche, presbyter Marinus sanctae Anastasiae, presbyter Dragosius ecclesiae sancti Michae, presbyter Dragus ecclesiae sancti Petri novi, presbyter Matthaeus sancti Stephani, Andreas diaconus sanctae Mariae maioris, Thomas diaconus sancti Petri novi, presbyter Georgius sanctae Anastasiae, Damianus diaconus sancti Petri novi, Martinus diaconus sanctae Anastasiae, Damianus diaconus sancti Petri veteris, Simeon diaconus sancti Stephani, Nicolaus diaconus sancti Miche, presbyter Vitus sanctae Anastasiae, Nicolaus subdiaconus sanctae Anastasiae, Mire diaconus sancti Petri novi, Georgius acholitus, Grisogonus acholitus, presbyter Vitus Sclavus sanctae Anastasiae, presbyter Andreas sanctae Mariae maioris, presbyter Cosma capellanus sancti Laurentii, presbyter Vulcina ecclesiae sancti Petri novi, Joannes diaconus sanctae Mariae maioris, Simeon diaconus sanctae Mariae maioris, presbyter Basilius sancti Stephani, presbyter Sivigna sanctae Mariae maioris, presbyter Andreas de Quartiza sanctae Mariae maioris, Simeon diaconus sanctae Anastasiae, Joannes subdiaconus sanctae Anastasiae, Helia diaconus sanctae Anastasiae, Grisogonus clericus sanctae Anastasiae, coram quibus propositum fuit per dominum archidiaconum supradictum in pleno capitulo nomine et vice sua et praedictorum hyconomorum seu procuratorum de modo et forma, de confirmatione et approbatione, vel de revocatione seu improbatione infrascripti contractus. Demum post longum sermonem et multorum arrengatorum eloquentiam seu dicta, omnes supradicti, qui faciunt plenum et totum capitalum, nullo penitus discrepante, et totum capitulum,

praesente domino archiepiscopo supradicto, tamquam capitulum et collegium ipsius ecclesiae, considerantes dictam concordiam, compositionem et contractum perutilem esse dictae ecclesiae et consuetudini optentae hactenus ab antiquissimis temporibus convenire, certiorari clare et distincte supra infrascripto contractu ex certa scientia, pro meliori statu, reparatione ac perpetua conservatione ipsius ecclesiae, et ut servetur et imittetur consuetudo diutius observata, approbaverunt, laudaverunt, ratificaverunt, acceptaverunt et emologaverunt infrascriptum contractum, concordiam et compositionem in omnibus et per omnia, prout in ipso contractu plenius et seriosius continetur, et eidem contractui suum praebuerunt assensum benivolum et attentum. Postque omnes supradicti tamquam capitulum promiserunt praedicto domino Joanni Superancio comiti supradicto, nomine et vice civitatis praedictae recipienti, et mihi notario infrascripto stipulanti, nomine omnium, quorum interest, vel interesse poterit, ipsum contractum et omnia et singula quae in ipso contractu plenius et seriosius continentur rata et firma habere et tenere perpetuo, et non contra facere vel venire de iure, seu de facto per se vel per alium aliqua ratione vel causa, sub poena mille librarum denariorum venetorum parvorum, quam quidem poenam una pars alteri sibi adinvicem et vicissim solemniter promisit stipulationibus hinc inde intervenientibus; et voluerunt praedictae partes ipsam poenam pro unoquoque capitulo huius contractus non servato totiens committi contra partem non observantem, et peti et exigi cum effectu per partem, quae observaverit, quotiens ventum fuerit contra ipsam ratificationem et approbationem vel in aliquam partem ipsius, et poena exacta et petita vel non, soluta vel non, ipsius contractus ratificatio et approbatio rata maneat et perduret sub obligatione omnium bonorum, redituum ipsius capituli et communitatis Jadrae praesentium et futurorum; quae bona adinvicem, una pars pro altera se precario constituit possidere usque ad satisfactionem poenae integraliter faciendam pro singulis capitulis huius ratificationis et approbationis, cum satisfactione totius damni et interesse factorum praedicta de causa, credendo de praedictis et quolibet praedictorum soli verbo partis observantis praedictam ratificationem et approbationem sine sacramento et alia probatione; insuper pars non observans infrascriptum contractum concordiae et praesentem ratificationem dedit parabolam et plenam licentiam parti observanti, quod possit et debeat sua auctoritate sine alicuius iudicis licentia vel decreto intrare tenutam, corporalem possessionem bonorum partis non observantis infrascriptum contractum concordiae usque ad satisfactionem plenariam damnorum et interesse; et ipsam tenutam possit sibi retinere, si voluerit, et alteri vendere sicut suam de voluntate et plena licentia sibi concessa; hinc

inde renunciaverunt insuper partes praedictae sibi adinvicem et vicissim per pactum speciale omnibus feriis et feriatis diebus; exceptioni et probationi doli mali, deceptioni, simulationi, fictioni fraudi, beneficio in integrum restitutionis, conditioni, sine causa supplicationi et appellationi; ipsam appellationem remittentes per pactum expressum, privilegio fori, causae non intervenientis iustae vel iniustae, litteris et privilegiis impetratis et impetrandis et omnibus aliis suis iuribus specialibus et communibus, ecclesiasticis et civilibus, expressis et non expressis, quo vel quibus alterutra pars posset venire contra praedicta vel aliquod praedictorum. Tenor autem instrumenti compositionis et concordiae, de quo superius est habita mentio, talis in omnibus et per omnia:

Slijedi ugovor od god. 1302. 28. oktobra.

Statuta Jadertina Venetiis 1564. fol. 94-a—96-a. — Farlati Illyr. sacr. V. 88.—89.

92.

1305, 19. maja. U Čazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje na molbu meštra Henrika de Othna dvije svoje listine (od god. 1277. 31. marta i od god. 1277.) vrhu imanja Othne.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presentium per tenorem, quod magister H[er]ricus de Othna ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis duo priuilegia nostra super eadem possessione Othna olim confecta, petens a nobis humiliter et deuote, ut tenorem eorundem nostris in litteris patentibus de verbo ad verbum inseri et transscribi nostroque sigillo [nou]o innouari faceremus. Cuius peticionibus eo, quod iuste et condigne nobis fore videbantur, annuentes ipsa priuilegia non abrasa non cancellata nec in aliqua sui parte viciata, presentibus inseri fecimus et transscribi. Cuius quidem vnius tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola čazmanskog od g. 1277. 31. marta).* Item tenor alterius talis est: *(Slijedi listina istoga kaptola od god. 1277.).* Datum quarta feria proxima post quindenas beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum, anno domini MCCC° quinto.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 965. Stara sign. N. R. A. fasc. 1503. n. 16. Na hrptu vidi se trag, gdje je bio pritisnut ovalno-šiljati pečat.

93.

1305, 23. maja. U Zadru.

Ivan Dragojev Obretić iz Brda, obvezuje se plaćati u ime duga na najamnini samostanu sv. Krševana 40 soldi svake godine.

In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo trecentesimo quinto, mensis maii die nono exeunte, indicione tercia, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gracia Jadrensis archyepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comitis. Ego Johannes filius olym Dragoy Obretig, qui nunc moror ad Berdam in villa monasterii sancti [Griso]goni de Jadra fateor, quomodo elapsis temporibus remansi dare dicto monasterio sancti Grisogoni pro madiis affictus terre eiusdem monasterii libras venetorum paruorum sexaginta vnam, quas libere vobis dompno Vito reuerendo abbati dicti monasterii sancti Grisogoni facientibus vobis mihi hanc graciam et materiam specialem prestolacionis dare, deliberare et solvere promitto, ymo debeam et teneor per me meosque heredes et successores vobis dicto domino abbati vestrisque successoribus suscipientibus eas nomine ac vice dicti monasterii a modo temporibus profuturis ad soldos venetorum paruorum quadraginta per quemlibet annum in festo assumpcionis beate Marie virginis mensis augusti, quousque omnes predicte libre fuerint integraliter persolute hic in Jadra, saluas et in terra absque omni periculo et occasione uel ullis interpositis exceptionibus et capitullis sub pena dupli pro quolibet termino siue anno super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Damiano Miche Çichali et Sebano Dese Glamoçani ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis.)

Ego Phylippus Grisogoni de Mauro examinator manum missi.

Ego Vicentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo solito signaui.

(Signum not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana kaps. I. masso K. no. 8.

Na hrptu savremeno: »Quidam obagio(!) Barde tenetur monasterio dare libras LXI.«

94.

1305, 23. maja. U Ivaniću.

Augustin biskup zagrebački daruje posjed sv. Martin u župi Vaškoj Jakobu Gjurgjevu.

Frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensis episcopus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos consideratis et inscriptis meritoriis seruiciis Jacobi filii Georgii seruientis nostri, que nobis et predecessoribus nostris cum summopere(!) fidelitatis inpendit et inpendet in futurum, ut speramus, volentesque eidem aliqualis retribucionis premio respondere, quandam terram nostram Sent Martun vocatam in comitatu nostro de Waska existentem in manus nostras per mortem Nicolai filii Gregorii quondam predialis nostri sine herede legitime iuxta consuetudinem terre deuolutam, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis sub metis et terminis infrascriptis eidem Jacobo in filios filiorum dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam more et consuetudine ceterorum predialium nostrorum, daciis debitis et seruiciis consuetis nobis et successoribus nostris in eadem terra plenarie reseruatis; hoc cauto nichilominus et expresso, quod idem Jacobus et sui heredes in omnibus expedicionibus regni, ecclesie et nostris, successorumque nostrorum cum omni fidelitatis studio assistere tenebuntur, qui si in notam infidelitatis aut ingratitudinis inciderint, cadent a proprietate ipsius terre ullo unquam tempore ad eandem reuersuri. Cuius quidem terre mete, prout Mychael sacerdos ecclesie omnium sanctorum de Zalatnuk et Lucas comes noster de Vaska, qui ad mandatum nostrum eandem coram commetaneis et vicinis reambulantes nullius contradiccione interueniente circumscriptam reportarunt, hoc ordine distinguntur: Prima uidelicet meta incipit a fluuio Losuncha et uadit versus aquilonem et peruenit ad duas metas terreas, quarum vna est arbor vlmi circumfusa. Deinde peruenit ad duas metas terreas similiter uersus aquilonem, quarum vna circumfundit arborem piri, ab inde tendens circa vnam siluam uenit ad arborem piri, inde transit ad vnum campum per quem eundo intrat unum fontem nominis Koriten, iuxta quem contra cursum eiusdem asscendit paululum et transit ipsum fluuium ad quandam vallem, et per ipsam ad arborem piri uersus sanctum Martinum et per eandem vallem asscendit in montem, per quem vadit ad duas metas terreas, iuxta quarum vnam stat arbor piri;

deinde vadit ad arborem cerasi, que est vltima meta a parte Achyna[1]; deinde flectitur uersus plagam orientalem ad terram episcopatus de Vaska et peruenitur ad vnam vallem, de qua exiens uenit ad unam arborem tul, deinde venit ad arborem yhor et de arbore salicis flectitur uersus meridiem et intrat quendam fluuium nomine Lypouch, quem transiens peruenit[2] ad arborem yhor, de qua vadit ad arborem vlmi, de qua vadit in uicinitate ville castri, deinde vadit ad arborem salicis, ab inde uenit ad aquam Losuncha, per quam uenit ad priorem metam et sic terminatur. In cuius nostre donacionis memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Juang, dominico die ante asscensionem domini, anno eiusdem M°CCC° quinto.

Original u nadbiskupskom arkivu u Zagrebu: Donationalia fasc. VII. no. 41.

Na listini visi o zelenoj, crvenoj i žutoj svilenoj vrvci ovalan pečat, djelomice sačuvan.

95.

1305—1314, 16. juna. U Skradinu.

Pavao Šubić ban hrvatski obraća se na papu za zaštitu Zadrana.

Exemplum litere bani Pauli misse domino pape in fauorem Jadrensium. Sanctissimo in Christo patri et domino domino Clementi divina prouidentia sacrosancte Romane ecclesie summo ac vniuersali pontifici, domino suo plurimum reuerendo, Paulus banus Chroatorum et dominus Bosne, pedum oscula beatorum cum prontitudine seruiendo. Quia non qui inceperit, sed quod perseueraverit, recipit brauium, ac illud preser-tim pium est laudandum, quod fine clauditur meliori. Idcirco in devotione debita permanere et cum prompta ac fideli continuatione seruitiis seruitia accumulare, vestreque sanctitatis mandatis et preceptis, non parcendo periculis et expensis, per omnia cupiens obedire, considerans vestre dominationis contra Venetos latas sententias, ac eorum visa proteruia et duritia, et honorem et gloriam sancte matris ecclesie in medium Jadratinorum nostrorum deuotorum et fidelium, qui vestre sanctitatis speciali ducti fiducia, a Venetorum violento dominio recedentes

[1] Athyna?
[2] Slijedi prekriženo „uenit."

ad libertatem debitam peruenerunt; requisitus per eosdem, meum primogenitum banum Maladinum banum Bosnensium misi cum potentia ad defendendum et manutenendum et protegendum predictos Jadratinos, tanquam obedientie filios et deuotos, contra Venetos supradictos. Sane, quia dicti Veneti continuo tenent galeas armatas ante Jadram in insulas ipsorum deuastando, nec habeam ad presens galeas ad obuiandum eisdem hostiliter, sicut decet rebellibus ecclesie, sanctitati vestre placeat de benignitate consueta taliter super hec prouidere, quod dicti Jadratini, fideles vestri et deuoti, non possint nec valeant per dictos Venetos, vel per aliquos amicos et fautores eorum prece et precio infectos, modo aliquo agrauari vel aliqualiter molestari, cum aliqui obliti sue salutis proprie et mandati vicarii Jesu Christi tam apud Ferrarium ausu temerario se opposuerunt toto posse manifeste, quam hic opponere contra nos videantur; sed quod liberi et securi prefati Jadratini vestre sanctitatis mediante auxilio, consilio, protectione speciali et fauore sicque protegantur, quod alii exinde speculum et exemplum habeant, simili[...]e esitatione aliqua securius faciendi, ac vestre sanctitatis beneplacitis et mandatis per omnia cum obedientia debita complacendi, et quod Veneti antedicti de sua proteruia non possint amplius gloriari, sed eorum pena et correctio sit metus multorum, et deinceps non attentet aliquis ac presumat similius contra Romanum pontificem et vniversale dominium perpetrare domino concedente. Datum Scardone, die XVI. iunii.

Wenzel Acta extera I. 68—69. meće u god. 1285. — Ljubic Listine I. 139—140 isto tako. Mi u g. 1305—1314. vladanja pape Klementa V.

96.

1305, 22. jula. U Napulju.

Karlo kralj napuljski zapovijeda, da puste na slobodu zaplijenjeni brod rapski.

Karlo II. kralj napuljski nalaže »prothonotario et portulanis Trani«, *da puste na slobodu zaplijenjeni brod Rabljana:* »Ex prohibicione Tarentini principis nati nostri vobis et aliquibus aliis, ut dicitur, nuper facta de non permittendo aliqua vasa de ipsis recedere partibus et ad loca Romanie vel Sclavonie declinare, barcham unam hominum Arbensium venetice dicionis, diversis rebus oneratam et mercibus separatam, ut ponitur, ad propria navigare impeditis abire, quamquam, ut dicitur, ipsa terra Arbe ad neutrum dictorum locorum Romanie vel Sclavonie declinet aliquatenus vel divertat; asserente igitur consule Venetorum in

regno, quod inest hominibus Arbensibus memoratis expressa necessitas cum eadem barcha repetere propria, propterea supplicant devote, ut illam permitti recedere mandaremus« etc.

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. prilož. 3. 65. — Rački Rad XVIII. 226.

97.

1305, 22. augusta (?). U Požegi.

Kaptol požeški prepisuje na molbu Petra sina župana Kupse i Stjepana sina Konrardova neke pogorjele listine (od god. 1273.).

Capitulum ecclesie de Posega omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari. Universorum notitie harum serie volumus fieri manifestum, quod Petrus filius comitis Cupse et Stephanus filius Conrardi ad nostrum personalem accedentes presentiam et ipsorum nobis porrexerunt querimonia super eo, quod per combustionem monasterii beati Demetrii martyris ecclesie videlicet fratrum Minorum de Posegauar in sacristia ipsius ecclesie omnes litere ipsorum essent combuste et annichilate et petebant cum instancia, ut alia paria omnium literarum ipsorum in camera ecclesie nostre reinveniremus iterato duplicando, quorum precibus iustis et petitionibus condescendentes omnes arcas vel cistas in camera ecclesie nostre habitas debito officio et diligenti studio excussimus predictas litteras requirendo, in quibus quam plurimas literas ipsorum reperimus sub sigillo veteri atque novo, quorum unum par sub novo sigillo nostro talem tenorem et continentiam efficit: *(Slijedi listina požeškog kaptola od g. 1273).* Nos igitur, quia predictas litteras nostras pro ipsis comite Cupsa et Conrardo emanatas sine aliquo scrupulo operimus, de verbo ad verbum rescribi fecimus charactere nostri sigilli roborando. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus sigilli [nostri noui] munimine confirmando. Datum per manus discreti viri magistri Demetrii lectoris ecclesie nostre in octauis festi virginis gloriose[1], anno domini millesimo trecentesimo quinto.

Iz kolacioniranog prijepisa učinjenog u Budimpešti 22. januara 1833. po Mihajlu Czigleru, vicearkivaru komorskom.

Prijepis nalazi se u kr. ugar. državnom ark. M. O. D. L. no. 848., Stara sign. N. R. A. fasc. 1597. no. 8.

---

[1] Nešto ispušteno.

98.

1305, 23. augusta. U Zadru.

Samostan sv. Krševana daje Ivanu Merdeši u najam zemlju na otoku Telagu.

In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo trecentesimo quinto, mensis augusti die nono exeunte, inditione tertia, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comitis. Nos Vitus humilis abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra una cum fratre Marco priore et fratre Marco iuniore preposito ceterisque fratribus siue monachis eiusdem monasterii nostri confitemur, quomodo damus, locamus atque concedimus ad affictum, censum siue pensionem tibi Johanni dicto Merdesce filio olym Dompeo brauario in insula Telagi predicti monasterii mei tuisque heredibus et successoribus totam terram mundam et arratoriam ipsius monasterii supradicti positam in Telago, inchoando a campo ecclesie sancti Johannis et procedendo uersus austrum usque ad confines siue terminos dicti monasterii nostri; taliter, quod a modo usque ad decem integras messiones decem annorum completorum primitus futurorum totam ipsam terram predictam habere, tenere, laborare, vsufructuare et gaudere valeas ad omnem tuam tuorumque heredum et successorum vtilitatem et uoluntatem totumque tuum tuorumque heredum et successorum commodum et profectum. Pro cuius terre predicte affictu, censu siue pensione tu dictus Johannes cum heredibus et successoribus tuis nobis nostrisque successoribus nomine ac vice dicti monasterii nostri suscipientibus dare, deliberare et assignare tenearis hic in Jadra singulis messionibus siue annis in festo assumpcionis beate Marie virginis mensis augusti vsque ad predictum terminum completum modios boni grani viginti quinque et modios boni ordi triginta conductos annuatim tuis expensis usque in dictum monasterium nostrum sub pena dupli tocius bladi predicti pro quolibet termino expensarum omnium que fierent hac de causa. Et quam totam terram predictam nos dictus abbas cum vniuersis fratribus et monachis nostris ac eciam cum successoribus nostris tibi dicto Johanni tuisque heredibus et successoribus ab omni homine ipsam calumpniante defensari et excalumpniare teneamur in ratione usque ad suprascriptum terminum completum super bonis omnibus nostri monasterii prelibati; et quam totam terram nos memoratus abbas cum

fratribus, monachis et successoribus nostris a te dicto Johanne tuisque heredibus et successoribus prius dicto termino non completo minime auferre valeamus; nec tu Johannes cum heredibus et successoribus tuis ipsam terram predictam e conuerso relinquere valeas sub pena soluendi a parte que contrauenerit parti alteri nostrum predicta omnia ac singula predictorum sic rata ac firma obseruanti, libras Venecie paruas centum super se et omnibus bonis suis; et pena soluta uel non, nichilominus hic presens contractus in suo robore usque ad dictum terminum completum effectualiter perseueret. Verum tamen sciendum est, quod omnem illam terram boscosam, quam infra dictos confines nostri monasterii predicti et infra predictum terminum per te tuosque heredes et successores disboscaueris, arraueris et mundaueris, libere ac precise cum heredibus et successoribus tuis dimittes in fine termini predicti prefato monasterio nostro perpetuo possidendam; dando per te tuosque heredes et successores nobis nostrisque successoribus ac monasterio nostro tria exenia annuatim iuxta consuetudinem nostri monasterii pretaxati. Preterea sciendum est, quod omnes fructus arborum pomiferarum crescencium in terra predicta infra dictos confines inter nos nostrumque monasterium pro vna parte, et te tuosque heredes et successores pro parte altera annuatim usque ad suprascriptum terminum completum medius partiri deberet. Que nempe omnia ac singula prenotata ego predictus Johannes pro me meisque heredibus et successoribus laudo, accepto, approbo, ratiffico, confirmo, attendere, adimplere ac obseruare promitto, ymo debeam et teneor sub pena et penis predictis cum expensis super me et bonis meis omnibus habitis et habendis; et sic in hunc modum et tenorem sunt confecta duo publica instrumenta, vnum pro vna parte et alterum pro parte altera. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Mirota subdiacono ecclesie sancte Marie et Marino de Jadra filio olym Dese de Tragurio.

(Drugi rukopis).

† Ego Vitus Çadulini iudex examinator manum mea (!) missi.

Ego Vincentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, vt audiui hanc cartam scripsi, roboravi et signo solito signaui.

(Sign. not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XXIII. no. 462.

99.

1305, 7. novembra. U Zadru.

Samostan sv. Krševana i Miha de Mikuso uzimaju Petra, Krševana itd. za mirovne suce.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quinto, indicione quarta, [die] septimo intranto nouembri, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis [Venecie], et reuerendi patris domini fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johanis Superancii egregii comitis. Religiosus et discretus vir dominus frater Vitus abbas monasterii sancti Grisogor[i] de Jadra una cum fratris (!) suis, scilicet fratre Marco seniore priore et fra[tre] Marco iuniore preposito, fratre Thoma, fratre Rafaele, fratre Jacobo, fratre Michaele, fratre Martino, fratre Benedicto, fratre Luca, fratre Çoillo, fratre Stephano, fratre Marino, fratre Petro, fratre Johanne, fratre Francisco et fratre Simeone et conuentu toto dicti monasterii ex parte una, et Micha de Micuso ciuis Jadre ex parte altera, compromisserunt se in nobilibus viris dominis Petro inuitato socio predicti comitis Jadre, Grisogono de Uitcoro et Leonardo de Furmino ciuibus Jadre tamquam in iudices arbitros, arbitratores et amicabiles compositores concorditer electos super omnibus questionibus, litibus et discordiis, quas habent uel habere uidentur de quibusdam terris positis in insula magna in loco uocato Gesero Magno; dantes et concedentes ambe predicte partes predictis iudicibus arbitris, arbitratoribus et amicabilibus compositoribus plenum mandatum et liberam ac plenam potestatem et uirtutem, quod possint inter ipsas partes componere, arbitrari, precipere, laudare et senenciare per ius, laudum, arbitrium et quamlibet eorum uoluntatem partibus presentibus et absentibus, dum tamen citatis diebus feriatis et non feriatis sedendo et stando. Promittentes ambe predicte partes una alteri ad inuicem et predictis iudicibus, scilicet predictus abbas cum suis fratribus per se suosque successores, et predictus Micha de Micuso per se suosque heredes et successores firma et rata habere perpetuo et tenere omnia et singula, que predicti iudices arbitri, arbitratores et amicabiles compositores uel maior pars ipsorum super predictis dixerint, sentenciauerint et arbitrati fuerint, et non contrauenire de iure uel de facto sub pena librarum quingentarum denariorum venetorum paruorum; quam penam soluat pars non obseruans parti obseruanti super se et omnibus bonis suis habitis et habendis; et pena soluta uel non, hoc instrumentum nichilominus in sua semper fir-

mitate permaneat et existat. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo de Madio et Paulo Galçigne ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Cerne de Botono examinator manum misi auctoritate maioris consilii.

Ego Johanes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hoc instrumentum extraxi de mandato domini comitis predicti et maioris consilii ex notis siue abreuiaturis meis, de quibus prius extraxeram instrumentum, quod est amissum, et roboraui.

(Signum notarii.)

Originalni duplikat u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XVIII. no. 458.).

100.

1305, 23. novembra. U Požegi.

Kaptol požeški izdaje na molbu braće Zagraba ponovno svoju listinu (od g. 1256.) za zemlju Hrusovu.

[C]apitulum ecclesie beati Petri de Posoga(!) omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris salutem in domino dominorum. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Zagrab minor et Zagrab maior filii Zagrab pro se et pro Ladizlao fratre ipsorum ad nostram presenciam personaliter accedendo, nobis dixerunt protestando, quod quedam priuilegia ipsorum super possessionibus eorundem sub nostro antiquo et novo sigillo confecta apud fratres minores in villa Posogauar ad claustrum sancti Demetrii martiris degentes in sacristario eorundem per ipsos recondita extitissent, que quidem priuilegia per cremationem seu combustionem dicte ecclesie sancti Demetrii çombusta, annullata fuissent et cremata, cuius ecclesie combustio cunctis cernentibus liquide claret et apparet; petebant itaque nos diligenti cum fauore, quatenus paribus ipsorum priuilegiorum amissorum, que more et consuetudine aliorum capitulorum in sacristario nostro solent reseruari, requisitis et reinuentis tenorum(!) eorundem denuo et de nouo transcribi faceremus, ne per annullacionem seu combustionem iamdictorum priuilegiorum suorum periculum uel detrimentum seu alienacionem possessionum ipsorum paterentur. Quorum dignis et congruis peticionibus obtemperare cupientes in hac parte, pari uoto et comuni consilio in cameram

nostram intrauimus et scriniis seu cistis nostris apertis, in quibus instrumenta seu priuilegia vniuersorum nobilium et aliorum plurimorum seruabantur, priuilegia[1] ipsorum Zagrab et Zagrab, inter que inuenimus quoddam priuilegium eorundem sub antiquo nostro sigillo continens hunc tenorem: *(Slijedi listina kaptola požeškog od g. 1256.)*. Nos igitur pari ipsius priuilegii inuento et tenore perlecto eiusque uigore plenius intellecto considerauimus ipsum esse nostrum uerum priuilegium absque scrupulo alicuius nequicie confectum continensque communem iusticiam, de uerbo ad uerbum transscribi faciendo presentibus inseri fecimus et patrocinio nostri sigilli noui communiri. Datum per manus magistri lectoris Demetrii ecclesie nostre in festo beati Clementis pape, anno domini millesimo CCC° quinto.

Original u knjižnici narodnog muzeja u Budimpešti. Ovamo dospjelo zamjenom iz kr. ugarskog držav. arkiva g. 1895. Nosi i signaturu potonjeg: M. O. D. L. no. 23.709. a staru: N. R. A. fasc. 1501. no. 17., gdje se čuva pod jednakom signaturom drugi original.

Na listini visi ob uzici od pergamena prilično dobro sačuvani šiljatoovalni pečat kaptolov.

Na hrptu bilješka 15. vijeka: »Super Hrusowa.«

101.

1305, 30. novembra. U Trogiru.

Vijeće trogirsko daje gradjaninu Dujmu pravo, da se plijenjenjem robe Bračana otšteti.

In Christi etc. 1305., die ultimo novembris. Cum Coliz Colanchi cum suis sociis mercator[2] nobilis viri domini Duymi Dopniche civis Traguriensis, cum mercationibus ipsius domini Duymi in quadam barca per partes insule Bracie, in capite videlicet ipsius insule transitum faciens fuisset, ibi a Pribigna de dicta terra Bracie et quibusdam aliis suis sequacibus eiusdem terre tot mercationibus ipsius domini Duymi tunc in dicta barca existentibus, illata sibi violentia derubatas, qui ceperunt summam et quantitatem 50 librarum parvarum, nullatenus post multam instantiam ab ipsa terra Brazze habere iustitiam potuisset; cum itaque communi Traguriensi querimonia et petitione ipsius domini Duymi recepta dictum commune Traguriense fecerunt eandem terram Bracie per plures litteras et nuncios et tandem per ambassiatores ipsius com-

---

[1] Pisano najprije priuilegium pak ispravljeno.
[2] Lucius ima: „mereat".

munis Traguriensis solempniter requisierunt ipsi domino Duymo praescriptas 50 libras restituere vel restitui facere, quod facere omnino contempsit. Idcirco nos Mattheus et Franciscus consules et rectores dicte civitatis Traguriensis habita plena fide, tam per testes, quam per nunciorum et ambassiatorum relationes hec omnia vera esse, et visa forma statuti communis Traguriensis ipsaque forma tam in requirendo dictam terram Brazze quam in omnibus, que circa hec fieri debuerunt diligenter et solemniter observata. Ideo pensate et deliberate dei nomine invocato auctoritate communis Traguriensis et de consensu et voluntate consilii eiusdem civitatis Traguriensis damus et concedimus eidem domino Duymo plenam et liberam potestatem, licentiam et auctoritatem capiendi de personis, mercationibus, rebus et bonis communis et hominum dicte terre Brazie (!) ubicumque eos, ea et eas inveniet in dicta terra Brazie et eius districtu, et metam et districtum dicte civitatis Traguriensis usque in quantitatem dictarum librarum 50 pro satisfactione dictarum mercationum dicto mercatori dicti domini Duymi ablatarum et dampnorum et expensarum; hoc tamen salvo, quod dictus dominus Duymus, nec aliquis pro eo nullam novitatem possit nec debeat contra dictos homines, mercatores et bona dictorum hominum terre Brazie facere usque ad eventum in Tragurio domini Matthei Lucii consulis predicti, qui ad presens ad dictam terram Brazie ire intendit, vel si non iret, usque quo dictum commune Bratie (!) per litteras communis Traguriensis de dictis repressaliis contra eos dicto domino Duymo datis primo certificetur. Actum in palatio communis Traguriensis in consilio dicti communis in eo convocato et adunato, presentibus domino Dessa Morsiche et Silvestro Mengacii testibus vocatis et rogatis et Marino Andree examinatore. Ego Marinus Andree examinavi.

Lucius Memorie di Traù 148.

102.

1306, 26. januara. U Čazmi.

Ivan sin Bankov s bratom si Lovrom iskazuje pred čazmanskim kaptolom, da mu pripadaju neki posjedi u Zelniku i Palični, glede kojih je svoja pisma izgubio za haranja Hejza saracena.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod [Johannes] filius Bank tam pro se, quam pro Laurencio fratre suo accedens dixit

et protestatus est, quod Heyze Saracenus veniens cum exercitu dominica proxima post festum beati Nicolai confessoris ipsos omnibus bonis spoliavit cum provinciam Racha et Megeryuche deuastasset, ibidemque iidem filii Bank omnes literas eorum super possessiones, obligatorias videlicet ex parte Martini filii Woynch et Woyn Zelnyk vocatas, item ex parte Kerestiani quandam particulam in medio terre ipsorum Mosona vocate; item in Palichna ex parte Pauli et Petres filiorum Jonossa, maiorem porcionem a parte inferiori, item Urban filii Hotk quandam particulam terre in silva; item ex parte Georgii filii Symonis apud ecclesiam beate Margarete virginis vnam particulam terre et vineam; item ex parte Dominici filii Mychaelis quandam particulam terre inter Chrenesnevycha et terram Petri filii Berk ad eosdem pignore devolutas, asseruit fuisse perditas et inalienatas, ad quas omnes preter terram Dominici super non redempcione earundem dixit se litteras ad penam dupli habuisse. Datum in crastino festi conuersionis beati Pauli apostoli, anno domini M⁰ CCC⁰ sexto.

Original u kr. zem. arkivu: Doc. medii aevi. Pečat je otpao. Vjesnik zem. arkiva I. 194.

103.

1306, 2. februara. U Tužnom.

Oliver prior Ivanovaca daruje posjed Tužno Ivanu zvanom Dijete.

Nos igitur magister Oliverus per Hungariam atque Sclauoniam hospitalis sancti Joannis Hyerosolymitani, omnibus hanc litteram inspecturis notificamus, quod nos Tusnam cum omnibus suis pertinenciis Ivan puero, nec non suis heredibus, successoribus damus ac confirmamus, et hoc fecimus de maturo consilio fratrum nostrorum tunc temporis existencium, quod sancto Johanni a sua puericia fideliter seruiuit, nos vero sua seruicia fidelia respicientes, eidem Ivan puero dictam Tusnam nec non suis heredibus pro summa statuta damus, scilicet pro una marca antiquorum denariorum, et hoc tenebitur in die sancti Martini persoluere. Nos vero tibi et dictam Tusnam exoneramus a descensu, ab omni exaccione atque agricultura et omni iusticia ad nos pertinente, excepta summa pecunie superius prenotata. Quod si autem aliquibus terminis idem Ivan puer vel sui heredes et heredum successores impediti fuerint, quod sepedictam pecuniam non persoluerent sui heredum successores primo

vel secundo, vel tercio nec non quarto anno, quinto vero anno tenebuntru magistro vel castellano de Bella idem Ivan puer vel sui heredes successores prout poterint debea[n]t obedire. Actum in Tusna, in die purificacionis beate virginis, anno domini millesimo trecentesimo sexto.

Iz potvrdnice Petra Cornuti priora Ivanovaca od g. 1336., koja se u ovjer. prijepisu XVIII. vijeka po Josipu Pracaiću notaru banske tabule, nalazi u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. med. nevi a. 1306.

Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. p. 202. štampao: »E collectione diplomatica Wietoris.

104.

1306, 3. februara. (U Krku).

Radi se o istjerivanju ostavštine.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1306., indicione 4., mensis februarii die 3. intrante. Vacante sede regni Ungariae, eg . . . . . domino nostro dei gratia episcopo Segniensis . . . . , egregii domini Frederici comitis Veglae, Vinodol et Modrusiae et Beschae, ac . . . . perpetui post nati videlicet magnifici viri domini comitis Duymi, Raduchi vicecomitis . . . . in loco fratrum Minorum . . . . Iacobo quondam domini Bartholi de Vegla, Andrea de Vinea . . . . ibique Bertucius natus quondam Mathiae . . . . fratrum Minorum fecit, constituit et ordinavit licet absentem, tanquam praesentem Jurizam religiosam et amitam suam procuratricem et nuntiam specialem et quomodocumque melius et amplius dici et esse potest, specialiter ad petendum et exigendum partem seu portionem sibi de iure debitam de bonis quondam Durae suae Butranae, sive sibi illam competat iure haereditatis, sive quocunque alio modo, et generaliter ad omnes et in omnibus eius causis, litibus et controversiis, quos habet vel habiturus est, tam in agendo quam in defendendo cum aliquo vel aliquibus, coram quocumque iudice tam ecclesiastico quam seculari, super quibuscumque negotiis, ad libellos dandos et recipiendos, lites contestandas, exceptiones proponendas, terminos et dilationes petendas, testes producendos et recipiendos, necnon instrumenta et alterius partis videnda et reprobanda, iudices eligendos et recusandos suspectos . . . . sententias dandas, audiendas, appel-

landas, ommittendas et prosequendas, et ad omnia et singula facienda, quae merita causarum exigunt. Praeterea ad petendum, exigendum et recipiendum omne id et quomodocumque ipsi fratri Bertuccio ex quacumque causa ab aliquo debetur, et ad absolutiones faciendas, ad paciscendum, exponendum, transigendum, promittendum, laudandum et arbitrandum, audiendum et prosequendum, ad extraendum(!) debita, et ad constituendum sibi alios debitores, ad venditiones, emptiones, locationes, et cuiuscumque generis contractus faciendos, et obbligando se nomine ipsius fratris Bertuccii super quocumque contractu . . . . et ad omnia eius negotia tractanda et facienda et ad omnia . . . . facienda et exercenda, quae circa praedicta vel aliquod . . . . et quae per quemlibet legitimum procuratorem et nuncium fieri possunt, dans ei siquidem plenam et liberam potestatem et mandatum praedicta omnia et singula facienda et super . . . . quolibet praedictorum quomo[do]cumque expedierit et voluerit, pro . . . . . unum vel plures substituendi; promittens per se et suos haeredes et successores firma et rata habere temporibus universis quaecumque dicta Juriza procuratrix, vel alius vel alii ab ea substituendi circa praedicta vel aliquod praedictorum faciendum, sub obligatione omnium suorum bonorum praesentium et futurorum.

Ego Moises de Duymo examinator manum misi.

Ego Lampridius filius quondam iudicis Matthaei Veglensis canonicus et notarius Segniensis iuratus praedictis interfui et scripsi rogatus.

Zbornik Bartoli str. 8/2.

105.

1306, 6. aprila. U Čazmi.

Čazmanski kaptol uredjuje medje izmedju posjeda grada Zdenca i posjeda plemića iz Crnerijeke.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod comes Pousa castellanus de Izdench a parte vna, ab altera autem Ivachinus et Bexa filii Mortonos, nobiles de Chornareka, ad nostram per-

sonaliter accedentes presenciam, proposuerunt ministerio viue vocis, quod cum inter ipsos discordia et inuidia vsque ad hec tempora pro quibusdam metis possessionis castri Izdench et nominatorum Joachini et Bexa excitata fuisset, tandem ex consensu communi et beneplacito eorundem, presente nostro testimonio infradeclarando, quem ob peticionem vtriusque partis ad infrascriptas distincciones metarum et limitandum ac separandum easdem inter eosdem destinaueramus, quas quidem metas magister Mychael socius et concanonicus noster vnacum prenominatis partibus personaliter astantibus et consencientibus eisdem, nobis in hunc modum recitauit: Quod ipsi in die cene domini nunc preteriti, presentibus probis et nobilibus viris, metas et signa, que separant et diuidunt terram seu possessionem prenominati castri Izdench et possessionem dictorum filiorum Mortonos, Chornareka vocatam, ordinassent per priores metas et antiquas, nouas iuxta easdem vbi necesse fuisset erexissent, quas inuiolabiliter inter se volunt obseruare, prout eciam nobis easdem in scriptis apportarunt. Prima videlicet meta incipit a parte orientali in littore fluuii Soploncha vbi quedam aqua Ztrug dicta exit de eadem per fossatum, et deinde in paruo spacio progrediendo peruenit ad fluuium Zdench nuncupatum vbi est arbor tulfa cruce signata meta terrea circumfusa, ab hinc transiens duos fluuios Zdench vocatos peruenit ad locum vnius molendini vbi sunt due arbores tulfa cruce signate ex utraque parte dicti fluuii adiacentes, deinde tendit ad partem occidentalem per fossatum venit ad arborem tulfa vyliando (!) berch vocatum, ab hinc procedit directe per eundem fossatum in longo spacio peruenit ad vnam uiam vbi est meta terrea de nouo ordinata, deinde procedens et transiens quendam fluuium Lokoryauicha dictum peruenit ad arborem tulfa chernidob nominatum, inde per fenile resigando (!) ad eandem partem peruenit ad puteum superius sup (!) fenile pro meta constitutum, de quo ascendit ad montem usque magnam viam, qua itur de ecclesia sancti regis Stephani versus forum et castrum Izdench, circa quam est meta terrea angularis, deinde transiendo ipsam uiam peruenit ad aliam metam terream, ab hinc tendit per siluam ligeth dictam venit ad caput vnius vallis vbi est meta terrea de nouo constructa, ab hinc eundo directe peruenit ad vnum fontem aque Kystou dicte, inde in paruo spacio progrediendo venit ad puteum Hraztouech vocatum et per cursum eiusdem procedit et declinat inferius ad fluuium Chornareka memoratum in vicinitate et commetacione terre seu possessionis Georgii filii Mykche; mete vero memorate inter partes antedictas, a parte meridionali pretactis Iuachino et Bexa filiis Mortonos, a parte vero aquilonis

castri Izdench existunt separantes. Datum et actum feria quarta proxima post festum pasce domini, anno eiusdem millesimo CCC^{0}. sexto.

Iz originalnog prijepisa čazmanskog kaptola od g. 1365. 7. augusta u kr. ugar. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.746. Stara signatura: N. R. A. fasc. 925. no. 8.

106.

1306, 1. maja. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim prodaje Elizabeta kći Demeskova žena župana Mirka sina Korose svoj posjed Demeskovo pokraj Topuskog banu Pousi za 50 maraka.

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam serie presencium volumus peruenire, quod ad uocem audiendam et ordinacionem nobilis domine Elyzabeth filie videlicet Demesk consortis comitis Emirici(!) filii Korosa, discretos viros et honestos magistros Johannem cantorem et Petrum lecctorem(!) ecclesie nostre, socios et concanonicos nostros, quia eadem domina propter presentem guerram et t[ri]bulacionem in regno habitam coram nobis comparere personaliter nequiuit, duximus transmittendos, qui socii nostri demum ad nos reuersi nobis retulerunt, quod ipsa domina in presencia et testimonio eorundem sociorum nostrorum quandam possessionem suam Demeskfelde vocatam iuxta Toplica existentem, cum attinenciis, adiacenciis et vtilitatibus ad eandem spectantibus vniuersis, quam comes Benedictus de Pukur olim sorori sue vxori Demetrii filii Cozme patri Demesk supradicti donauit et contulerat possidendam, sub eisdem metis, terminis et signis in prioribus litteris nostris priuilegialibus super hoc habitis contentis et expressis, astante presencialiter coram nobis comite Emerico prefato marito suo admittente et consenciente, dixit et confessa est vendidisse et tradidisse nobili viro Pousa bano filio Jacobi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro quinquaginta marcis denariorum habitis plene et receptis irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam; litteras autem et alia instrumenta, quibus et quorum auctoritate ipsa domina possessionem optinuerat sepefatam mortuas reliquit et viribus carituras, si vnquam per quempiam in lucem proferentur. Mete autem ipsius possessionis, prout in prenotatis litteris nostris priuilegialibus vidimus plenius contineri, sunt tales: Prima meta incipit in vicinitate terre

Jacobi filii Jacobi iuxta fluuium Toplica vbi est meta terrea, inde ascendit versus meridiem in montem ad metam terream, inde descendit directe ad fluuium Bobouch ad arborem piri cruce signatam meta terrea circumfusam, quem fluuium pertransiens ascendit in montem ad arborem gertan cruce signatam meta terrea circumfusam, inde in vallem ad arborem byk meta terrea circumfusam, inde ascendit in montem ad arborem gertan cruce signatam, inde per montem iuxta siluam versus meridiem ad arborem haas cruce signatam vbi vicinatur terre Tybona filii Tyboldi, inde directe ad arborem tul cruce signatam, vbi vicinatur terre filiorum Stephani de genere Tolyneg, inde ad arborem gertan cruce signatam et descendit ad caput fluuii Podesnyk, inde per alium ramum ipsius fluuii ascendit ad arborem piri cruce signatam, inde exiens venit per planiciem ad vnum fluuium vbi est meta terrea, inde versus septemtrionem ad metam terream, inde transiens venit ad vnam kalystam vbi conterminatur terre Karachini filii Valentini, inde ad arborem cruce signatam, inde descendit per vallem in fluuium Bobouch, per quem descendit in fluuium Toplica et per Toplica iuxta terras Andree filii Jvachini et Descen filii Nescen ac Isov Vngari et fratrum suorum filiorum Petri procedens venit ad metam priorem ibique terminatur. In cuius vendicionis et empcionis memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum, anno domini M CCC. sexto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1306.

Na listini visi nešto svilene vrvce zelene i ljubičaste boje, pečat je otpao.

107.

1306, 4. maja. U Zadru.

Samostan sv. Krševana imenuje priora svoga Marka zastupnikom svojim u parnici protiv Ivana Superancija kneza zadarskoga.

In nomine domini amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo trecentesimo sexto, indicione IIII., tempore domini Clementis pape V., die IIII. mensis maii, in capitulo monasterii sancti Grisogoni de Jadra ordinis sancti Benedicti, presentibus magistro Phylippo Beuenuti s . . tore de Marchia, Stancho Crenesce magistro lapidum et Prestancio Prauosclaui testibus de hiis rogatis. Conuocato, congregato et coaddunato vni-

uerso capitulo monasterii sancti Grisogoni de Jadra ordinis sancti Benedicti et monachis dicti monasterii, qui ipsi potuerunt capitulo interesse in capitulo ipsius monasterii ad sonum campanelle(!) sollempniter, ut est moris, de mandato, uoluntate et auctoritate religiosi viri fratris Viti eiusdem monasterii abbatis, idem frater Vitus abbas dicti monasterii cum consensu, uoluntate et auctoritate fratris Marchi prioris, fratris Marchi prepositi, fratris Thome, fratris Vittici, fratris Martini, fratris Benedicti, fratris Luce, fratris Çoilli, fratris Stephani, fratris Martini, fratris Petri et fratris Symeonis conuersi et monachorum dicti monasterii et ipsi monachi omnes cum ipso domino abbate nemine discordante non recedendo a potestate et procuracione data [et] facta ipsi domino abbati seu de ipso domino abbate, set(!) ipsam potius innouando et firmando nomine ipsorum et dicti monasterii et conuentus, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt prout melius facere potuerunt fratrem Marchum priorem dicti monasterii ibidem presentem et sponte recipientem eorum et dicti monasterii uerum et legittimum procuratorem, actorem, factorem et nuncium specialem ac negociorum gestorem in causa, quam habent seu habere sperant cum domino Johanne Superantio comite Jadre et consilio dicte ciuitatis super eo, quod dicitur ipsum dominum comitem et consilium nuper fecisse quosdam procuratores, qui presint rebus et bonis predicti monasterii, et alias ordinasse iniurias contra ipsius monasterii personas, res et bona ipsius et qualibet alia persona ecclesiastica et seculari, conlegio (!) et uniuersitate in curia ciuitatis et domini comitis Jadre et qualibet alia curia ecclesiastica et seculari, iudice delegato uel subdelegato, dato uel dando; ad agendum et defendendum et se pro ipsis representandum, libellum dandum et recipiendum, litem contestandum, de calumpnia seu veritate dicenda, iurandum et cuiuslibet alterius generis sacramentum dandum, prestandum et faciendum, citationes inpetradum(!) et faciendum et predicta sacramenta in ipsorum animabus prestandum, ponendum et respondendum, replicandum et triplicandum, terminos petendum et prorogandum, dilationes quaslibet recipiendum, confitendum et negandum, iudicem eligendum et recusandum, suspectos et confidatos dam[nan]dum(!) crimina et defectus opponendum, testes in causa introducendum et testes aduerse partis iurare uidendum, protestandum, copiam testium et cuiuscumque processus petendum et recipiendum . . . . et personas . s . . d . . . . . tendum, si necesse fuerit in arbitros et arbitratos et coram ipsis causandum, testes inse . . . . iure in causa uel causis introducendum et copiam iurium partis aduerse petendum et recipiendum, in causa allegandum et allegari faciendum, in causa concludendum, sentenciam feri petendum et ipsam sentenciam audiendum et appelandum tam a diffinitiua quam ab interlocutoria et ipsas appelationes prose-

quendum, apostolos petendum in qualibet curia, alium uel alios procuratorem uel procuratores vnum uel plures loco sui constituendum et substituendum, quotiens sibi placuerit et uidebitur expedire, et ipsum procuratorem uel procuratores reuocandum, causam uel causas in se reuocandum ante litem contestatam et post litem contestatam ita, quod nullum sibi preiudicium generaretur, ut aliquis fiat litis dominus per eiusdem litem contestatam, set semper ipsam causam et causas in se resumere possit quotiens et quando sibi uidebitur; et generaliter et specialiter ad omnia alia et singula faciendum, que in predictis fuerint opportuna, et que merita causarum exigunt et requirunt, et que uerus et legittimus procurator facere posset, et que ipsi abbas et monachi facere possent etiam si personaliter interessent. Promittentes ratam (!) gratum et firmum habere atque tenere quicquid per dictum procuratorem uel substituendum ab eo circa predicta uel aliquod predictorum factum fuerit siue gestum, sub obligatione bonorum dicti monasterii. Insuper volentes dicti abbas et monachi eundem procuratorem et substituendum ab eo ab omni satisdationis onere releuare, promisserunt mihi Johanni notario infrascripto nomine omnium quorum interest uel posset quomodolibet [interesse] solempniter stipulantes de iudicio sisti et iudicato soluendo.

(Signum not.)

Et ego Johannes Sclurini de Spello imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius predictis omnibus interfui et mandato dictorum abbatis et monachorum predicta rogatus scripsi, signaui et publicaui.

Original u gubern. arkivu u Zadru: odio samostana sv. Krševana. Kapsula I. masso B. no. 10.

108.

1306, 25. maja. U Zadru.

Simon i Schemusa supruzi obvezuju se platiti samostanu sv. Krševana 50 libara u tri roka.

In nomine domini amen. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo sexto, mensis maii die septimo exeunte, indictione quarta, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Superancii egregii comitis. Nos Symeon filius olym

magistri Arnaldi et Schemusa filia quondam Petri Fusculini coniuges Jadrenses confitemur, quod vos dompnus Vitus reuerendus abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra vna cum vniuersis fratribus seu monachis vestris eiusdem monasterii dedistis, tradidistis atque transactastis nobis vno publico instrumento scripto et completo manu Vicentii notarii subscribendi sub predictis anno incarnationis domini, mense, die et indictione duo publica instrumenta vno eodemque die confecta manu eiusdem Vicentii notarii de libris venetorum paruorum quinquaginta; quarum libras viginti quinque dicto monasterio vestro quondam Madius Petri Fusculini cognatus et frater noster donatione inter viuos donauit habendas post eius obitum, et alias libras viginti quinque idem Madius predictus dicto vestro monasterio dare et soluere remansit de blado dicti monasterii, quod ipse personaliter vendidit; de quibus predictis libris quinquaginta vos prefatus dompnus abbas cum fratribus seu monachis vestris in dicto instrumento pacatos vos et contentos plenarie vocatis et tenetis, cum nullum exinde denarium a nobis perceperitis. Idcirco ego prenominatus Symeon obligo me vobis prefato dompno abbati, quod dictas libras quinquaginta vobis vestrisque successoribus suscipientibus nomine ac vice dicti monasterii vestri dare, deliberare et soluere tenear pro me et dicta coniuge mea in tribus terminis, videlicet a modo usque ad decem dies completos proxime futuros libras decem, et ad festum sancti Michaelis mensis septembris primitus venturum libras viginti, et ad festum pasce resurectionis domini primitus venturum reliquas libras viginti hic in Jadra, saluas in terra absque omni periculo et occasione uel ullis interpositis exceptionibus et capitulis sub pena quarti librarum dandarum singulis terminis supradictis super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet dompno Sciuigna presbitero sancte Marie maioris, et Marino de Jadra filio olym Dese de Tragurio.

(Drugi rukopis.)

† Ego Cucilla Tomassi de Cucilla examinator manum missi.

Ego Vicentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, vt audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo solito signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana: Kaps. I. masso B. no. 11.

Na hrptu savremeno: »Securitas facta monasterio de libris L.«

109.

1306, 6. juna. U Napulju.

Slobodan prolaz krčkim knezovima i Babonićima.

Patentes pro comitibus de Vngaria. Scriptum est iustitiario, capitaneis et officialibus aliis, nec non et terrarum et quorumuis locorum vniuersitatibus et personis specialibus quibuscunque presentes licteras inspecturis, fidelibus suis etc. Cum viri nobiles Doymus comes de Veglia, et Randislauus(!) Babunio, nostri ac regine consortis nostre fideles, de Vngaria venientes iam ad portum Manfridonie applicasse dicuntur, deinde se ad nostram ac eiusdem regine presentiam collaturi: fidelitati vestre presentium tenore mandamus, quatenus eosdem comites, totamque familiam et comitiuam suam cum animalibus et rebus eorum venire ad nostram dicteque regine presentiam libere permictatis, nullam ipsis in personis et rebus eorum inferre presumatis iniuriam, molestiam vel iacturam; quin immo habentes eos nostri dominatus intuitu efficaciter commendatos, et tractantes honorabiliter, sicut decet, curetis eis ad requisi[ci]onem eorum de securo conductu, si et prout expedire videbitur, prouideri. Datum Neapoli per B[artholomeum] de Capua militem etc., die VI. iunii, IV. indictionis.

Reg. Ang. B. 147. Reg. Karoli II.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 67. ima godinu i datum krivo označen.

Wenzel Acta extera I. 174.

Rački Rad VIII. 226. ima godinu kao i Makušev krivo označenu.

110.

1306, 13. jula. U Čazmi.

Stjepan sin Pavlov zalaže dobro svoje Bogačevo i polovicu posjeda Cirkvene.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie damus pro memoria, quod Stephanus filius Pauli filii Jaxa a parte vna, ab altera autem Mychael scilicet Petri tam pro se quam pro Jacobo fratre suo personaliter coram nobis constituti, idem Stephanus terram suam Bagacha vocatam totaliter cum omnibus vtilitatibus suis cum medietate terre sue Cirkuena ipsum solum contingentes confessus est eisdem Michaeli et Jacobo pro quin-

decim marcis denariorum nunc currentium vendidisse irreuocabiliter habendas. Et quam citius presentes nobis reportate fuerint, litteras nostras stabiles per hominem nostrum reambulatis super ipsis porcionibus terrarum eisdem concedemus. Datum in festo beate Margarete virginis, anno domini M^{o}CCC^{o} sexto.

Iz potvrde bana Petra Zudora od 15. septembra 1376.; original te potvrde nalazi se u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1261.

111.

1306, 13. jula. U Čazmi.

Mihajlo i Jakob sinovi Petra odsudjeni su, da plate Iliji sinu Grgura sina Romanova 15 maraka srebra, za koji novac jamče svojim dobrom Cirkvenom.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie damus pro memoria, quod [Mychael] filius Petri filii Jaxa tam pro se quam pro Jacobo fratre suo a parte vna, ab altera [autem] Elias filius Gregorii filii Romani personaliter coram nobis constituti [. . . ex . . . . . .] . . . itis illatis iniuriis per Stephanum filium Pauli proximum suum ipsi Elie, quibus conuictus ordine iudiciario extiterat vt retulit, assumpsit solucionem quindecim marcas denariorum currentium Elie predicto coram nobis partim in denariis partim in estimacione condigna . . . . . . terminis infrascriptis, videlicet medietatem in festo assumpcionis beate virginis, aliam autem medietatem in festo beati Michaelis archangeli nunc venturi, quas si in instantibus terminis prefixis idem Mychael et Jacobus [soluere] et complere non curarent, extunc usque ad complementum pecunie memorate porciones terre eorumdem Cirkuena vocate antedicto Elie remanebunt obligate, solutis vero ipsis quindecim marcis eedem partes super omnibus causis vsque nunc suscitatis, scilicet Stephanus et Elias litteras nostras ex[peditorias ad] inuicem dare et facere emanare tenebuntur; et si qua parcium premissa recinderet, pene quinquaginta marcarum subiaceret prout iidem Stephanus et Elias assumpserunt coram nobis. Datum in festo beate Margarete virginis, anno domini MCCC sexto.

Iz potvrde bana Petra Zudora od 15. septembra 1376; original te potvrde nalazi se u arkivu iugosl. akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1261.

112.

1306, 24. augusta. U Zadru.

Samostan sv. Krševana prosvjeduje pred gradskim patrijarhom, da budu svjetovnjaci nazočni kod nadgledanja samostana.

In nomine domini amen. Anno eiusdem de natiuitate millesimo trecentesimo sexto, indictione IIII. Tempore domini Clementis pape V., die XXIIII. mensis agusti(!), in monasterio sancti Grisogoni de Jadra in selecta parua ante cameram abbatis presente sapiente viro domino Marcho de Vinea archipresbitero castellano primadicio de Rovigno et aliis testibus de hiis rogatis. Providus vir dominus Marinus plebanus sancti Stephani de Jadra syndicus et procurator abbatie et conuentus monasterii sancti Grisogoni de Jadra ordinis sancti Benedicti, ab eodem domino substitutus abbate, ut patet manu mei notarii infrascripti syndicario et procuratorio nomine eiusdem abbatis et conuentus, presentibus ipso abbate et quibusdam aliis monachis dicti monasterii, dixit et protestatus fuit coram venerabili patre domino fratre E[gidio] diuina prouidentia patriarcha Gradensi Dalmatieque primate, quod[1] cum idem dominus patriarcha nuper intendat audire racionem introituum et expensarum eiusdem monasterii et ibi sint quidam layci, scilicet dominus Jacobus Çaldolinus[2] et dominus Dessa de Faſſogna, quod illorum laycorum presentia in ipsa ratione reddenda ipsi abbati et dicto monasterio nullum in posterum preiudicium generetur, cum ipsi abbas et monachi ratione eiusdem domini patriarche tantum ipsorum laycorum presentiam in huiusmodi rationem non aliter patiantur, nec aliter omnino ipsorum presentiam in ratione substinerent predicta. Idem uero dominus patriarcha respondit et dixit protestationi et protestanti ac eisdem [abbati et] monachis et me notarium infrascriptum de hac instantem rogauit, quod non uolebat nec etiam intendebat, quod ipsorum laycorum presentia nec ad presens nec in futurum ipsi abbati et monasterio preiudicium prestet, nec ipsis monasterio et monachis per ipsorum presentiam laycorum aliquod preiudicium generetur in aliquo ullo modo, cum ipse solus dominus patriarcha et ad ipsius solum instantiam et petitionem et non alterius uocati fuerunt layci supradicti, et pro ista uice tantum, cum idem dominus patriarcha ignoret loca et contradas, de quibus fiet mentio in ratione reddenda, et ut solum de ipsa ratione presint ipsi

[1] Umetnuto iznad linije.
[2] Mjesto: Çadulinus.

layci mentes omnium et singulorum, qui dubia in sinistra parte recipuit(!), ut ex sola uerborum suorum ueridica recitatione reducantur ad bonum et ad hoc, ut scandala et suspitio de ciuitate Jadre penitus assindatur(!). In quorum omnium testimonium et fidem presentes litteras sibi fieri fecitis (!) et sui sigilli proprii inferi (!) appensione muniri.

(Signum notarii).

Ego Johannes Sclurini de Spello imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius et nunc domini Jadrensis archiepiscopi notarius predictis omnibus interfui et rogatus ab eodem domino patriarcha et dictis procuratoribus et abbate scripsi et publicaui.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Krševana. Kap. I. masso B. no. 12.).

Na listini nalazi se uzica končana; pečat je otpao.

113.

1306, 26. augusta. U Zadru.

Egidije patrijarha gradski i Jakob zadarski nadbiskup zabranjuju svim duhovnim i svjetovnim vlastima, da išto mijenjaju u samostanima zadarskim.

In nomine Christi amen. Justiciam colere fructus diuinitus esse cognoscitur tuncque procul dubio colitur iusticia et equitas obseruatur, dum subditi suis contenti finibus frena ad illicita non relaxant. Nos igitur frater Egidius miseracione diuina patriarcha Gradensis Dalmacieque primas, ac frater Jacobus eadem gracia Jadre archiepiscopus, qui tenemur ex debito officii pastoralis circa gregem nostre cure commissum eiusque tuitionem vigilem adhibere curam, solicitam et attentam, ne forsitan malignorum incursibus obprimatur indebite et iniuste. Demum nostrum officium exequendo in quibusdam nostris subditis sic inuenimus refrigescere caritatem, quod inmunitatem ecclesiastice libertatis, quam non tantum sancti patres set eciam principes seculares multis priuilegiis munierunt, non formidant in ipsorum preiudicium animarum multipliciter inpugnare, idcirco considerantes, ut tenemur, ecclesiastico statui prouidere et circa gregem nobis commissum solicitam curam in quantum possumus adhibere, monemus omnes et singulos, vna [cum] monicione pro* tribus nostre iurisdictioni subiectos ac presenti constitucione mandando firmamus, ut nullus clericus uel laycus, vniuersitas uel collegium seu que-

* Jamačno ima biti; »quo« ili »qua«.

cumque alia persona cuiuscumque sit condicionis, dignitatis, ordinis seu status audeat uel presumat facere seu fieri facere per se uel alium publice uel oculte aliquam nouitatem, siue aliter ordinare in monasteriis Jadre uel circa monasteria seu in bonis ipsorum monasteriorum Jadrensium et[1] sue diocesis[1] seu personis ecclesiasticis quibuslibet dicte ciuitatis Jadre et sue diocesis seu bonis ipsorum et maxime circa decimas quocumque alio nomine censerentur in posterum ordinandas in ipsis et circa ipsa, nisi secundum quod per nos nuper extitit in ipsis monasteriis ordinatum; alioquin in contrafacientes seu quocumque modo aliter ordinantes: in laycos excomunicacionis, in vniuersitatem, capitulum, conlegium(!) interdicti, in clericos excomunicacionis et priuacionis officii et beneficii ex nunc prout ex tunc sentenciam proferimus in hiis scriptis.

Lecta lata et pronunciata fuit dicta sentencia per supradictos venerabiles patres dominum E[gidium] diuina prouidencia patriarcham Gradensem Dalmacieque primatem, ac dominum fratrem J[acobum] archiepiscopum Jadrensem pro tribunali sedentes, et scripta per me Petrum filium Manfredini de Ferraria notarium et scribam predicti domini patriarche sub anno domini millesimo trecentessimo sexto, indiccione quarta, die veneris XXVI. intrante augusto, in camera supradicti domini archiepiscopi Jadrensis, presentibus domino Paulo Phylipi de Fuligno et fratre Phylipo de Firmo et fratre Emanuelle Astense ordinis Predicatorum testibus de hiis rogatis. In quorum omnium testimonium et sub fidem eciam pleniorem predicti dominus patriarcha et dominus archiepiscopus presens instrumentum publicum per me notarium infrascriptum fieri solempniter mandauerunt et suorum sigillorum appensione muniri.

(Signum not.)

Ego Petrus filius Manfredini de Ferraria imperiali auctoritate notarius et scriba predicti domini patriarche prolationi dicte sentencie presens interfui, et rogatus a predicti[s] domino patriarcha et domino archiepiscopo scripsi predicta omnia et publicaui et supra in nona linea interlineaui: et sue diocesis.

Original u gubernialnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XV. no. 287.

Na listini visi o lanenoj vrvci okrugli pečat patrijarhin utisnut u crvenom vosku; drugi nadbiskupov je otpao.

---

[1] Umetnuto iznad linije istom rukom, što notar i naglašuje iza svoga potpisa.

114.

1306, 29. augusta. U Zadru.

Egidije patrijarha gradski čini neke promjene u ustanovama samostana sv. Krševana.

Nos frater Egidius miseratione diuina patriarcha Gradensis Dalmatieque primas una cum venerabili fratre et suffraganeo nostro videlicet fratre Jacobo eadem miseratione archiepiscopo Jadrensi, dilectis in Christo filiis . . abbati et fratribus monasterii sancti Grisogoni de Jadra ordinis sancti Benedicti salutem in domino. Diuinis preceptis et apostolicis monitis incitamur et solicita meditatione urgemur, ut monasteriorum Jadrensium nobis subiectorum comodis, in quorum prosperitate, ut que prosperamur iugi quantum nobis ex alto concessum fuerit, sollicitudinis studio intendamus, ut si quid reprehensioni inuenitur obnoxium aut ob ignorantie inperitia aut a presumptionis usurpatione penitus reuocemus. Nuper igitur uestrum monasterium correctionis gratia visitantes quedam inuenimus in uestro monasterio pro bono et pacifico statu ipsius edenda, que a uobis de cetero obseruari precipimus, siquidem et ordinamus, quod omnes officiales qui sunt et erunt in posterum ordinandi ad tenendum et recipiendum et conseruandum fructus et introitus uestri monasterii antedicti et ad distribuendum partem et expendendum, teneantur reddere rationem singulis mensibus clare per singula et efficaciter abbati qui pro tempore fuerit et omnibus in capitulo monachis existentibus, et ostendere eis librum rationum, silicet receptionis et expensarum, ut omnia clare per singula et ordinate procedant pro utilitate uestri monasterii supradicti. Adentes, ut procurator, qui deum pre oculis habeat non frater abbatis, non pater nec frater alicuius de monachis monasterii antedicti per abbatem et maiorem partem sui conuentus de biennio in biennium in vestro monasterio eligatur, ita, quod, que semel fuerit in sequenti biennio confirmari non ualeat quoquo modo, coram quo procuratore predicto in fine cuiuslibet anni conuocato et requisito per abbatem et monachos supradictos totam, ut supradictum est, per ordinem repetant rationem, supradictum autem procuratorem seu alias amatorem, qui pro tempore fuerit sic electus, rogamus per uiscera misericordie[1] dei nostri et in remissione peccatorum suorum, ut quotiens

[1] Umetnuto.

requisitus fuerit per uos abbatem et monachos supradictos, sollicitus sit in eundo et procurando comoda et utilitates uestri monasterii supradicti, ut suis bonis operibus interuenientibus monasterium augmentetur et prosperetur in bonum. Per hoc autem procuratori predicto de rebus et personis eiusdem monasterii nulla omnino sit attributa facultas, cum presentia sua requiratur non ad preiudicandum set ad ea, que deo sunt placita faciendum, et ut per ipsum procuratorem seu alias amatorem mentes omnium et singulorum qui dubia in sinistram partem recipiunt, ex sola suorum uerborum iuridica recitatione reducantur ad bonum, et ob hoc scandalum et suspitio de ciuitate penitus asindatur(!). In quorum omnium testimonium et fidem etiam pleniorem presentes litteras per Johannem notarium infrascriptum fieri fecimus et nostrorum sigillorum in sericis appensione muniri.

(Signum notarii).

(Drugi rukopis).

Et ego Johannes Sclurini de Spello imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius et nunc prefati venerabilis patris domini fratris Jacobi archiepiscopi Jadrensis notarius supradictas litteras et constitutiones scripsi, et rogatus a supradictis venerabilibus patribus domino patriarcha Gradensi et domino Jadrensi archiepiscopo fideliter scripsi et in publicam formam redegi Jadre in sala palacii archiepiscopatus Jadrensis, sub anno domini a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo sexto, indictione IIII., tempore domini Clementis pape V., die lune XXVIIII. mensis augusti, presentibus domino Paulo Phylippi de Fuglino(!), fratre Phylippo de ordine Predicatorum et fratre Jacobo de ordine Minorum et aliis.

Original u gubernialnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XX. no. 508.

Na listini nalazi se svilena uzica zelenkaste boje, pečat je otpao.

115.

1306, 12. decembra. U Zadru.

Sestre Stoja i Deša prodaju dozvolom samostana sv. Krševana svoj vinograd u Cerodolu Mariji kćeri Mihe notara.

In nomine domini amen. Anno incarnationis eius millesimo trecentesimo sexto, mensis decembris die duodecimo intrante, indicione quinta,

Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gratia Jadrensis archiepiscopi, [ac] Johannis Superancii agregii comitis. Nos Stoya et Dessa sorores filie olym . . . . habitatores Jadre confitemur, quomodo habita licentia et permissione a dompno Vito hones[to et religioso] viro abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra vendimus, damus, [tra]dimus atque transactamus tibi Marie Michaelis notarii de Jadra tuisque heredibus et successoribes totam vnam vineam nostram maceriis congiratam gonayorum quatuor, cum omni eo quod plus uel minus est ipsis quatuor gonays, positam ad Çerodolum in terra dicti monasterii sancti Grisogoni plantatam ad septimum; cui de borea partim est vinea Ceprenge Thomolscig et partim est vinea Jurine Tataricigi, de trauersa est vinea Desislaui Chiloig, [de] austro est vinea Dessaçe Biccari, et de quirina est vinea Grisanni Volcoslaui, cum [omni] longitudine et latitudine vinee ipsius, cum omnibus suis certis terminis, habentiis et pertinentiis tam subtus terram quam supra terram, a modo cum plena virtute, auctoritate et potestate totam ac omnimodam voluntatem tuam ex ea pro anima et corpore faciendi nemine tibi exinde in perpetuum contradicente, saluo tamen semper septimo dicti monasterii totius fruc[tus] recentis et sicci ex ea habendo, saluoque etiam omni alio iure eiusdem monasterii prelibati iuxta suorum continentiam instrumentorum. Ob quam venditionem, do[na]tionem, traditionem siue transactationem tu dicta Maria nobis bene et plenarie pro pretio in pecunia numerata dedisti et persoluisti libras denariorum Venecie paruorum septuaginta tres, de quibus iam pacatos nos tenemus. Vnde nos prenominate sorores cum heredibus et successoribus nostris debemus et tenemur tibi tuisque heredibus et successoribus prefatam vineam cum pertinentiis suis omnibus ab omni homine ipsam calumpniante defensari (!) et excalumpniare in ratione super nos et omnia bona nostra habita et habenda. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Damiano Curtis et Martino Radoscii Cuclanig de Jadra.

(Drugi rukopis).

† Ego Blasius de Soppe examinator manum misi.

Ego Vincentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, vt audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XVII. no. 402.

116.

1306. U Čazmi.

Na molbu Mihajla i Jakoba sinova Petra čazmanski kaptol potvrdjuje svoju listinu od 13. jula 1306.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendamus, quod [Mychal fi]lius Petri filii Jaxa pro se et Jacobo fratre suo coram nobis exhibuit nobis litteras nostras patentes et petit, vt tenorem et formam earumdem presentibus de uerbo ad [uerbum . . . . quarum tenor talis est: *(Slijedi listina čazmanskog kaptola od 13. jula 1306.).*

Iz potvrde bana Petra Zudora od 15. septembra 1376.; original te potvrde nalazi se u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1261.

117.

1306. U Čazmi.

Bilješka o listini glede posjeda Sćrbakovca.

Testimoniales capituli Chasmensis super collecta inquisitione pro parte Andreae filii Nicolai filii Myke de Raven intuitu quarumdam violentiarum in possessione Scherbakovec in comitatu Crisiensi existente per Matthaeum filium Blasii de Polyana illatarum emantae 1306.

Iz rukopisa jugoslavenske akademije pod sign. I. d. 7.: Elenchus litt. instrum. fam. Oršić respiciencium p. 342.

118.

1307, 4. januara. U Skradinu.

Pavao ban hrvatski potvrdjuje Rabljanima posjede u svojoj oblasti naročito oko Jablanca.

Paulus banus Croatorum et dominus Bosne omnibus Christi fidelibus quibus expedit presentes litteras inspecturis salutem in omnium

saluatore. Quoniam digne petencium desideriis dignum est nos facile prebere consensum, et ea que in tempore fiunt, ne simul cum tempore labantur, expedit, ut patrocinio litterarum roborentur. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod consideratis dignis et iustis peticionibus egregii et sapientis viri domini Marci Michaelis honorabilis Arbensis comitis, nec non iudicum, consiliariorum et vniuersorum eiusdem ciuitatis, omnes terras, possessiones, pascua et nemora, que uel quas in dominio nostro habent et possident, eisdem et eorum heredibus heredumque successoribus secundum quod in eorundem priuilegiis regalibus et banalibus tam de castro Jablane, quam de aliis plenius continetur, perpetuo et irrevocabiliter, pacifice et quiete cum omnibus suis pertinenciis habendas, possidendas et tenendas sine contradiccione aliqua per nos et nostros successores in perpetuum confirmamus, collaudamus, approbamus atque iure perpetuo et irreuocabili roboramus. In cuius rei memoriam et maiorem firmitatem presentes litteras concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Scardone, die IIII. intrante ianuario, anno domini M⁰CCC⁰VII⁰.

Original u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu: Doc. med. aevi a. 1307. Na listini visi dobro sačuvani pečat, pričvršćen na špagi, dok je prije visio na žutoj svilenoj vrvci, od koje visi nekoliko vlakanaca.

Vjesnik zem. arkiva. I. 59.

119.

1307, 4. januara. U Skradinu.

Pavao ban hrvatski podjeljuje Rabljanima slobodu trgovine po svojim oblastima.

Nos Paulus banus Croatorum et dominus Bosne significamus vniuersis quibus expedit tenore presencium, quod attendentes sincere amicitie effectum et puri amoris affectum, quem vir eggregius(!) dominus Marcus Michael honorabilis comes Arbensis amicus noster intimus et precipuus vna cum communi, nobilibus et vniuersis hominibus eiusdem ciuitatis erga nos et nostrum banatum semper habuit hactenus et habet incessanter, volumus, ordinamus, quod quilibet ciuis Arbensis a modo et deinceps nunc et semper per totum dominium nostrum et banatum ac per omnes partes Curiaçii comitis cognati nostri dilecti et fidelis possit

et valeat libere, quiete, secure et absolute ire, stare, redire et in quolibet merchatu vel foro emere et vendere sine datio aliquo, tributu vel trigovina (!) aut exactione aliquali, sed quod plenaria et omnimoda libertate et securitate gaudeat; dantes in mandatis et firmiter precipientes tenore presencium vniuersis omnibus castellanis, comitibus, offitialibus, nobilibus ceterisque fidelibus nostris, quod omnes homines de Arbo magnos et paruos dominium nostrum ingredientes et egredientes recommendatos habeant ac pertractare beniuole, amicabiliter et honeste, nullum dapnum (!), grauamen uel molestiam eisdem inferendo uel faciendo sicut nolunt nos offendere grauiter et indignationem nostram perpetuo incurrere. Et ut huius nostre exhibite gratie plena omnibus fides constet, presentes litteras concessimus nostri sigilli munimine communitas. Datum Scardone, IIII. die intrante ianuario, anno domini M^o^CCC^o^VII.

Original u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1307.

Na listini visi nekoliko vlakanaca žućkaste svile.

Lucius De regno L. IV. c. XIII. — Vjestnik zem. arkiva. I. 58—59.

120.

1307, 24. februara. U Spljetu.

Petar nadbiskup spljetski imenuje kanonika Petra hvarskim biskupom.

Frater Petrus dei et apostolica gratia archiepiscopus Spalatensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in largitore salutis. Ad universorum notitiam tenore presentium volumus pervenire, quod cum Farensis ecclesia, de provincia nostre ecclesie, per mortem sui episcopi cura destituta pastoris, per laicorum temerariam audaciam ac inordinatos processus et dampnandas negligentias canonicorum suorum in temporalibus et spiritualibus plura passa fuerit, et nunc patiatur dispendia ultra plurium annorum spatium, maxime per aliquorum ambitionem, deo et hominibus odiosam, inter quos Lampredius canonicus Traguriensis per cavillationes et appellationes frivolas non modicum detrimenti appellans intulit predicte ecclesie, quam appellationem nullatenus prosecutus, et fere trium annorum spatio expectatus, nec aliquid reportavit, nec gratiam, sicut voluit impetravit, ad provisionem ipsius desolate ecclesie cum divino auxilio duximus procedendum. Igitur, iuxta pastoralis sollicitudinis debitum, considerantes interne mentis oculis honestatem et industriam discreti viri magistri Laurentii Strigoniensis et

Spalatensis canonici, quibus ipse miserande ecclesie fructuosus et utilis, esse poterit, et sub ipsius cura, favente domino, valebit ipsa ecclesia feliciter gubernari, eidem ecclesie de persona dicti Lavrentii, quem ad hoc de consilio sapientum elegimus, invocato dei nomine, duximus providendum et providemus cum iuris plenitudine etc. . . . Datum die V. exeunte februario, anno domini MCCCVII., indictione V., presentibus etc. canonico Spalatensi et aliis pluribus.

Monumenta Vaticana Hungariae. Ser. I. Tom. II. 30.—31. po originalu. — Farlati Illyr. sacrum. III. 299. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1, 230, VIII. 7. 45—46.

121.

1307, 23. aprila. U Faventii.

Papin legat Neapoleo potvrdjuje darovanje samostana sv. Ivana Franjevcima.

Neapoleo miseratione divina sancti Adriani diaconus cardinalis, apostolicae sedis legatus. Dilectis in Christo religiosis viris ministro et fratribus ordinis Minorum provinciae Slavoniae salutem in domino. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra continebat, quod bonae memoriae Gregorius Arbensis episcopus vobis monasterium sancti Joannis Arbensis, tunc dimissum per quasdam moniales ordinis sancti Benedicti, quas praefatus episcopus ad aliud monasterium dicti ordinis sancti Benedicti, ubi maior vigebat observantia regularis, duxerat transferendas, pia et provida liberalitate donavit, prout in litteris eiusdem episcopi suo sigillo munitis plenius continetur, vosque ibidem ad opus fratrum vestri ordinis locum ordinantes, praedictum locum praefati monasterii sancti Joannis iam fere per viginti annos quiete et pacifice possedistis, et adhuc pacifice possidetis . . . .

. . . .

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Faventiae, X. kalendas maii, pontificatus domini papae Clementis V. anno secundo.

Farlati Illyr. sacr. V. 245.

122.

1307, 24. aprila. U Čazmi.

Augustin biskup zagrebački potvrdjuje povlastice svoga pretšastnika za mjesto Ugru.

Frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensis episcopus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam communitas hospitum libere ville nostre sub castro de Vgra, per venerabilem patrem dominum Mychaelem episcopum, predecessorem nostrum ad libertatem et subscriptas condiciones libertatis in eundem locum agregata, exhybuit nobis litteras privivilegiales eiusdem domini episcopi condiciones sev constituciones libertatis ipsius communitatis continentes, petensque a nobis cum precum instancia, ut easdem litteras nostris litteris priuilegialibus confirmare dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina biskupa Mihajla od g. 1295—1303.)* Nos igitur more pii patris instancie et peticioni eorundem hospitum nostrum inclinati, censentes racioni consonum, tenorem eiusdem priuilegii diligenter inspectum, iuste et racionabiliter emanatum, comperientes non abrasum nec cancellatum neque alicuius littere vicio deformatum, presentibus inseri fecimus et sigilli nostri autentici munimine roborari. In cuius nostre ordinacionis et rey memorie perpetualem presentes eisdem hospitibus nostris contulimus sigilli nostri autentici communitas. Datum et actum Chasme, in festo sancti Georgii martiris, per manus discreti viri magistri S[tephani] prepositi Chasmensis protonotarii nostri, anno domino M⁰ CCC⁰ septimo.

Original pisan pismom knjiga s početnim i postranim dvostrukim tankim linijama od tinte u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.844. bivša zbirka Kukuljevićeva.

Vidi se trag, gdje je visio pečat.

123.

1307, 24. aprila. (U Čazmi).

Pred zagrebačkim biskupom Augustinom prodaju Aleksander i Bank zemlju svoju Moravče u županiji čazmanskoj Stjepanu kanoniku čazmanskom za 60 maraka.

Frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensis episcopus omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino

sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quoniam propter labilem hominum memoriam racio, quasi cautele mater, vt ius vnicuique illesum observetur prudenter adinuenit, ut gesta temporum litterarum testimonio perempnentur. Proinde Alexandro et Bank filiis Gozteyk, tam pro se, quam pro Petro fratre eorum uterino ab una parte, et discreto viro magistro Stephano canonico ecclesie nostre Chasmensis ab altera coram nobis personaliter constitutis, iidem Alexander et Bank, terram seu possessionem eorum Moraucha nuncupatam in comitatu Chasmensi existentem, quam ex collacione venerabilis patris domini Mychaelis episcopi predecessoris nostri optinuerant, sub metis infrascriptis, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis de nostro beneplacito et consensu vicinorum suorum, eidem magistro Stephano et suis successoribus pro LX marcis denariorum Zagrabiensium habitis plene ab eodem, ut dixerunt, vendidisse et tradidisse iure perpetuo possidendam, sunt confessi, daciis et seruiciis consuetis nobis et successoribus nostris in eadem more aliorum nostrorum predialium reseruatis. Ad cuius cotractus, empcionis et vendicionis maiorem euidenciam litteras eorum seu instrumenta, quorum vigore ipsam terram possidebant in manus dicti magistri Stephani assignauerunt; hoc cauto nichilominus expresso, quod idem magister Stephanus nobis et ecclesie nostre cum omni fidelitatis studio assistere tenebitur, qui in notam infidelitatis aut ingratitudinis inciderit, cadet a iure ipsius terre nullo umquam tempore ad eandem reuersurus. Cuius quidem terre meta, prout discretus vir et honestus magister Johannes cantor Chasmensis vna cum Johanne filio Noak tunc comite nostro terrestri, quos ad circumscribendam ipsam miseramus, nobis coram commetaneis circumlimitatam nullius contradiccione interueniente reportarunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte meridiei, ubi quidam potok cadit in aquam Moroucha, inde uersus septemtrionem per ipsum potok diuertendo ad sinistram versus orientem in ualle uenit ad quandam uiam, que ducit ad ecclesiam beati Johannis de ueteri Chasma, per quam uiam prope uersus ad orientem venit ad arborem naar iuxta terram Cristini, inde per uiam uenit ad dumos gumulchyn, inde diuertens uersus meridiem in Gaynio potok iuxta terram Simonis senis et Doba veniens ad antiquam piscinam que fuit Mothica, ubi sunt arundines, et exiens uersus occidentem uenit ad quandam paruam uallem, inde uersus septemtrionem venit ad quandam foueam circa uiam, per quam ad meridiem diuertendo ad sinistram per Teluk (?) hinc et inde uenit ad arborem harazt cruciatam, inde per uiam parum per duas missiones sagittarum in quandam semitam uersus meridiem uenit ad arborem harazt cruciatam, inde ad magnam arborem harazt cruciatam in margine aque Moroucha, per quam ascendendo uersus occiden-

tem uenit ad priorem metam. In cuius rei memoriam et perpetuam stabilitatem presentibus sigillum nostrum auttenticum duximus aponendum. Datum per manus discreti viri magistri Galli prepositi Chasmensis cancellarii nostri, in festo beati Georgii martiris, anno domini M⁰ CCC⁰ septimo.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 30.
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: IX. B. I. 167.

124.

1307, 27. aprila. U Ninu.

Radoslav sin pokojnog Draginje prodaje Tomši sinu Miršinu tri gonjaja svoje »nerezine«.

Anno incarnacionis Christi millesimo trecentesimo septimo, mense aprilis die quarto exeunte, indiccione quarta, None. Temporibus domini Karuli magnifici regis Hungarie et Marci venerabilis Nonensis episcopi, ac Georgii egregii comitis, nec non et domini Michaelis potestatis None. Ego quidem Radozlaus filius condam Dragine per hoc presens scriptum confiteor vendidisse tibi Tomse filio olim Mirse tres gonayos deri siue nerezine mee proprie in Priulaka posite iuxta Ogragenik, cuius deri tales esse dicuntur confines: Ex trauersa est vinea Dragosii presbiteri de Jadria, ex austro vinea Jacobi Spanculig ciuis Jadrensis, ex meridie vinea Simonis Hualci, et ex boreali terra relicte Johannis primicerii; pro libris sex denariorum venetorum a te plene receptis, et pro talione dedisti mihi vnum grossum. Quod quidem derum siue nerezinam teneor tibi tuisque heredibus uel successoribus ab omnibus discalumpniare et defensare in perpetuum super me et omnia bona mea habita uel habenda, quare igitur a modo in antea liceat tibi ipsum derum siue nerezinam libere habere, perpetuo possidere, heredibus et successoribus relinquere, vendere, dare, donare, pignorare, obligare, pro anima et corpore indicare ac omni modo ad tuam uoluntatem alienare nemine contradicente. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Ambrosio Porugh nunc iudice, C[ri]sano Grigureuig Veli . . . aco Chohouinig et Nicolao nunc tribuno.

(Drugi rukopis).

Et ego Drusina filius Johannis examinator manum meam misi.

Et ego Jacobus Nonensis notarius interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et solito signo signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1307.

125.

1307, 2. maja. U Zadru.

Martin sin Dešin iz Zadra prodaje Petru zvanom Orlando zemlju u Mihabonu.

In nomine domini amen. Anno incarnacionis eius millesimo trecentesimo septimo, mensis maii die secundo intrante, indicione quinta, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini fratris Jacobi dei gracia Jadrensis archiepiscopi ac domini Mathei Manulisso egregii comitis. Ego Martinus filius Desse de Jadra fateor, quomodo vendo atque transacto tibi Petro dicto Orlando mercatori Jadre tuisque heredibus et successoribus totam vnam terram meam maceriis circumdatam, cum vitibus, oliuis et omnibus aliis arboribus fructiferis suis in ea crescentibus; que terra est vnius gonay cum omni eo quod plus uel minus est ipso vno gonayo, posita supra Michabonam; cui de borea est terra Mathei de Nasce, de trauersa est vinea Michaelis, de austro et quirina est terra tua; cum omni longitudine et latitudine ipsius terre predicte, cum omnibus suis certis terminis, habentiis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram a modo cum plena virtute, auctoritate et potestate totam ac omnimodam voluntatem tuam ex ea pro anima et corpore faciendi nemine tibi exinde in perpetuum contradicente. Ob quam venditionem siue transactationem tu dictus Petrus dictus Orlandus mihi bene et plenarie pro precio in pecunia numerata dedisti et persoluisti libras duodecim et soldos quinque denariorum Venecie paruorum, de quibus iam pacatum me teneo. Vnde ego prenominatus Martinus cum heredibus et successoribus meis debeo et teneor tibi tuisque heredibus et successoribus prefatam terram cum vitibus, oliuis et omnibus aliis arboribus suis fructiferis ac eciam cum pertinenciis suis omnibus ab omni homine ipsam calumpniante defensari(!) et excalumpniare in ratione super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum presentibus hiis vocatis et rogatis testibus, videlicet Jacobo Johannis de Raynerio, et Barthe Henrici de Milano de Jadra.

(Drugi rukopis).

† Ego Blasius de Soppe examinator manum misi.

Ego Vincentius ecclesie sancte Marie maioris clericus et Jadrensis notarius predictis interfui rogatus, ut audiui hanc cartam scripsi, roboraui et signo solito signaui.

(Signum not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XV. no. 314.

126.

1307, 7. juna. (U Ortoni).

O gusarima na obalama hrvatskim.

De piratis de Dalmatia et Sclauonia. Homines Ortone habent licentiam armandi vnum uel plura vasa contra eosdem. VII. iunii. V, indictionis.

Reg. Ang. C. 158. Reg. Caroli II.
Wenzel Acta extera I. 175.

127.

1307, 11. juna. U Zadru.

Kosa sin Prode de Cossa prima miraz od svoje žene Nikolate kćeri Ivana Varikaše.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septimo, die vndecimo intrante mense iunio, indicione quinta, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Mathei Manulessis egregii comitis. Fateor ego Cossa filius Prodde de Cossa ciuis Jadre per hoc instrumentum, quomodo de asensu et uoluntate dicti Prodde de Cossa patris mei ibidem presentis integre et plene recepi a te Nicolotta vxore mea filia olim Johannis Raynerii Varicass[e] pro dote et nomine dotis tue tantum in auro, argento, perlis, uestimentis et rebus aliis extimatis ac eciam in pecunia numerata, quod ascendit ad summam librarum denariorum venetorum paruorum mille. Vnde ego dictus Cossa de assensu dicti Prodde patris mei per me meosque heredes et succes-

sores me obligo et promitto predictas libras mille dotales saluas de cetero omni tempore iuxta ius et consuetudinem dotis habere, et cum casus emerserit de dote restituenda eas dare et soluere tibi dicte Nicolotte vxori mee uel heredibus aut successoribus tuis super me et bona mea habita et habenda, omnibus capitulis, statutis, consuetudinibus iure, exceptione, occasione remotis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Madio Galellis de Cerna et Filippo Grisogoni et Guidoto Varicassa Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus de Slurado examinator manum missi.

Ego presbiter Guillelmus Castrensis canonicus et notarius Jadre predictis interfui rogatus, scripsi et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 27.

128.

1307, 20. juna. U Križevcima.

Pred Joakimom županom križevačkim prodaje Ivan sin Henčev Stjepanu zvanom Herceg neku zemlju.

Nos Joachinus comes Crisiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod constituti sunt coram nobis personaliter Johanens (!) filius Hench ab una parte, et Stephanus dictus Herceg vna cum fratre suo Joh[an]ne vocato ex altera, idem Johanens (!) quandam terram suam existentem iuxta ecclesiam sancti Nicolai, quam magister Petrus frater eiusdem Johannis a Kun[a]c[1] nobili Crisiensi titulo empcionis dinoscitur comparasse, eandem terram dictus Iohanens ex consensu, assensu et ex uoluntate omnium commetaneorum suorum, videlicet Moys, Daybug et Pauli filiorum Blaguna et Nicolai filii Junas confessus est et dixit vendiccioni proposuisse et vendidisse Stephano antedicto et Johanni fratri suo pro sex marcys denariorum antiquorum eis et eorum heredibus iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam, sicut etiam dixit ab eisdem plene receptis et habitis. Cuius quidem terre meta incipit ab arbore pruni stanti (!) iuxta viam a parte occidentis et iuxta fossatum secus curiam eiusdem Johannis procedens cadit ad viam, per quam tendens versus septemtrionem iuxta ecclesiam

[1] Na mjesto zatvorenog a mrlja od tinte, može biti i o i e.

sancti Nicolai a parte altaris venit ad arborem piri regulus noncupatam(!), inde exit de via et iuxta vineas Pauli predicti versus orientem per uallem descendens venit ad quandam semitam, per quam tendens in modico spacio transit viam et uenit ad truncum iagne, inde cadit ad quendam riuulum Druhkwelge apud arborem gertan, per quem riuulum inferius versus meridiem peruenit ad pontem in magna via ordinatum, per quam viam versus occidentem uenit ad pirum ubi terre filiorum Petri filii Zulga commetatur; de qua per ual[l]em uenit ad cherasum, inde ad arborem ihor, deinde ad viam per quam viam pervenit ad primam metam. Datum feria tercia ante festum beati Johannis Baptiste, anno domino M⁰ CCC⁰ septimo.

Original u knjižnici narodnog muzeja u Budimpešti (pridošao 1897. u posjed).

Na listu visi uzica od pergamene; pečata više nema. Listina je vlagom oštećena.

129.

1307, 20. juna. U Trani.

Zapljena jednoga dubrovačkoga broda u Trani.

Piše se, da je u Trani zaplijenjen bio dubrovački brod »sv. Nikola«, kojega su vlastnici Luka Gambe i »Blasius de Florento de Ragusio«, *jer* »marenarii eiusdem vasselli pro usu eorum fabarum thuminos tres in dicto vassello inmiserant sine mandato et licencia curie«.

Reg. Angioini.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 62. — Rački Rad XVIII. 226.

130.

1307, 23. juna. U Stjeničnjaku.

Černe u pravdi s opatom cistercitskim sv. Jakoba radi otoka na Savi gubi pravo i otok pripadne samostanu.

Nos Stephanus, Johannes et Radoslaus comites memorie commendantes significamus universis quibus expedit presencium per tenorem,

quod nos, cum inter fratrem Hulmanum, tunc temporis abbatem sancti Jacobi prope Zagrabiam, Cistercyensis ordinis ab una parte, et Cherne cum suis fautoribus ab altera, lis et controversia super insula, que in Zawa est prope ecclesiam predicti sancti Jacobi, in qua prefatus Cherne residebat, verteretur, domino abbate asserente, quod dicta insula tota ecclesie predicte et monachis ibidem deum orantibus pertineret, quod privilegiis regalibus posset ostendere; illo vero, Cherne scilicet, penitus contradicente, diucius itaque causa coram nobis ventilata, volentes assistere iusticie, una cum nobilibus terre nostre decrevimus, ut domino abbate predicto privilegiis super hoc ostensis legalibus, predicta insula iuxta tenorem privilegiorum suorum restitui deberet in integrum, et super hoc utrique parti diem assignantes. Quo die adveniente, utraque comparente, dominus abbas sepefatus excellencium regum privilegia Vngarie, videlicet Bele et Stephani exhibuit legalia, que cum perlegere fecissemus, alteri parti materna lingwa(!) exponendo et ipsa altera parte in nullo contradicente, contradicere vel valente, una cum viris sapientibus et discretis terre nobilibus sentencialiter decrevimus, ut sepefata insula ad ecclesiam reverteretur superius nominatam iuxta tenorem privilegiorum dicti abbatis super hoc decretorum; et ad hoc faciendum Nycolaum filium Arlandi et Vrbanum comites constituimus assignandum. Qui personaliter ad insulam iam nominatam accedentes una cum viris discretis Dominico lectore et Petro archidiacono magistris honorabilis capituli Zagrabiensis canonicis et eciam cum terre commetaneis, abbati sepedicto iuxta nostrum decretum assignarunt irrevocabiliter rehabere et iure perpetuo possidere secundum exigenciam iuris et debitum. Et ut ne predictus Cherne et sui fautores vel alter quicumque super pretitulata insula dominum abbatem vel fratres memoratos inpetere vel molestare valeant in futurum, presentes litteras in robur valetudinis duximus nostri sigilli munimine roborari. Datum in Stenichnach, in vigilia beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo trecentesimo septimo.

Original u arkivu kaptola zagrebačkoga. Na pergamenskim odrescima visi prilično sačuvani pečat. Drugi izvorni primjerak u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Pečat razdrobljen.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 79.

131.

1307, 18. jula. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim biva izmirenje izmedju sinova Tiboldovih i Kuzminih.

Nos capitulum Chazmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod ad peticionem proborum et nobilium virorum, magistrorum videlicet Jhoanis(!) filii Tyboldi et Zerie filii Cosme discretos viros magistros Petrum lectorem, Stephanum custodem et Stephanum quondam decanum, socios et concanonicos nostros ad audiendam vocem et ordinacionem et composicionem ipsorum ad eosdem nobiles duximus transmittendos, qui socii nostri demum ad nos reuersi nobis retulerunt, quod in eorum presencia et testimonio ipsi nobiles de quibusdam articulis taliter ordinarunt: Primum, quia placuit deo et partibus, vt ipsi vnum sint omnibus factis eorum, ac pura et sincera dileccione amplectentur, vt fratres et proximi tene[a]ntur, et quod vna pars sine consensu et uoluntate partis alterius in negocio aliquo possit uel ualeat palam seu occulte procedere, sed quicquid in prosperis uel aduersis agi debeat, communi ac pari voluntate fiat et terminetur, et si in aliquam partem grauamen aliquod, aduersitas seu hostilitas eueniret, pars altera cum proximis cognatis, familiaribus et seruientibus suis iuuare tenebitur totis viribus et pro posse, et quod deinceps inter partes et ad eosdem pertinentes nulla aduersitas generari possit, tacto sancto ligno viuifice crucis, ceterisque reliquiis coram eisdem sociis nostris firmiter iurauerunt premissa perpetuo inuiolabiliter obseruare, et si aliqua parcium attendere et seruare per se et suos non curaret aut maliciosse procederet, indignacionem omnipotentis dei ac virginis gloriose nec non beatorum Petri et Pauli apostolorum se nouerit incurisse, ad hec si dampnum, combuscionem aut iniuriam aliquam parti alteri pars alia inferret uel inferri procuraret, et hoc nobilibus regni ac nobis constare posset euidenter, extunc parti alteri dampnum et iniuriam huiusmodi tolleranti quingentas marcas in denariis antiquis sine iudicis porcione pro pena soluere tenebitur; preterea si aliqua pars partem alteram captivaret, extunc omnes possessiones eius et castra, qui captiuitatem conmiserit, parti aduerse remanerent perpetuo possidende, nullo umquam tempore re[h]abende, et si aliquas litteras ipsa captiuitate durante pro aliqua ordinacione ab eodem captiuo habere uellet, uel quocunque modo tunc haberet et faceret emanari, auctoritate

presencium mortue habeantur et viribus cariture, si vmquam in lucem proferentur, aut per quempiam ostenderentur. Ceterum, quod maius est, si aliqua pars parti alteri mortem uel occupacionem castri, quod absit, inferret uel inferri procuraret, omnes possessiones et castra, ut premisimus, parti aduerse huiusmodi grauamen tolleranti omnibus occasionibus et excepcionibus quibuslibet relegatis et submotis deuoluantur possidende, et nichilominus mortem aut occupacionem et recepcionem castri generacio et proximitas uel ad manus cuiuscunque alienas presentes date et assignate fuerint acquirere et prosequi valeat, ac si fratres, filii et proximi possent vel ualerent propriis in personis. Intercessit eciam in ordinacione, quod si qua pars sine heredum solacio diem claudens extremum decesserit, omnes possessiones eius et castra cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis, rebus videlicet, seruis et ancillis parti superuiuenti sine porcione Johannis filii comitis Nicolay, contradiccione cuiuslibet cognatorum et proximorum suorum deuoluentur pleno iure possidende. Premissa autem et singula premissorum litteris discretorum virorum capituli Zagrabiensis ecclesie personaliter comparendo, assumpserunt confirmare, vt iidem socii nostri nobis retulerunt. Datum feria tercia proxima ante festum beate Marie Magdalene, anno domini M⁰ CCC⁰ septimo.

Iz originalne potvrde kralja Karla od g. 1313., 29. augusta u ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1778., Stara sign. N. R. A. fasc. 446. no. 1.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 127—139.

132.

1307, 8. augusta. U Poitiersu.

Papa Klemens V. preporuča kardinala Gentila hercegu hrvatskomu Henriku.

In eodem modo dilecto filio noblli viro [Henrico] duci Sclavonie etc. Rex excelsus etc. [usque] pertinebunt. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et obsecramus in domino Jesu Christo, quatenus eundem cardinalem, quem pro suarum virtutum insigniis interne complectimur brachio caritatis, immo potius personam nostram in ipso, cum illuc, deo duce, pervenerit, benigne recipiens et honeste pertractans, sibi tamquam apostolice sedis legato, pro ipsius sedis et nostra reverentia, te consti-

tuas verbo benivolum et vultu serenum, eius salubribus monitis et consiliis ac hiis, que tibi ex parte nostra suaserit, ita efficaciter intendendo, quod cardinalis ipse tuo fultus auxilio, in exequenda sollicitudine legationis ei credite, possit cum adiutorio dei prosperari facilius, nosque tuam nobilitatem dignis laudum preconiis proinde merito attollamus. Datum Pictavis, VI. idus augusti, anno secundo.

Archivum Vaticanum. Registr. bullarum Clementis V. papae anni II. Monumenta Vaticana Hungariae. Ser. I. Tom. 2. p. 5.—6.

133.

1307, 16. augusta. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Gjuro sin Gjurin predij svoj Podgorje biskupu Augustinu za 100 dinara.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod magistro Nicolao concanonico nostro nunc capellano venerabilis patris fratris A[ugustini] dei gracia episcopi domini nostri, vice et nomine eiusdem domini nostri ab una parte, Georgio filio Georgii condam Junus ab altera, in nostri presencia personaliter constitutis, idem Georgius terram suam Podgoria[1] uocatam sub monte scilicet sancti Clementis in comitatu episcopatus de Zeredahel existentem, quam in concambio alterius terre sue Iuanch optentam more predialium episcopatus possidebat, dixit et confessus est sepedicto domino nostro episcopo vendidisse, tradidisse et assignisse et per eum eiusdem domini nostri episcopi successoribus iure perpetuo possidendam et habendam, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis, vineis et earum ex nunc fructibus, siluis, pratis, edificiis, frugibus existentibus in eadem terra vniuersis, pro centum marcis denariorum Zagrabiensium nunc decurrencium, receptis ab eodem domino nostro episcopo plenarie, sicut dixit. Asumpmens et obligans se idem Georgius ad expediendum et defendendum ipsum dominum nostrum episcopum et suos successores ab omni, si quam processu temporis per prenominatum patrem suum et fratres suos aut quoslibet alios moueri uel suscitari super ipsa vendita possessione contra dictum dominum nostrum episcopum uel eius successores contingeret in futurum questionem, in pro-

[1] U listini od god. 1301. 29. aprila: Podogoria.

priis ipsius Georgii laboribus et expensis; predictis terra, vineis et aliis vtilitatibus earundem omnique iure apud sepefatum dominum nostrum episcopum uel eius successores saluis et integris remanentibus. In cuius rei memoriam et certitudinem ac stabilitatem perpetuam presentes ad instanciam parcium concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in crastino festi assumpcionis virginis gloriose, anno domini millesimo trecentesimo septimo.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 39. — Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu I. B. 9. 167.

134.

1307. 7. novembra. U Zadru.

Samostan sv. Krševana i Leonard gradjanin zadarski uzimaju Stjepana de Labe mirovnim sucem u parnici zbog zemlje Drage.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septimo, die septimo intrante mense nouembri, indicione sexta, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Mathei Manulessis egregii comitis. Religiosus vir frater Vitus abbas monasterii sancti Grisogoni de Jadra una cum consensu fratrum conuentus dicti monasterii, vice et nomine ipsius monasterii ex parte una, et Leonardus de Furmino ciuis Jadre nomine suo ex altera, super questione, quam habebant uel habent ad inuicem de quadam terra uocata Draga posita in Insula magna in contrata uocata Smochuiça; cui Drage a parte boree est quedam alia contrata uocata Pechiniça; ita quod blaua, que fuit facta in dicta Draga hoc anno fuit sequestrata seu posita in sequestro de mandato prefati domini Mathei Manulessis comitis Jadre; vnanimiter et concorditer compromisserunt in nobilem virum Stephanum de Labe ciuem Jadre tamquam in suum arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem. Promittentes partes predicte inter se ad inuicem et vna alteri stare, parere ac integraliter obedire omni eius laudo, arbitrio et diffinicioni, quod et quam super questione predicta dixerit, laudauerit, sentenciauerit et arbitratus fuerit stando, sedendo diebus feriatis et non feriatis, iuris sollempnitate seruata et non seruata, partibus presentibus uel non presentibus dummodo citatis, quomodocumque et qualitercumque sub pena librarum denariorum Venecie paruotum centum a parte non obseruante parti alteri soluendarum; obligando ad hec dictus abbas

cum suo conuentu bona omnia dicti monasterii, et ipse Leonardus bona sua presencia et futura; penaque soluta uel non, presens compromissum et ludum super hoc ferendum in sua semper permaneat firmitate. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Matheo de Deotayce et Madio de Gauçinna ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

Ego Damianus de Slurado examinator manum missi.

Ego presbiter Guilelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis predictis interfui rogatus, scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Originalni duplikat u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XVIII. no. 461.

Suvremena bilješka na hrptu: »De terra posita in Insula magna in Draga ubi uocatur Smocuica.«

135.

1307.

Pred konventom Templaraca daruju sinovi župana Ambroza za miraz svojoj sestri polovicu posjeda Kuzina.

Nos conuentus fratrum Cruciferorum domus hospitalis de Noua curia significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod Ladizlaus et Custan filii comitis Ambrosii filii Custan a parte una, magister Georgius filius magistri Petri de comitatu Ru[i]che ab altera, personaliter coram nobis constituti, asseruerunt oraculo vocis viue, vt dispensante et gubernante dei prouidencia et inspirante sancti spiritus gracia, vnionem cognacionis et consanguinitatis talem inter se contraxissent seu ordinassent, quod Ladislaus et Custan supradicti dominam sororem ipsorum puellam nomine Kata secundum seriem ordinacionis sancte ecclesie celebrato matrimonio magistro Georgio antedicto contulissent in coniugem, et in signum vnitatis et dileccionis, cognacionis ac consanguinitatis, maxime eciam pro iuribus predicte domine, que de possessionibus comitis Ambrosii patris sui iuxta consuetudinem regni proueniebant, medietatem cuiusdam possessionis eorum hereditarie Kuzyn nuncupate cum omnibus suis pertinenciis et utilitatibus, secundumque metis (!) circuitur (!) infrascriptis donasse[n]t, dedissent et contulissent domine sorori sue supradicte et cum ipsa magistro Georgio prenotato ac eorum heredibus heredumque suorum successoribus inreuocabiliter

possidendam, tenendam et habendam. Cuius quidem terre mete hoc ordine distinguntur: Prima scilicet meta incipit in arbore ilicis de parte orientis cruce signata et meta terrea circumfusa et intrat in uiam Zalanta uta uocatam, per quam itur in Moruchel et peruenit ad arborem cerasi meta terrea circumfusam et per eandem viam directe iuxta cursus metarum magistri Nicolai filii comitis Omodei meando peruenit ad duas arbores iliceas cruce signatas, deinde in eadem via vadit ad arborem piri siluestri, ubi diuertit et descendit in vallem et per metas terre Pauli Alas dicti peruenit ad arborem iliceam descenditque usque villam Kuzyn et ibi intrat in riuulum similiter Kuzyn uocatum vbi est meta in arbore salicea, que separat terram magistri Georgii a terra Pauli, et inde egreditur uersus aquilonem peruenitque ad arborem piri ubi est meta, de qua paululum eundo peruenit ad arborem iliceam et transit unum riuulum egrediturque uersus meridiem et intrat in vnam viam, inde uadit ad arborem ilicis, deinde ascendit uersus orientem et per continuas metas terre Verueu currendo peruenit ad magnam uiam per quam de villa Myko bani itur in (!) ad villam Folkus, et per ipsam viam vadit usque priorem arborem ilicis et ibi terminatur. In cuius donacionis et ordinacionis testimonium et perpetuam firmitatem ad instanciam et peticionem parcium predictarum presentes concessimus litteras nostro sigillo roboratas. Anno ab incarnacione domini M°CCC° septimo, fratre Johanne nostro preceptore existente.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1716 Stara sign. N. R. A. fasc. 575 no. 12. Na hrptu savremena bilješka: »Super possessione Kuzyn«.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I., 139—140.

136.

1307.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje biskupiji zagrebačkoj posjed Vašku.

Carolus dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque rex. Ad perpetuam rei memoriam. Cum a nobis petitur, quod honestum est, decet maiestatem regiam facilem praebere consensum, in his praecipue, quae divinis rebus religionisque cultui videntur utiliter convenire. Sane venerabilis pater frater Augustinus episcopus Zagrabiensis dilectus et fidelis noster, a nobis humiliter postulavit, ut terram quamdam de comitatu Simigiensi,

quam ecclesia Zagrabiensis iustae aquisitionis titulo, maiorum nostrorum beneplacito et assensu possidet, ac etiam privilegium quoddam Ladislai regis avi nostri, sibi et ecclesiae suae dignaremur de benignitate regia confirmare. Cuius quidem terrae metae, iuxta quod in literis capituli ecclesiae Quinqueecclesiensis contineri perspeximus, taliter distinguuntur: Incipiendo quidem a quadam aqua Kalischia vocata, ubi sunt duo dumi horoszt et rakithia vocati, tendit versus meridiem et cadit in caput cuiusdam stagni Ossologa vocati, deinde vadit in aliam aquam Kalischia, quae vocatur et iam alio nomine mala Batfa, et parumper procedendo ad partem orientalem ad quamdam arborem pyri, divertitque ad quemdam dumum in quodam horto agnomine Poporztorga vocato, situm, ibique terminatur. Nos igitur eius petitionem suscipientes assensu, eandem possessionem sancti Martini cum omni exemptione et libertate a maioribus nostris regibus Hungariae concessa, ipsi ecclesiae ac episcopo, sicut iuste possessa est hactenus, ac etiam dictum privilegium Ladislai regis, authoritate nostrae eccellentiae confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus, atque ad harum evidentiam pleniorem litterarum, quibus mediantibus eadem terra praefatae ecclesiae aquisita est vel possessa, de verbo ad verbum duximus inserendum. *(Slijede povelje kralja Bele od god. 1254., 1259. i 1269., kralja Stjepana od god. 1270., kralja Ladislava od g. 1275., te Pavla prepošta pećuhskoga od g. 1269.)*

Po originalu komorskoga arkiva prepisao Pray MSS. Tom. 54. p. 156—157. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1, 224.

137.

1307.

Bilješka o Kurjaku rodjaku bana Pavla.

Paulus banus vocat Curiacem comitem cognatum suum et fidelem.

Note chronologiche da Giovanni Lucio. Bullettino. g. 1882. p. 24. Ex registro Arbensi.

138.

1307.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listine kralja Ladislava (od godine 1284. 7. lipnja) i kraljice Elizabete (istog datuma) glede desetine u Virovitici i Lipovi.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in omnium saluatore. Bone rei dare consultum et presentis vite cernitur habere remedium et eterne uite premium prestolari. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam venerabilis pater frater Augustinus dei gracia episcopus Zagrabiensis dilectus et fidelis noster, exhibuit nobis priuilegia domini Ladizlai illustris regis Vngarie predecessoris nostri, fratris nostri karissimi, et domine Elizabeth consortis eiusdem super facto decimarum liberarum uillarum videlicet de Vereuche et Lypoa ac tocius comitatus de Vereuche tam frugum, vini, quam marturinarum, tributorum, fororum, portuum ac alia iura episcopalia confecta, petens nos cum instancia, ut eadem priuilegia rata habere et nostro priuilegio de benignitate regia dignaremur confirmare. Cuius quidem priuilegii predicti Ladizlai regis tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od g. 1284. 7. juna.)* Alterius autem priuilegii domine Elizabeth consortis eiusdem Ladizlai regis tenor[1] talis est: *(Slijedi listina kraljice Elizabete od g. 1284. 7. juna.)* Nos autem iustis peticionibus predicti venerabilis patris domini Augustini episcopi Zagrabiensis fauorabiliter inclinati, predicta priuilegia non abrasa non cancellata nec in aliqua sui parte uiciata ratificantes et approbantes de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus apensione duplicis sigilli nostri munimine roborando. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie de sede regali in prepositum electi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC⁰ septimo, regni autem nostri anno similiter septimo.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 68. — Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I. B. IX. 167.

Hevenesi t. XVII. sub. E. p. 159—160. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. i 223—234. štampao: »Ex authentico Mathiae transumpto anni 1486, rescripto Leopoldo a. 1685.«

---

[1] Umetnuto iznad linije.

139.

1308, 14. februara. U Baču.

Pred kaptolom bačkim Nikola Kuzmin daje i prodaje svoje posjede u županiji vukovskoj i baranjskoj Dominiku Vošiću.

Capitulum ecclesie Bachyensis omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedentibus ad nostram presenciam nobili viro Nicolao filio Cosme de Thord ab una parte, Dominico dicto de Voszygh genero eiusdem Nicolai ex altera, idem Nicolaus vniuersas possessiones suas, que taliter nominantur: videlicet Thord, in qua est ecclesia in honore sancti Petri constructa, Chalaka et Ilk, que sunt in comitatu de Valkov, item Chabagata Budula, ubi est ecclesia in honore sancte Marie edificata Zala et Penna nominatis simul cum porcione, quam dixit se habere in possessione Zepcse, que possessiones sunt in comitatu de Barana, cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis vniuersis sub eisdem metis, signis et terminis, quibus a predicto Nicolao et progenitoribus suis sunt possesse, a generacione sua diuisione facta ab antiquo inter se distinctas ac diuisas, saluo tamen iure alieno, predicto Dominico tanquam heredi seu filio suo naturali, ob recompensacionem et satisfaccionem centum et quinquaginta marcarum, quas ab ipso Dominico partim se recepisse, partim vero pro ipso in diuersis necessitatibus suis eundem Dominicum dicebat expendisse, dedit et assignauit iure perpetuo in filios filiorum possidendas a nullo vnquam propinquorum uel cognatorum suorum aliqualiter requirendas. Item voluit idem Nicolaus, quod ad instar presencium in capitulis uel conuentibus ubilibet litteras confirmatorias possit inpetrare Dominicus memoratus. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras concessimus sigilli nostri priuilegialis munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum in festo sancti Valentini martiris, anno domini M°CCC° octauo; Laurencio preposito, Jacobo lectore, Johanne cantore, Nicolao Bachyensi, Egidio Syrmiensi, Siluestro Zygidiensi archidiaconis, Michaele custode, Thoma decano, ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus iugiter et deuote.

Iz potvrde kralja Karla od g. 1321, 28. januara (što ju moli: Paulus filius Dominici de Woszygh) prepisane po kaptolu pečuvskom god. 1325, 16. marta. Original ovog prijepisa (moli: magister Nicolaus filius comitis

Osl vice sua et magistrorum Johannis et Dominici fratrum suorum) u kr. ugarskom držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1726. Stara sign.: N. R. A. fasc. 953. no. 8.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 143.—144.

140.

1308, 7. marta. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim izmiruje se župan Puer i braća njegova s Ivanom sinom Fabijanovim.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod comes Puer tam pro se quam pro Voinch et Ladizlao fratribus suis ac Predizlao filio Vrbanus proximo sui(!) a parte vna, ab altera autem Jhoannes(!) filius Fabiani filii Zazlai personaliter coram nobis constituti, super omnibus dampnis, incendiis, spoliacionibus et occupacionibus terrarum ac aliis iniuriis usque ad datam presencium hinc et inde datis, commissis et illatis, quibus contra se ordine iudiciario vt dixerunt, mouebantur, ad perpetuam pacem et concordie vnionem coram nobis deuenernnt, alter alteri commodam satisfaccionem, qua inuicem contenti sunt super causis pretactis inpendendo; pena tali interiecta, quod si qua parcium contra partem alteram super causis supradictis et factis terrarum insurgeret uel questionem deinceps moueret aliqualem, pena calumpnie seu calumpniatorum peniretur(!) eo facto, prout per partes coram nobis extitit ordinatum. Datum feria quinta proxima post dominicam inuocauit me, anno domini M⁰ trecentesimo octauo.

Original u narod. muzeju u Budimpešti (došla ovamo g. 1899. iz privatne zbirke Veghelya Dezsö.). Listina ie cirograf. — Na hrptu vidi se trag pritisnuta ovalna pečata.

141.

1308, 8. marta. U Mariboru.

Babonići obećaju vratiti neke gradove na granici Hrvatske, kad im bude vraćen zalog.

Nos Stephanus, Johannes et Ladislaus comites de Babanich fratres, presentibus publice profitemur et recognoscimus et spondemus, quod nos turrim in Grezchin, mediam vrboram in Landstrost, vrboram integram in Sicherberg, villam in Oberleitenberg, forum in Cromau, et nobiles seu clientes in Orchiniz, nobis et nostris heredibus pro trecentis marcis argenti ponderis viennensis racione nostri obsequii titulo pignoris obligata per illustrem principem dominum Fridericum ducem Austrie, eidem domino nostro ac suis successoribus restituemus et restituere promittimus per presentes, quandocunque de prefata pecunia soluti fuerimus integraliter et pacati. In quorum testimonium sigillum meum Stephani supradicti, quo et nos Johannes et Ladislaus contenti sumus et vtimur ista vice, presentibus est appensum. Data in Marchpurga, anno domini millesimo trecentesimo octauo idibus marcii.

Original na papiru u gradačkom Johaneu.
Wenzel Acta extera I. 177.

142.

1308, 1. aprila. U Poitiersu.

Klement V. papa nalaže fr. Gregoriju iz Kotora, da se uputi kralju Urošu, koji želi preći u krilo rimske crkve, i da ostane kod njega do daljne odredbe.

(Clemens V. etc.). Dilecto filio fratri Gregorio de Cataro ordinis fratrum Minorum. Cum magnificus vir Urosius rex Rassiae illustris, ut regnet in coelis, in votis habeat sacrosanctae Romanae ecclesiae matri fidelium et magistrae in fidei veritate ac unitate coniungi, cupiatque, sicut asserit, fratrum tui ordinis uti consortio eorumque consiliis et instructionibus in iis, quae dei sunt, plenius informari; nos laudabile suum in hac parte propositum dignis in domino laudibus commendantes, et gerentes de circumspectione tua ac sinceritate fiduciam pleniorem tibi

et socio tuo dicti ordinis, quem minister tuus ptovincialis tibi deputandum duxerit, morandi cum eodem rege usque ad nostrum et apostolicae sedis beneplacitum in locis decentibus, demum (postquam illa, quae tam circa catholicam fidem quam circa caetera in aliis nostris dicto regi directis comprehensa per eumdem regem et alios, de quibus ibidem fit mentio, fieri volumus, per ipsum regem et alios praefatos fuerint sine simulatione completa) et eundi extra terram dicti regis, cum necessitas id exegerit, pro exequendis negotiis eiusdem regis et regni, prout secundum deum animae suae saluti et praedicti regni utilitatibus expedire cognoveris, quotiens ab eodem rege te mitti contigerit, auctoritate praesentium indulgemus. Volumus tamen, quod tu propterea ab obedientia tui superioris et ordinis nullatenus in aliis eximaris. Nulli ergo etc. Datum Pictavis, kalendis aprilis, anno tertio.

Eubel Bullarium Franciscanum V. 48 i d. (. 108.)

143.

1308, 9. aprila. U Veneciji.

Duždmletački dozvoljava Dubrovčanima, da se u slučaju ubojstva izmedju Srba i njih služe običajem prvanjih.

Petrus Gradonicus dei gratia Venetiarum, Dalmatiae atque Croatiae dux, quartae partis et domidie totius imperii Romaniae, nobili et sapienti viro Andreae Dauro de nostro mandato comiti Ragusino, et universitati civitatis eiusdem fidelibus suis dilectis salutem et dilectionis affectum. Ad nostram venientes presentiam nobiles viri Ursacius de Budaza, Marinus de Dersa, et Nicola de Gondolo ambassiatores vestri pro parte vestra humiliter supplicare. Quod cum in commissione comitis vestri contineatur inter alia, quod, qui interficit alium debet mori, et rex Urosius suos Sclavos, qui vestros interficiunt Raguseos mori non faciat, sed eos solvere facit 500 yperperos pro maleficio commisso, nec penam aliam patiantur, ut dignaremur vobis concedere de gratia speciali, quod in hoc steteritis ad similem conditionem cum Sclavis praedictis, non obstante commissione comitis vestri predicti scilicet, quod si aliquis Raguseus aliquem Sclavum occiderit, solveret penam predictam 500 yperperorum et penam aliam non haberet; super huius prudentiae vestrae scribimus per nos et nostra consilia minus et maius vobis precipiendo mandantes, quatenus mittere debeatis ad dominum regem Rascie, quem faciatis requiri et instanter rogari, quod quelibet lex divina et humana praecipiat, et sic

per mundum servetur, quod, qui interficit alium moriatur, pro conseruanda iustitia placeat ei esse contentum, deo et hominibus placeat servari ac facere de suis Sclavis, qui occiderent Raguseos similiter facere eos mori, cum vos parati sitis, sicut esse debeat, ipsam iustitiam servare, ac facere de vestris Ragusinis, qui occiderent Sclavos similiter facere eos mori, de quo si ipse rex erit contentus vos sic observare, et iustitiam facere, ut dictum est, inviolabiliter observetis. Si autem ipse rex de ipsa facienda iustitia nollet esset contentus, sed vellet se tenere et servare praedictam consvetudinem 500 yperperorum, tunc in arbitrio vestro relinquimus servandi in predictis similem consvetudinem vel consvetudines erga Sclavos, quas ipsi erga vos servabunt non obstante puncto commissionis vestri comitatus, quod quantum in hoc duximus revocandum Datum in nostro ducali palatio, die 9. mensis aprilis, 6 indictione.

Lucius Mem. de Traù. 515.

144.

1308, 24. aprila. U Lastovu.

Radi se o prodaji zemlje.

In nomine domini. Millesimo tercesesimo (!) octauo, indictione undecima[1], die uicesimo quarto mensis aprilis, actum Laguste apud sanctum Damianum, presentibus Obrado Iuecouich, Dobrechna de Sienich et Radillo Plasaro ad hec uocatis et rogatis; ibi Druscho Popouich de voluntate et consensu uxoris sue Tiscise uendidit iure proprio in perpetuum Dobrulie Ratisi de Lagusta vnam peziolam de terra Vcotlazi prope dictam Dobrulie et prope terram de Size et Maruxe filiarum Jurcii, pro grossis sedecim, quos dictus Druscho cum predicta sua vxore fuit contentus se integre recepisse et habuisse a predicta Dobrulia, promitens per se et suos heredes firmum et ratum habere in perpetuum et nunquam contrafacere uel uenire. Fuit cridata per plazarum comunis Laguste.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Zeno uicarius in Lagusta manus mea(!) misi.

Ego presbyter Vitus Symonis Pasce de Ragusio cappelanus et notarius Laguste superdicta scripsi et signo feliciter roboraui.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIV.

---

[1] Očevidno pogrešno mjesto: sexta.

145.

1308, april-juli. U Trogiru.

Razni trogirski zaključci.

1308. April essendo ritornati gl' ambasciatori mandati al conte Giorgio con vn suo nuntio, che dimanda li sia dato vn castrato, vn agnello, et vna forma di cascio per ogni mandra, che cosi sia eseguito.

18 maggio, che sia satisfatto al conte Giorgio, come nelle sue lettere, e gli siano date due galete di uino buono, e 60 bozzolari.

4 giugno per il commandamento fatto dal bano à villani siano mandati doi ambcsciatori à significarli esser ciò cosa insolita, et in questo mentre li villani non obediscano.

6 detto siano mandate doi barile di vino, e presentate vna al bano e altra al conte Giorgio.

15 detto per le risse occorse trà gl' huomini del conte Giorgio, e Traurini siano mandati doi ambasciatori al bano.

24 Ch il podestà con quattro consiglieri vadano sino à Scardona à pregar il bano, che s' astenghi dalle minaccie, at il simile si facci al conte Giorgio suo figliolo.

29 detto che siano offerti al bano, e suo figliolo per tutti li delitti commessi sino à cento marche d' argento.

5 luglio essendo ritornati gl' ambasciatori, e riferendo, ch' il bano pretende 400 marche, fù deliberato darglene 200.

18 luglio che siano mandate al bano doi somme di vino, et vna di meloni, com' egli ricerca, e di nuouo si tratti l' accordo seco.

21 detto per la venuta della contessa sorella del bano nel monasterio di santo Francesco le sia presentato vn castrato, vna galeda de vino 20. bozzolati, cinque somme di meloni, et vn mozzo d' orzo.

29 detto dimandando il conte dalli Bossigliani 3 mozzi de formento per ogni casa, fù commandato, che non diano cos' alcuna et espediti ambasciatori al bano, li quali accordatisi seco elessero il conte Giorgio suo figliolo per capitanio della città con salario de 500 lire l' anno.

Lucius Mem. di Traù. 145.—146.

146.

1308, 11. maja.

Bilješka o parnici izmedju Šibenika i Trogira.

Cum per potestatem et sapientes conventum esset cum Sibenicensibus, ut Tragurienses die dominico de sero, et Sibinicenses die lune de mane veniant ad locum questionis, respondetur ire debere die lune de sero sumptibus ecclesie Traguriensis et alios ducere, quos placuerit episcopo.

Notae Joannis Lucii fol. 6. b. Starine XIII. 221.

147.

1308, 15. maja. U Hvaru i Trogiru.

Hvaranima ne ima se odgovoriti, dok se ne povrate poslanici.

Littere misse per potestatem terre Farre communi. Non respondeatur litteris Farre et Brazze, donec revertantur consiliarii Matheus domini Lucii, Dessa Amblasii, Matheus Zori.

Notae Joannis Lucii fol. 6. b. Starine XIII. 223.

148.

1308, 16. maja. U Krku.

Krčki knez Dujam uzima u zaštitu redovnike reda kartuzijskoga u sv. Mavru na Krku.

Nos Duymus comes Vegle omnibus et singulis nostris officialibus tributariis et subditis per terras nostras constitutis, recipiendo(!) mandamus, quatenus de rebus, quas fratres domus de Gyrio seu eorum nuncii latores presencium de Segnia conduxerint vel apportaverint vel in eodem loco aliquid vendiderint, neque in Segnia, neque alibi sub potestate nostra ullum tributum sive multam ullo modo ab eisdem fratribus recipiatis, sed eos cum suis omnibus securos et liberos ire permittatis, sicut

gracia nostra vobis cara est, et ut eam diligitis totaliter obseruare. Datum anno domini M⁰CCC⁰ octavo, XVII. kalendas iunii.

Suvremeni prijepis na papiru. Rep. 42. Fasc. G. no. 47. u arkivu knezova Esterházia u Željeznom.

Viesnik zem. arkiva. VII. 139.—140.

149.

1308, 18. maja. U Trogiru.

Zaključci trogirskoga vijeća u razmirici s Šibeničanima i Hvaranima.

Super facto . . . . . cum Sibenzanis de Bosiglina loquatur potestas cum consiliaris, cum episcopo et determinent et respondeant Sibenzanis, ut videbitur eis.

Mittatur ad terram Farre unus ambassiator doctus et sapiens Gregorius domini Lucii ad petendum CCCCL denariorum venetorum parvorum cum damnis et expensis ob blavum Tragurii per ipsos retentum alias sibi commune Traguriense satisfiet de debitoribus Farre, qui sunt Tragurii. Communi Brachie dicat idem, ut elligant arbitrum de Spaleto vel Sibenico; idem faciet Tragurium, et fiat depositum in dictos ordines de rebus ex utraque parte acceptis.

Comiti Georgio satisfiat, ut in eius litteris et dentur due galete vini boni et LX. bucellai. Super facto molinariorum communis electi tres homines: Zancius Azolini, Zanez Nosi, Georgius Marini.

Super facto Bozigline cum Sibenzanis ellecti duo sapientes de Spaato et alii duo elligendi a Sibenzanis. (Electi): Petrus Cosme, Theodorus Alberti.

Notae Joannis Lucii fol. 6. b. Starine XIII. 222.

150.

1308, 25. maja. U Trogiru.

Zaključci Trogirana u razmirici s Hvaranima i Bračanima.

Cum reversus esset ambassiator de Faria et illud commune non solverit, elligantur duo, qui scribant bona illorum de Farra, de quibus satisfiat communi Traguriensi, similiter illorum de Brachia et iterum

scribatur, si velint elligere uti nos. (Electi): Ciprianus Marini, Rancius Nicolini.

Notae Joannis Lucii fol. 7. a. Starine XIII. 222.

151.

1308, 29. maja. U Trogiru.

Razna poslanstva Trogirana.

Reversis ambassiatoribus missis domino comiti Georgio (scilicet Petro Duymi et Marino Andree,) mittantur ambassiatores, qui infra leguntur, cum bano, ut Tragurienses habeat recomendatos in iuribus suis, et quod non molestentur indebite aliqua de causa. Et si hi non irent, elligantur allii duo.

Ob adventum reverendissimi fratris Gentilis de Monte Feltro cardinalis legati domini pape in Ungariam, Spaletum, elligantur sex ambassiatores, qui cum domino potestate et episcopo vadant Spaletum ad eum invitandum, ut veniat Tragurium et determinet super differentia cum Sibenzanis. (Electi): Georgius domini Lucii, Petrus Duymi, Franciscus Valentini, Gauzingna comitis Marini, Matheus Lucii, Daniel Jacobi.

Notae Joannis Lucii fol. 7 a. Starine XIII. 222.

152.

1308, (30. maja — 14. juna.) U Spljetu.

Papinski legat kardinal Gentilis oprašta Tomi Jacobinu nezakonitost i preporuča ga biskupu trogirskomu, da mu podijeli sve redove.

Frater Gentilis miseratione divina tituli sancti Martini in montibus presbyter cardinalis apostolicae sedis legatus venerabili in Christo patri episcopo Traguriensi salutem in domino. Constitutus in nostra praesentia dilectus in Christo filius Thomas Jacobini clericus, officiator in vestra Traguriensi ecclesia, nobis humiliter supplicavit, ut cum eo super defectu natalium. quem patitur de soluto genitus et soluta, huiusmodi non obstante defectu possit ad omnes ordines promoveri, et ecclesiasticum beneficium obtinere, etiam si curam habeat animarum dispensare misericorditer dignaremur. Ad vos igitur remittentes eumdem paternitati vestrae, qua fungimur auctoritate praesentium committimus, quatenus

consideratis diligenter circumstantiis universis, quae circa ydoneitatem personae fuerint attendendae, si paternae non est incontinentiae imitator, sed bonae conversationis et vitae, super quibus tuam conscientiam oneramus aliasque sibi merita suffragantur, ad dispensationis gratiam obtinendam, secum super praemissis auctoritate nostra dispensatis, prout secundum deum animae tuae saluti videris expedire. Ita tamen, ut idem clericus, sicut requiret onus beneficii, quod eum post dispensationis huiusmodi obtinere contigerit, ad ordines faciat se statutis temporibus promoveri et personaliter resideat in eodem; alioquin huiusmodi gratia, quoad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti. Datum Spaleti, anno MCCCVIII.

Dispensatio auctoritate predictarum literarum per Liberium episcopum Traguriensem facta.

Liberius dei gratia episcopus Traguriensis dilecto in Christo sibi Thomasio Jacobini officiatori in nostra ecclesia Traguriensi, salutem in domino sempiternam. Illegitime genitos, quos vite decorat honestas, naturae vitium minime decolorat, quia decus virtutis geniture maculam astergit in filiis, et pudicitia morum pudor originis aboletur. Sane nobis per te litteris presentatis ex parte venerabilis patris domini G[entilis] etc. presentibus annotatis, de tua vita et honesta conversatione iuxta tenorem ipsarum litterarum inquisitionem fecimus diligenter, in qua te fore invenimus bone conversationis et vite et paternam continentiam non immitari, prout constat ex proborum et bonorum virorum testimonio, qui super predictis coram nobis perhibuerunt testimonium veritati. Cum itaque tibi predicta et alia tua merita suffragentur, auctoritate nobis in hac parte commissa super defectu natalium, quem pateris de soluto genitus et soluta, quod possis ad omnes ordines promoveri, et ecclesiasticum beneficium obtinere, etiam si curam animarum habeat, si ad illud canonice contigerit te vocari, tecum dispensamus, defectu huiusmodi non obstante. In cuius rei testimonium et tui cautelam presentes litteras in publicam formam redigi et nostri sigilli fecimus appensione muniri et litterarum dicti domini legati seriem predictarum presentibus annotari mandavimus per notarium infrascriptum. Quarum tenor talis est: *(Slijedi gornja isprava).*

Et ego . . . . . notarius.

Mon. Vaticana. Acta legationis cardinalis Gentilis. 12—13. — E codice Vaticano. — Fejér Codex dipl. Hung. VIII. 7. p. 52—53.

153.

1308, 30. maja. U Spljetu.

Nalog kardinala Gentila papinskog poslanika nadbiskupu kaločkom i njegovim sufraganima o reservaciji crkvenih beneficija.

Frater Gentilis etc. Venerabili in Christo patri [Vincentio] archiepiscopo Colocensi et eius suffraganeis, seu eorum vices gerentibus salutem et sinceram in domino caritatem. Etsi causarum varietas ex emergentium negotiorum perplexitate nobis materiam continue meditationis adducat, assidua tamen meditatione pensamus, qualiter in regno Ungarie, ac in Polonie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Lodomerie, Galatie(!), Cumanieque partibus illi conterminis, in quibus auctoritate apostolica plene legationis officium gerimus, degentes, clerus et populus, quorum nos specialiter cura solicitat, sic tranquillitatis decore prepolleant, ut sub nostri cura regiminis pacis opulentia gaudeant, ac in spiritualibus et temporalibus donis gratuitis, auctore domino, augeantur. Proponentes igitur de habundantia gratie nobis legationis auctoritate ab apostolica sede concesse, clericos et personas ecclesiasticas ipsorum regni et partium participes reddere, ac in ipsos, iuxta status cuiusque decentiam et meritorum exigentiam eorundem, grata liberalitate transfundere, ut quo magis a nobis se honorari perspexerint, eo amplius in dei et sancte Romane ecclesie devotione crescentes, circa statum Ungarie regni et partium predictorum pacificum solicitis promovendum studiis fortius animentur, in singulis ecclesiis cathedralibus et collegiatis regni et partium eorundem singulas dignitates, personatus, canonicatus, prebendas vel beneficia, cum cura vel sine cura, primo vacaturos vel vacatura, illis duntaxat dignitatibus capitulorum ecclesiarum exceptis, ad quas hii, qui preficiuntur eisdem maiores in earum capitulis post episcopos existentes, habent per viam electionis assumi; nec non singula beneficia ei ecclesias, cum cura vel sine cura, personatus et dignitates primo vacatura vel vacaturos, ad singulorum vel singularum personarum, conventuum, capitulorum vel collegiorum collationem vel quamvis dispositionem communiter vel divisim spectantia vel spectantes, quocunque locorum extra dictas cathedrales et collegiatas ecclesias in regno et partibus supradictis extiterint, exceptis ecclesiis collegiatis et aliis, quibus cura imminet animarum, quarum fructus, redditus et proventus decem marcharum argenti, secundum communem extimationem, valorem anuum non excedunt, conferendos et conferenda personis ydoneis, et precipue regni et

partium predictorum, ut ad divini cultum numinis et devotionem prefate sedis inducantur attentius, collationi ac provisioni nostre, auctoritate qua fungimur, felicis recordationis domini Benedicti pape XI., qui dum in minori officio constitutus, in prefatis regno et partibus legationis officio auctoritate simili fungeretur, similem reservationem fecisse dicitur in hac parte, vestigiis inherentes, tenore presentium reservamus. Cumque preterea de omnibus et singulis dignitatibus, personatibus et ecclesiis, cum cura vel sine cura, videlicet non collegiatis, canonicatibus et prebendis, sive in dictis cathedralibus et collegiatis, sive alibi ubicunque consistentibus, que infra terminos nostre legationis vacare noscuntur ad presens, ad cuiuscunque persone ecclesiastice, capituli, collegii vel conventus collationem vel quamvis dispositionem spectantibus, prefata consideratione moti, decrevimus ordinare. Idcirco vobis et vestrum cuilibet, et generaliter omnibus et singulis vestre iurisdictioni subiectis tenore presentium inhibemus, ne ad ipsorum vel alicuius eorum collationem provisionem vel quamvis dispositionem per vos vel ipsos, aut per aliquem seu aliquos vestrum vel ipsorum aliquatenus procedatur, nec de ipsorum collatione, provisione vel quavis ordinatione aliquid quomodolibet attemptetur. Decernentes ex nunc irritum et inane, si secus a quocunque contra huiusmodi reservationis et inhibitionis nostre tenorem contigerit attemptari. Ut autem huius nostre reservationis et inhibitionis forma in notitiam devenire valeat singulorum, nec possit aliqua circa predicta ignorantie causa pretendi, volumus ac vobis ac cuilibet vestrum presentium tenore mandamus, quatenus infra unius mensis spatium a receptione presentium computandum, clero vestrarum civitatum et diocesium ad hoc specialiter congregando, huiusmodi litteras nostras sollenniter publicetis; facientes fieri de publicatione huiusmodi publicum documentum mittendum nobis fideliter ad cautelam. In cuius rei testimonium et ad futuram memoriam presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Spaleti, III. kalendas iunii, pontificatus domini Clementis pape V. anno III.

Biblioteca Vaticana Cod. no. 4013. fol. 4—5. — Batthyány Leges ecclesiasticae. III. p. 48. — Monumenta Vaticana Hungariae. Ser. I. Tom. 2. p. 10—12.

154.

1308, 30. maja. U Visu.

Suci općine hvarske uredjuju razmirice izmedju samostana sv. Nikole i zemlje Visa glede daće.

In Christi nomine amen. Currente anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo octauo, indicione sexta, die penultimo mensis maii. Coram nobili viro domino Marino Bascio honorabili potestate Farre, et Bogdano Sclauogosti, Cuetico Canchri et Bogdano Desisclaui iudicibus comunis Farre et officialibus ipsius domini potestatis comparuit frater Stephanus abbas monasterii sancti Nicolay de Lixa Farrensis ac Spalatensis diocesis conquerendo, quod, cum per posticios constitutos per homines de Lixa ipsi et totus eius conuentus et monasterium indebite grauetur inponendo et exigendo ab ipso monasterio alias angarias inconuenientes et inuittas(!), quod prouidere et statuere sibi placeret cum dictis suis iudicibus, quod dictum monasterium per dictos posticios taliter non grauetur. Quo intellecto prenominatus dominus potestas habito consilio cum dictis suis iudicibus, et intelligendo, quod dicti posticii in dicta colecta multa indebita comittebant, ad euitandam omnem questionem, et ut dictum monasterium indebite non grauetur, de uoluntate dictorum suorum iudicum et cum beneplacito Tolisclaui quondam Petri iudicis Lixe et Drasote Grubanic gastaldionis Lixe ibidem presencium dixit et per sentenciam iudicauit, quod dictus abbas nomine dicti monasterii de cetero quolibet anno soluere debeat comunitati Lixe pro dicta posticia libras quinque denariorum paruorum, et quod de omnibus dampnis, que fierent per bestias ipsius monasterii ipsum monasterium soluere debeat secundum consuetudinem terre Lixe, et quod in omnibus dictis dampnis extimandis requiratur et esse debeat unus homo dicti monasterii ad extimandum ipsa dampna ipsius monasterii, et quod omnia dampna facta per bestias ipsius monasterii, que dicti posticii extimarent absque homine dicti monasterii nullius sint ualoris. Predicta uero omnia dictus dominus abbas de consensu et uoluntate sui capituli et infrascriptorum monachorum ipsius monasterii voluit, consensit et approbauit; monachi uero et fratres dicti monasterii predictis presentes et consencientes fuerunt: frater Radoanus prior ipsius monasterii, frater Prodanus et frater Belcanus. Actum in dicto monasterio presentibus testibus Paladino Chiffi, Jaxa Doymi, Michaele Dombiuetic, Radoano

Çubranic, Juliano de Regio domicello dicti domini potestatis, Cepregna Gui . . . .

(Drugi rukopis).

Ego Marinus Bascio po]testas Fare et Braçe me subscripsi.

(Sign. not.).

Ego Joannes Andriani de Mutina imperiali auctoritate notarius et nunc notarius dicti domini potestatis interfui et subscripsi de mandato ipsius domini potestatis et voluntate dictorum iudicum et meo signo solito et nomine roborаui.

Original u kaptol. arkivu biskupije u Hvaru.

155.

1308, 4. juna. U Tetenu.

Meštar Henrik sin Henrika bana prisiže vjernost kralju Karlu Robertu.

Magister Henricus filius Henrici bani ad perpetuam rei memoriam. Fidei virtus est, quae et regnantis imperium dirigit, et obedientiam nobilitat subditorum; ut tanto quisque reddatur clarior, quanto in ipsius obsequio fidei studuerit perseverantius exerceri. Hoc igitur bonum ex animo assequi cupientes, excellentissimo domino nostro Carolo illustri regi Ungariae, quod ad ipsius regni iura cum universitate eiusdem regni episcoporum, baronum atque nobilium in praesentia venerabilis patris domini Gentilis dei gratia ecclesiae sancti Martini in Montibus presbiteri cardinalis, apostolicae sedis legati, olim sponte suscepimus, fidelitatis exhibuerimus iuramentum, quod et deo auctore inviolabiliter observamus, ob solempnitatem votive coronationis praefati domini nostri regis idem fidelitatis eulogium devoto animo innovantes, quod nobis nostrisque haeredibus, itemque nobilibus quomodolibet sub nostro regimine constitutis, nec non pro magistro Nicolao filio magistri Gregorii nepote nostro, cunctisque ad ipsum pertinentibus, in dictam domini nostri coronationem figendam, authoritate praefati domini legati, dum corona, quam ipse novam benedici faciet, eo quod antiqua regni corona haberi non potest, locoque, si forte ratione praevia, propter viarum discrimina, vel aliam causam in Albam, ubi ex more huiusmodi coronatio fieri consuevit, accedere minime videretur, ac tempore, quibus ipse decreverit, alacri animo consentimus, etiamsi propter causas aliquas non adesse personaliter nos contingat; et eidem domino nostro regi promittimus, in om-

nibus secundum iura regni Ungariae fideliter obedire, vocati ad ipsum accedere, quo miserit pergere, ac ad edomandos rebelles pro nostrae facultatis modo ad ipsius imperium fideliter decertare; super quibus in manibus praefati domini legati in praesentia venerabilium patrum dominorum Thomae Strigoniensis et Vincentii Colocensis archiepiscoporum, fratris Augustini Zagrabiensis, Gregorii Bosnensis episcoporum, et Nicolai postulati ecclesiae Jaurinensis, itemque frequentiae multorum nobilium, quae tunc nobiscum aderat, tam pro nobis, nostrisque haeredibus ad nos pertinentibus, quam pro magistro Nicolao nepote nostro, ac ad ipsum spectantibus, sicut superius est expressum, iuramentum corporale praestamus, obligantes et sponte suscipientes, ut qui praedicta servare non curaverit, animo pertinaci reatum incurrat; etiam poenas omnes per praefatum dominum legatum contra rebelles huiusmodi promulgatas hactenus vel in posterum promulgandas, et eas etiam, quas infligere leges decreti pro laesae maiestatis crimine decreverunt. In quorum omnium perpetuam firmitatem praesentes litteras nostro sigillo voluimus insigniri. Actum in Teten Wesprimiensis diocesis, pridie nonas iuny, anno domini MCCCVIII.

Fejér Cod. dipl. VIII. 1, 310—312. — Fejér veli, da je listina iz c. kr. tajnoga arkiva u Beču. Mi je ondje iskasmo, ali ne nadjosmo.

156.

1308, 4. juna. U Trogiru.

Odgovor Trogirana Šibenčanima.

Ambassiatoribus Sibenzanis respondeatur, quod elligant duos sapientes de Jadera vel Spaleto et interim sequestrentur fructus. Ob adventum legati decem habeant omnimodam auctoritatem puniendi. Ob preceptum per banum factum villannis mittantur ad eum duo ambassiatores, significent rem esse insolitam, interim villanni non obediant. (Electi): Gausigna comitis Marini, Matheus Lucii.

Notae Joannis Lucii fol. 7. a. Starine XIII. 222.—223.

157.

1308, 11. juna. U Spljetu.

Kardinal Gentilis povjerava kanoniku Cumanu vizitaciju crkava spljetske biskupije.

Frater Gentilis discreto viro magistro canonico Cumano salutem in domino. Inter sollicitudines alias nobis ab apostolica sede commissas illa precipue insidet cordi nostro, ut circa singulas ecclesias et monasteria infra legationis nostre terminos constituta, sedule vigilantes, intuitu illorum profectibus intendamus, ut in eis videlicet divini cultus decor excrescat, debita religio vigeat et refloreat ecclesiastice pulchritudo. Sane pervenientes nuper duce deo Spaletum, ubi contraximus per aliquos dies moram intendentes ad civitatem Jadriensem in proximo proficisci. De statu igitur monasteriorum, monachorum civitatis et diocesis Spalatine, aliarumque civitatum et dioecesis de Spaleto usque Jadriam consistentium habere notitiam cupientes, ut si qua in eis reformatione indigent salubriter, auctore domino per nostrum ministerium reformentur; discretioni tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, presentium tenore, qua fungimur auctoritate committimus et mandamus, quatenus ad ipsa monasteria eorumque singula de quibus et quando expediri videris te personaliter conferens, per iuramentum et excommunicationis poenam compellas personas ipsorum super capitulis, que tibi in quadam cedula sub sigillo nostro tradidimus et super hiis etiam, que sciunt et credunt reformanda esse in dictis monasteriis tam in capite quam in membris, plenam ac meram dicere veritatem. Earum, quoque dicta facias redigi sollicite in scripturam, ut tam ex illis quam ex tua relatione fideli super predictis informationem plenariam habeamus. Datum Spaleti, III. idus iunii, anno domini MCCCVIII., pontificatus domini Clementis pape quinti anno tertio.

Mon. Vaticana. Acta legationis cardinalis Gentilis. p. 14. — E cod. Vaticano. no. 4013. — Batthyány Leges ecclesiast. III, 46. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 7, 53—54.

158.

1308, 12. juna. U Spljetu.

Kardinal Gentil na molbu Tome biskupa krčkog pripaja biskupiji krčkoj samostan sv. Marije u Košljunu.

Frater Gentilis etc. Venerabili in Christo patri domino fratri Thome episcopo Veglensi salutem et sinceram in domino caritatem. Ut universalis ecclesie pulchritudo membris effigiata distinctis, que non eundem actum habentia invicem sibi unanimi caritate ministrent, non solum conservetur integrius, verum etiam officiosius operetur, diversis insignitur titulis dignitatum, quibus viri digni decorati decenter, secundum differentes datas a domino gratias, in ea, qua vocantur, vocatione, digne studeant domino famulari, non solum ipsis sed aliis spiritualiter proficere satagendo. Verum, ne vilescat auctoritas dignitatum, expedit, ut cui datur officii dignitas, congrue substentationis beneficia tribuantur, cum sine re titulus potius sit oneri quam honori, nec membrum vigere, immo nec subsistere valeat, cui debitum subtrahitur nutrimentum. Supplicasti siquidem nobis, ut cum episcopalis mense tui episcopatus redditus et proventus adeo sint tenues et exiles, quod vix potes exinde vel exiliter substentari, providere tibi in hac parte de speciali gratia dignaremur. Sane monasterio sancte Marie de Castellione ordinis sancti Benedicti, tue diocesis, vigere solito hactenus observantia regulari, bonisque plurimis ad substentationem in illo Christo famulantium habundare, quod nunc propter defectum et ignaviam eorum, qui ei pro tempore prefuerunt, et monachorum immo apostatarum et fugitivorum, ad tempus morantium in eodem, a quibus etiam in illo veneratione condigna non colitur divine gloria maiestatis, sic in spiritualibus et temporalibus noscitur miserabiliter diminutum, quod nisi ei celeriter succuratur, antequam in residuum bonorum ipsius consumptiva scintillula debachetur, vix adicere poterit, ut resurgat, per liberam resignationem dilecti in Christo filii fratris Thome, qui gerebat se pro abbate dicti monasterii in manibus nostris sponte factam et a nobis receptam, vacante, nos volentes non tam tuis, quam successorum tuorum episcoporum Veglensium, qui pro tempore fuerint, nec non eiusdem monasterii commodis in hac parte utiliter providere, monasterium ipsum cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, possessionibus, bonis et pertinentiis suis, predicte mense episcopali Veglensi in perpetuum annectimus et unimus. Ita quod tu et

successores ipsi disponatis et ordinetis libere, eorumque fructus convertendos in utilitatem predicte mense, ac tui et tuorum accessorum substentationem et usum, sicut alia bona et fructus ad mensam ipsam spectantia cum integritate habere et percipere valeatis. Proviso, quod in eodem monasterio servitores ydonei deputentur, ac divinus cultus et animarum cura, si eidem monasterio imminet, in eo nullatenus negligantur. Quodque tu et successores predicti studeatis bona et iura prefati monasterii servare penitus illibata, ac deperdita et alienata illicite pro posse ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocare; monachos vero, si qui presentialiter in eodem monasterio commorantur, in aliis locis et monasteriis consimilis ordinis, tue et aliarum diocesium propinquarum, per te vel per alium seu alios, auctoritate nostra studeas collocare. Contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. In cuius rei testimonium et ad futuram memoriam presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Spaleti, II. idus iunii, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Batthyány Leges ecclesiasticae. III. 47. — Monum. Vaticana Hung. Ser. I. Tom. 2. 16—17. — E codice Vaticano no. 4013. fol. 3.—4.

159.

1308, 12. juna. U Spljetu.

Kardinal Gentil nalaže opatu samostana sv. Mihajla i arhidjakonu krčkom, da provedu pripojenje samostana sv. Marije u Košljunu biskupiji krčkoj.

Frater Gentilis etc. Dilectis in Christo filiis religioso viro fratri . . . abbati monasterii sancti Michaelis ordinis sancti Benedicti, et discreto viro . . archidiacono Veglensi salutem in domino. Ut universalis ecclesie pulchritudo membris effigiata [dis]tinctis etc. (usque »compescendo« verbis competenter mutatis sicut in epistola cardinalis Gentilis de a. 1308. 12. iunii in episcopum Thoman Veglensem.) Quocirca discretioni vestre, qua fungimur auctoritate presentium tenore committimus et mandamus, quod vos vel alter vestrum, per vos vel per alium seu alios, prefatum episcopum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem prefati monasterii, ac omnium iurium, iurisdictionum, possessionum, bonorum et pertinentiarum predictorum inducatis, prefata auctoritate, et defendatis inductum; facientes ipsum vel dictum procuratorem suum, eius et prefate mense nomine, ipsorum pacifica possessione gau-

dere. Contradictores per eandem censuram ecclesiasticam compescendo. In cuius rei testimonium et ad futuram memoriam fecimus presentes litteras sigilli nostri munimine roborari. Datum Spaleti, II. idus iunii, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Monum. Vaticana Hungariae. Ser. I. Tom. 2. 17.—18. — E codice Vaticano no. 4013. fol. 3.—4. — Batthyány Leges ecclesiasticae III. 47.

160.

1308, 14. junija — 23. augusta. U Spljetu, Trogiru, Skradinu i Senju.

Pravda izmedju kaptola i biskupa Trogirskoga za posjed Drid vodjena pred kardinalom Gentilom.

Spaleti anno 1308. die 14. mensis iunii constitutus coram suprascripto domino fratre Gentile cardinale apostolice sedis legato, venerabili in Christo patre domino L[iberio] episcopo Traguriensi pro se ipso et episcopatu eius ex parte una, ac dominis Lampredio primicerio procuratore et syndico [capituli] Traguriensis, et Casariza archidiacono nomine suo et procuratorio nomine Marini eius nepotis pro dicto capitulo et ecclesia Traguriensi ex parte altera. Eedem partes quia alte et basse ac communiter et concorditer in ipsum dominum legatum tamquam in arbitrum et arbitratorem compromiserant de questione, quam inter se habebant nomine ecclesie cum dicto episcopo super possessione predii Dryd, compromissum factum per eos in ipsum dominum legatum publicum, ut prima facie apparebat, scriptum et publicatum per me Phylippum Compagnoni de Cingulo publicum apostolica et imperiali auctoritate notarium, presentarunt ipsi domino legato, petentes dictam causam expediri. Produxit etiam idem primicerius quoddam instrumentum procurationis facte per nonnullos canonicos de dompno Johanne diacono canonico Traguriensi scriptum et publicatum manu Syrocti Petri publici imperiali auctoritate notarii, et quoddam aliud instrumentum substitutionis de ipso primicerio facte virtute supradicti alterius instrumenti procurationis, scriptum et publicatum per me Phylippum de Cingulo notarium supradictum sub supradicto millesimo [octauo] die 13. presentis mensis iunii. Dictus vero archidiaconus produxit instrumentum procurationis facte de eo per supradictum dompnum Marinum scriptum et publicatum per supradictum Syroctum die 11. predicti mensis iunii.

Quod quidem compromissum prefatus dominus legatus ad se recepit, et procurationes predictas, mandans ipsis partibus, ut studerent facere eorum allegationes, et eas dare sibi, seu eius auditori apud Tragurium. Actum Spaleti in palatio communis, presentibus venerabili fratre Thoma episcopo Vegliensi, Oliverio de Ancona potestate Tragurii, ac magnifico viro domino Georgio filio Pauli comite Dalmatie, testibus et aliis pluribus.

Item die 14. supradicti mensis iunii apud palatium communis Spaleti in camera ipsius domini legati, presentibus suprascriptis domino episcopo et primicerio et archidiacono, dominus frater Petrus archiepiscopus Spalatensis tamquam archiepiscopus et metropolitanus de Tragurio compromissum factum per ipsas partes in dominum legatum predictum alte et basse de questione predicta predii Dryd ratificavit, approbavit et quantum in se erat confirmavit. Actum Spaleti ut supra, presentibus domino Oliverio potestate Tragurii, Gregorio domini Luce, et Francisco Valentini de Tragurio, ac domino Boninsegna de Perusio camerario supradicti domini legati, testibus. Et ego Phylippus Compagnoni de Cingulo rogatus scribere, scripsi.

Insuper die lune 17. supradicti mensis iunii apud palatium communis Traguriensis, coram supradicto domino legato comparuerunt supradicti dominus episcopus ex parte una, et domini Lampredius et Casariza primicerius et archidiaconus, syndici et procuratores predicti ex parte altera[1], et petierunt in dicta causa compromissi procedi et eam expediri, et produxerunt dicte partes quoddam privilegium regale cum bulla aurea pendenti bullatum, factum et datum super concessione dicti predii Drid, et quoddam aliud privilegium sive litteras duobus sigillis pendentibus sigillatum scriptum per Gausignam primicerium Traguriensem. Et idem dominus legatus ad dandum eorum allegationes omnes quascumque voluerint dare verbo et scriptis, ad cras terminum peremptorie assignavit, committens idem dominus legatus in presentia supradictarum partium domino Phylippo de Sardinia auditori suo, ut dictas partes et causam audiret usque ad eius decisionem et faceret ea, que fuerint facienda ad indagandum melius veritatem in predictis.

Item die martis 18. supradicti mensis iunii apud maiorem ecclesiam Traguriensem, coram prefato domino Phylippo auditore pro tribunali sedente ad causas audiendas, comparuerunt supradicte partes; quibus idem dominus auditor ad producendum omnia eorum iura, privilegia et instrumenta, quibus uti intendebant super dicta causa, et ad dandum eorum allegationes ad cras peremptorie terminum assignavit. Et dictus dominus episcopus tunc quandam eius petitionem exhibuit in scriptis,

---

[1] Vidi listinu od 14. juna.

de qua eisdem syndicis et procuratoribus copia facta fuit. Cuius petitionis tenor talis est:

Coram vobis venerabilis pater, domine frater G[entilis], tituli sancti Martini in Montibus presbytero cardinale, apostolice sedis legato, compromissario et amicabili compositore super questione, que vertitur inter Liberium episcopum Traguriensem ex una parte, et capitulum dicte ecclesie ex altera super Drid, vestroque auditore et curia, dictus episcopus petit et supplicat, quod dignemini, deposito perpetuo silentio, dicto episcopo super fundo prefato pronunciare et laudare, dominum episcopum nomine suo et mense episcopalis Traguriensis non debere per dictum capitulum vel aliquam aliam personam, vel universitatem nunc, vel aliquo tempore molestari vel turbari in proprietate sive possessione fundi, vel alicuius partis eiusdem, sed debere gaudere pacifica et quieta possessione totius dicti fundi, ut aliorum bonorum ad dictam mensam spectantium, quod autem ita sit pronunciandum et laudandum de iure, patet pluribus iuribus, rationibus et inconvertibilibus argumentis, inter que, ne ipsorum pluralitate gravemini, salvis tamen aliis suo loco et tempore si expedierit proponendis, unum ad presens allegat dictus episcopus, legitimam scilicet prescriptionem illius partis dicti fundi, de qua sibi per dictum capitulum controversia mota est; dicit enim predictam fundi partem, de qua est questio, per predecessores suos et se nomine suo et mense prefate, eo modo et ordine esse prescriptam, quam prescriptionem iura permittunt; de qua prescriptione paratum se offert vobis eam fidem facere, que sufficiat ad victoriam sue cause, dato sibi per paternitatem vestram ad hec termino competenti.

Item allegat preterea dictus dominus episcopus, quod dum dictus fundus esset occupatus per quemdam nobilem, dominus Treguanus, tunc episcopus Traguriensis redimendo uessationem suam, dedit et solvit eidem nobili de bonis episcopi et mense libras 300 ad hoc, ut dictus nobili[s] ipsum fundum eidem episcopo restitueret, et ipsum ulterius non molestaret super ipso.

Die mercurii 19. suprascripti mensis iunii, coram prefato domino Phylippo auditore pro tribunali sedente in ecclesia Traguriensi, comparuerunt supradicte partes, utraque allegationes in scriptis dedit, dicentes, quod privilegia superius producta pro parte dictorum procuratorum et capituli iterato ipsi syndici producebant, dictus vero episcopus presriptionem allegavit, offerens se eam probare paratum infra terminum competentem, dicens etiam, quod privilegium sive instrumentum non erat autenticum, nec sibi preiudicabat, et produxit idem episcopus quoddam privilegium commune papale bullatum bulla papali Clementis IV. ad victoriam sue cause; quibus partibus satis hinc et inde verbo et in

scriptis allegantibus, statuit idem dominus auditor terminum peremptorie ad recipiendum copiam predictarum allegationum ad cras per totam diem, et ad dicendum super ipsis contra quicquid hinc inde aliud dicere voluerint verbo et in scriptis, ad diem veneris proxime nunc venturam terminum peremptorie assignavit.

Die veneris 21. supradicti mensis iunii comparuerunt eedem partes coram dicto domino Phylippo auditore, parati in dicta causa procedere, ac petentes dictum negotium expediri, dicentes unus contra alterum, quod obiecta per alteram partem non obstabant, et dictus dominus auditor dixit, quod volebat omnia producta et allegata videre et examinare et de ipsis dominum legatum informare, dictus vero dominus episcopus semper dictam prescriptionem allegando, petiit terminum competentem ad probandum eamdem; pars vero dicti capituli contra dictum episcopum obiiciendo proposuit et dixit, quod ipse episcopus non poterat prescribere ius ecclesie, et quod talis etiam prescriptio interrupta uerat, offerens se illud, si necesse fuerit, legitime probare.

Die 26. mensis iunii predictis apud Scardonam comparentibus coram supradicto domino legato et domino Phylippo eius auditore eisdem partibus,[1] dominus episcopus petivit sibi competentem terminum exhiberi ad probandum prescriptionem allegatam per eum, procuratores vero dicti capituli allegantes contrarium proposuerunt et dixerunt, quod dictus episcopus ad dictam prescriptionem allegatam probandam audiendus seu admittendus non erat, cum si eam probare posset, quod negarunt, ipsum non relevaret, cum non posset bona ecclesie ipso episcopo existente, pro se et in eius utilitatem prescribere; et si prescripsisset, pro eadem ecclesia et eius fabrica prescripsit. Sed si admittendus esset, vel admitteretur per ipsum dominum legatum, dixerunt ipsam prescriptionem interrumptam fuisse, et illam offerebant se paratos probare; dictus vero dominus legatus non preiudicando iuri dictarum partium, statuit terminum unius mensis dictis partibus et ipsarum cuilibet ad probandum prescriptionem et interrumptionem predictas; et de predictarum partium voluntate, examinationem testium faciendam in predictis, commisit idem dominus legatus religiosis viris fratri . . . priori loci fratrum Predicatorum de Spaleto, ac fratri Duymo de Spaleto ordinis Minorum secundum formam litterarum ipsius domini legati, quas eisdem fratribus super dicta receptione testium concessit.

(Representatio actorum.)

Item die dominico XXVIII. mensis iulii, quidam clericus, nuncius prioris Predicatorum et fratris Duymi de ordine Minorum, iudicum super

[1] Ovako Farlat a Mon. Vatic. imaju »dictae partes« (!).

examinatione testium in supradicta causa recipiendorum, quasdam scripturas et dicta testium sigillatas sigillis supradictorum fratrum examinatorum, in presentia episcopi Traguriensis et procuratorum capituli representavit, una cum litteris ipsius prioris et fratris Duymi, que omnia aperienda et discutienda et aliter prosequenda idem dominus legatus tradidit et commisit domino Phylippo de Sardinia auditori suo ibidem presenti, usque ad dicte cause decisionem.

(Citatio ad sententiam audiendam.)

Die veneris 23. mensis augusti ante missam apud civitatem Segniensem, supradictus dominus legatus commisit et mandavit domino Gratiolo de Luca nuncio et cursori suo ibidem presenti, quod statim ret et citaret Vagnolum de Mevania[1] procuratorem episcopi Traguriensis, ac dominum Casarizam archidiaconum et Lampredium primicerium procuratorem ecclesie Traguriensis, ut ipso die et mane statim post missam coram eo legitime et peremptorie comparerent audituri sententiam et laudum seu arbitrium, quam et quod idem dominus legatus super et (de) causa, que inter ipsos vertebatur super predio Drid, alioquin ipsa sententia, laudum, sive arbitrium feretur eorum absentia non obstante. Qui cursor iens et rediens statim retulit dicto domino legato et mihi Phylippo de Cingulo notario suo et dicte cause, se citasse predictos omnes personaliter inventos secundum formam dicte commissionis sibi facte.

(Promulgatio sententie.)

Eodem die post missam in publica sala et publice, presentibus supradictis procuratoribus, prefatus dominus legatus pro tribunali sedens in scriptis super dicta causa sententiam seu laudum tulit, adiudicando dicte ecclesie quartam partem dicti predii pro fabrica ipsius ecclesie, et dicti procuratores huiusmodi sententiam et laudum ratificaverunt et approbaverunt, presentibus dominis fratre T[homa] Vegliensi, fratre Nicolao Segniensi episcopis, ac dominus Phylippo de Sardinia, Vanne de Aretio auditoribus, et Bonisegna de Perusio camerario, et magistro Albertino de Parma notario et capellanis suis testibus.

Ego Phylippus de Cingulo notarius rogatus scripsi.

Et sententia in alio libro testium apparet scripta et notata.

Biblioteka Vatikanska. Cod. no. 3935. fol. 1—4. — Monumenta Vaticana. Hung. Ser. I. T. II. 18.—23. — Farlati Illyr. sacr. IV. 363.—365.

---

[1] Danas Bevagna u Italiji.

161.

1308, 17. juna — 23. augusta. U Trogiru, Skradinu, na livadi Meger, u Zadru i Senju.

Poslanstvo kardinala Gentila u Trogiru, Skradinu, Zadru i Senju.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo CCCVIII., indictione VI., pontificatus domini Clementis pape V., die lune, XVII. mensis iunii, actum Tragurii, presentibus venerabilibus in Christo patribus dominis fratre Thoma Veglensi, Liberio Traguriensi episcopis et aliis pluribus testibus in palatio communis Traguriensis. Constitutis seu accedentibus coram reverendo in Christo patre et domino, domino fratre Gentile dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbytero cardinale, apostolice sedis legato, providis et discretis viris dominis Lampredio primicerio Traguriensi et electo Farensi ex parte una, ac Laurentio canonico Spalatensi, dicente sibi fore per dominum archiepiscopum de ecelesia Farensi iuste provisum, ex parte [altera], ipsi communiter et concorditer dederunt et presentaverunt quoddam instrumentum compromissi, facti per eos communiter et concorditer super lite et questione, que vertitur et verti posset inter eos occasione dicte ecclesie Farensis, in ipsum dominum legatum, tamquam in arbitrum et arbitratorem, ut de ipsa lite et questione, summarie visis iuribus utriusque partis, iustitiam faciendo, quod iuris fuerit, breviter decernat, prout in instrumento ipsius compromissi, scripto per me Phylippum Compagnoni de Cingulo, publicum apostolica et imperiali auctoritate notarium, plenius continetur. Supplicantes, ut dictam causam cito et uelociter terminaret.

(Commissio domini Johannis.)

Et idem dominus legatus dictam causam audiendam summarie et examinandam, ac terminos et dilationes eisdem partibus prefigendos, et alia, que facienda fuerint, usque ad prolationem sententie commisit domino Vanni de Aretio capellano et auditori suo ibidem presenti.

Eodem die, XVII. mensis iunii, in palatio Traguriensi, constitutis coram prefato domino Vanne auditore supradictis dominis, Laurentio et Lampredio, prefatus dominus Vannes auditor eisdem partibus et ipsarum cuilibet, presentibus, volentibus, petentibus et infrascripta expresse acceptantibus, statuit terminum peremptorie decem dierum tunc proxime futurorum, ad dandum, exhibendum, producendum omnem eorum petitionem, et omnia eorum et cuiuslibet eorum iura, instrumenta, acta,

scripta et monumenta, que vel quas, dare exhibere et producere, seu quibus uti intendunt in dicta causa, pro omnibus eorum iuribus demonstrandis et probandis.

Mandans nichilominus ipsis et cuilibet eorum, quod continue per se vel eorum procuratorem curiam domini legati sequerentur, audituri sententiam ipsius domini legati super dicto negotio, alias in dicto negotio, prout iustum fuerit, procedetur et sententia feretur, eorum absentia non obstante.

(Instrumenta.)

Die XX. supradicti mensis iunii, in civitate Traguriensi, veniens supradictus dominus Lampredius electus Farensis coram venerabili viro domino Vanne auditore predicto pro tribunali sedente, altera parte absente, super dicta causa et questione ad docendum de ipsius iuribus produxit et exhibuit in scriptis plura et varia instrumenta ac scripturas publicas; et primo quedam instrumenta publica, numero XVII. scripta et composita sub anno domini millesimo CCCIIII., indictione secunda, quorum primum erat factum die XIII. mensis octobris, aliud in eadem pecia die XV. dicti mensis, et erant instrumenta citationum factarum de canonicis Farensibus, convocatis ad electionem, scripta per manus Jacobi de Pisis filii olim domini Martini (?) iudicis, imperiali auctoritate et reverendi patris domini fratris Petri archiepiscopi Spalatensis ac capituli Farensis iurati notarii. Aliud vero erat decretum electionis facte de domino Lampredio, scriptum per eundem notarium die XVIII. predicti mensis octobris, et sigillatum tribus sigillis pendentibus. Aliud instrumentum, scilicet IIII-tum, erat decretum secundum, sive electio facta de dicto domino Lampredio, scriptum per Smeriolum de Gacto sacri palatii notarium, die IIII. exeunte octobre. Quintum erat quedam procuratio facta per capitulum Farense de Suriano, scriptum per dictum Jacobum de Pisis, die VI. intrante mense novembris. Sextum erat instrumentum presentationis facte electo, die VII. intrante novembri, et VII-mum erat instrumentum, quomodo dictus Lampredius nec acceptabat, nec repudiabat electionem sibi presentatam, scripta per supradictum Jacobum de Pisis, die predicta VII. intrante novembri. VIII-vum erat licentia episcopi Traguriensis, data electo, factum X. dicti mensis, et VIIII-num erat consensus dicti Lampredii electi, factum die XI. dicti mensis, scripta per dictum Jacobum de Pisis notarium. X-mum et XI-mum instrumenta sunt sub die XII. intrante novembri, de presentatione et petitionibus factis archiepiscopo Spalatensi per dictum electum et capitulum, scripta per supradictum Jacobum de Pisis. XII-mum et XIII-um instrumenta sunt alie iterate presentationes et petitiones, facte dicto

archiepiscopo per predictos electum et capitulum die XXII. dicti mensis novembris, scripta per predictum Jacobum notarium. XIIII-tum instrumentum erat petitio et protestatio Lampredii, facta archiepiscopo, quod non procederet ad aliquem processum, nec reciperet aliquos testes, nisi iurarent in ipsius Lampredii presentia, die XXI. decembris, scriptum per dictum Jacobum notarium. XV-tum instrumentum protestationis de sigillo capituli, et appositiones aliorum sigillorum in primo decreto, scriptum per predictum Jacobum die VI. intrante novembri. XVI-um instrumentum alterius protestationis facte pro sigillo capituli Farensis, scriptum per dictum Jacobum notarium die VII. dicti mensis novembris. XVII-um instrumentem procurationis facte per dominum Lampredium electum de Matheo domini Luce et Sirocto ac per Surianum canonicum, nomine capituli Farensis, ad comparendum coram archiepiscopo Spalatensi et petendum munus confirmationis dicti Lampredii, scriptum per supradictum Jacobum de Pisis notarium die secundo intrante decembri.

Item dictus Lampredius predicto XX. die mensis iunii coram supradicto domino Vanne in eodem actu produxit et exhibuit sexdecim in numero alia publica instrumenta, scripta et facta sub anno domini millesimo CCCV. indictione tertia, diebus et mensibus infrascriptis, et per infrascriptos notarios; quorum instrumentorum primum erat procuratio Duymi Paruossclavi, scriptum per supradictum Jacobum de Pisis notarium die IIII. mensis ianuarii. Secundum instrumentum erat petitio confirmationis post alias petitiones, quia archiepiscopus differebat confirmare, facta per procuratores dicti Lampredii, scripta per dictum Jacobum notarium die III. februarii. Tertium instrumentum erat alia petitio confirmationis, facta per Syroctum procuratorem Lampredii, scripta per dictum Jacobum notarium die XVIIII. mensis martii. Quartum instrumentum protestationis, facte per Franciscum procuratorem Lampredii contra dominum archiepiscopum, scripta per eundem notarium die XXI. dicti mensis martii. Quintum est petitio alia facta domino archiepiscopo per dictum Franciscum procuratorem die XXII. dicti mensis martii, scriptum per Vanninum Archangeli notarium. Sextum est protestatio et appellatio interposita per capitulum Farense, ab eo, quod archiepiscopus confirmationem Lampredii non prebebat petitam, scriptum per supradictum Jacobum de Pisis notarium die XXIII. predicti mensis martii. Septimum instrumentum appellationis facte a gravaminibus illatis per archiepiscopum Lampredio, scriptum per dictum Jacobum notarium die predicta XXIII. martii. Octavum instrumentum appellationis a quadam sententia lata per archiepiscopum contra Lampredium, scriptum per dictum Jacobum notarium XXIIII. predicti mensis martii. Nonum instrumentum est quedam protestatio contra sententiam, latam per archi-

episcopum contra dictum Lampredium, scriptum per dictum Jacobum notarium die predicta XXIIII. dicti mensis martii. Decimum instrumentum est petitio apostolorum, facta per Lampredium dicto archiepiscopo, die XXV. predicti mensis martii scriptum per dictum Jacobum notarium. Undecimum instrumentum protestationis facte, quia archiepiscopus uoluit dare copiam actorum suorum Lampredio electo, scriptum per dictum Jacobum notarium die XI. mensis aprilis. Duodecimum instrumentum erat petitio copie actorum archiepiscopi, facta per Duymum procuratorem Lampredii, scriptum per Vanninum Archangeli notarium die XXI. predicti mensis aprilis. XIII-um instrumentum est procuratio Johannis Cavalli, ad presentandum se nomine capituli in curia Romana, scriptum per supradictum Jacobum de Pisis notarium die decimo mensis augusti. Quartodecimum instrumentum est quedam comparitio et protestatio, facta per Lampredium et procuratorem capituli in curia Romana, scriptum per Phylippum Compagnoni de Cingulo notarium die ultimo mensis augusti. Quintodecimum instrumentum alia presentatio et protestatio facta in curia Romana per dictos Lampredium electum et Johannem Cavallum procuratorem capituli Farensis, scriptum per predictum Phylippum de Cingulo notarium die primo mensis septembris. Item sextodecimum, licet prius scribi debuisse, est instrumentum protestationis facte per Matheum de Sire procuratorem Lampredii, et requisitionis facte per Covercum archipresbyterum et dompnum Surianum canonicum Farensem, Micam, Stephanum et Petrum canonicos ipsius ecclesie, quod ipsi mittere deberent cum dicto electo ad curiam Romanam, scriptum per Siyeriolum de Gato notarium, et subscriptum per Phylippum Donuli potestatis Farensis et Vracensis (!) die secundo mensis iulii. Item eodem die XX. mensis iunii in eodem supradicto actu supradictus dominus Lampredius produxit et exhibuit quatuor alia publica instrumenta, scripta et publicata sub anno domini millesimo CCCVI. indictione quarta. Quorum quatuor instrumentorum primum erat instrumentum protestationis, facte per dictum electum apud castrum sancti Syri Lugdunensis diocesis, ubi dominus papa tunc morabatur, scriptum per Thomam Justini Leutherii de civitate Theatensi[1] publicum imperiali auctoritate notarium die XXVIII. mensis februarii eiusdem anni. Aliud vero secundum instrumentum erat quedam alia protestatio, facta Burdegalis[2] per dictum Lampredium apud locum Predicatorum, ubi dominus papa tunc morabatur, pro iudice et auditore habendo, scriptum per Johannem Mathei de Viliano Aquilensi imperiali auctoritate iudicem ordinarium et notarium publicum die XI. mensis

[1] Danas Chieti.

[2] Bordeaux.

maii. Tertium vero instrumentum erat quedam protestatio, facta per Matheum domini Luce et Syroctum procuratores Lampredii apud Farensem et Vracensem(!) locum, de quodam sigillo Farensi, invento in quodam marsubio[1] cum V. solidis venetorum paruorum, ante dominum Phylippum et eius iudices. Quartum etiam instrumentum erat, quomodo dictus dominus Phylippus potestas Farensis et Vracensis, cum toto consilio dictorum, leto dixerunt, quod malum erat, quod dictum sigillum Farense inventum sic male portabatur et servabatur. Que duo ultima instrumenta, scilicet tertium et quartum, scripta erant uno et eodem die scilicet die XVI. mensis decembris, et publicata per Marcum filium condam Henrici de Camurada imperiali auctoritate notarium.

Item in eodem actu produxit sex publica instrumenta, scripta et facta sub anno domini millesimo CCCVII., indictione V., diebus et mensibus infrascriptis. Et primum de dictis VI instrumentis est instrumentum protestationis, facte per Duymum procuratorem Lampredii et Danielem eius fratrem ante altare maioris ecclesie Spalatensis, de sigillo Farensi invento in quodam marsubio[1] scriptum per Syroctum Petri de Ancona notarium die VIII. ianuarii. Secundum vero instrumentum est appellatio facta per dictum Duymum procuratorem et Danielem fratrem Lampredii, Spaleti ante ostium archiepiscopi de intrusione, facta in dicta Farensi ecclesia, de Laurentio vicario dicti archiepiscopi. Tertium instrumentum erat alia appellatio, facta per dictos Duymum et Danielem nomine Lampredii, coram domino archiepiscopo Spalatensi, de intrusione supradicti domini Laurentii, facta in ecclesia predicta Farensi. Que duo instrumenta appellationum scripta erant per supradictum Syroctum Petri notarium sub uno et eodem die, scilicet die VIIII. supradicti mensis ianuarii. Quartum autem instrumentum est appellatio, facta per ipsum Lampredium Pictavis in Romana curia, de intrusione dicti Lampredii,[2] scriptum per Dominicum condam Jacobi de Affricello imperiali auctoritate notarium die XXI. mensis aprilis. Quintum vero instrumentum est protestatio, facta coram domino fratre Gentile cardinale, auditore dato Lampredio super dicta causa per dominum papam apud Pictavis, de recessu, quem idem Lampredius volebat facere de curia ad partes eius, quia omnia expendiderat, scriptum per supradictum Dominicum condam Jacobi notarium die XX. mensis augusti. Sextum vero instrumentum est quedam protestatio, facta per Matheum Lutii[3] et Syroctum Petri, procuratores supradicti Lampredii, facta coram iudicibus et consilio Spalatensi, de inventione sigilli Farensis cum quadam carta, scriptum per

[1] Jamačno pogrešno mjesto: »marsupium«.
[2] Za pravo »Laurentii.«
[3] Jamačno »Lucii.«

Vannutium Archangeli notarium die XXVIII. mensis decembris supradicti, anni domini millesimi CCCVIII., indictione V. Item ultimo sub eodem actu et contextu produxit quoddam aliud instrumentum notificationis appellationis, facte per Lampredium domino archiepiscopo, de provisione facta de ecclesia Farensi domino Laurentio, scriptum per Andream Petri de Ancona auctoritate imperiali notarium sub anno domini millesimo CCCVIII., indictione sexta, die XXIII. mensis ianuarii.

(Alia productio Lampredii.)

Die XXVI. supradicti mensis iunii supradictus dominus Lampredius volens termino dato sibi et alteri parti ad producendum omnia eorum iura et instrumenta, satisfacere ad plenum, apud Scardonam, coram supradicto domino Johanne auditore, altera parte absente, quia terminus lababatur[1] predictus, iterato produxit ad probationem iuris sui omnia et singula supradicta instrumenta, que alias produxerat, petens causam suam et pro se, tanquam homo credens ius habere in ea, expediri.

(Productio iurium domini Laurentii.)

Die Jovis, XXVII. supradicti mensis iunii, actum apud pratum Meger prope Oscrinzium, ubi dominus legatus tunc ipso die hospitatus fuit, coram supradicto domino Johanne de Aretio et auditore comparuit dominus Laurentius canonicus Spalatensis, asserens sibi provisum ecclesie de ecclesia Farensi et in ea ius habere, absente altera parte, scilicet domino Lampredio, et ad probandum de iure suo produxit et exhibuit quasdam patentes litteras. Unam sigillo oblongo pendenti cum filo carte de cera viridi, infissa in cera communi, cuius principium tale erat: Frater Petrus etc. et finit sic: Datum die V. exeunte februario, anno domini MCCCVII., indictione V., presentibus etc. . . . canonico Spalatensi et aliis pluribus. *(Gl. listinu od 24. februara 1307.)*

Secunda vero littera sigillata erat uno et eodem sigillo, quo et prima superius denotata, a tergo ipsius littere, cum sigillatura plana, de cera viridi, que sic incipiebat: Frater Petrus dei et apostolica gratia archiepiscopus Spalatensis dilecto in Christo filio magistro Laurentio ecclesie sue canonico, domine M[arie] illustris regine Sicilie capellano, cum paterna benedictione et presentis vite comoda et eterne. Cum Farensis ecclesia de nostra providentia per mortem sui episcopi, cura destituta pastoris, per laicorum etc. et finit sic: Actum anno domini millesimo CCCVII., indictione V., die septimo exeunte februario.[2]

Item idem dominus Laurentius dedit et presentavit prefato domino Vanni auditori quasdam litteras clausas, sigillatas et firmatas sigillo ipsius

[1] Jamačno labebatur.
[2] 1307. 22. febr.

domini archiepiscopi, que dirigebantur supradicto domino fratri Gentili cardinali, apostolice sedis legato, quas litteras idem dominus Vannes aperuit et desigillavit, que sic incipiebant:

Hec sunt rationes, propter quas dominus archiepiscopus Spalatensis et electiones Lampredii, si electiones dici possunt et exinde sequentem appellationem suam frivolas et inanes reputavit et ipsi electioni non detulit, prima ratio est etc. et finit sic: Ex quibus rationibus superius positis summarie potest colligi, quod ex causis etc. Et requisitus post reditum per archiepiscopum coram pluribus nihil exhibuit.

Item die sabbati, XXVIIII. mensis iunii predicti, venit magister Guillelmus de Sancto Gineto capellanus et familiaris supradicti domini legati coram prefato domino Vanne auditore, extra iudicium tamen, et dixit, quod ipse factus erat procurator per dominum Laurentium in dicta causa et ad sententiam audiendam, de cuius instrumento procurationis ego Phylippus Compagnoni de Cingulo rogatus fueram, et illud instrumentum ex tunc producebat, cuius tenor talis est:

(Procuratio magistri Guillelmi pro domino Laurentio.)

In dei nomine amen. Anno domini millesimo CCCVIII., indictione VI., tempore domini Clementis pape V., die sabbati, XXVIIII. mensis iunii, actum apud ecclesiam de Vrana, Scardonensis diocesis, presentibus venerabili patre domino fratre Nicolao episcopo Seniensi, domino Matheo de Aurana canonico Scardonensi, et magistro Angelo Theobaldi de Sancta Victoria testibus, et aliis pluribus ad hec specialiter vocatis et rogatis. Venerabilis et discretus vir, dominus Laurentius canonicus Spalatensis, cui, ut asserebat, provisum fuerat de ecclesia Farensi per venerabilem patrem dominum fratrem Petrum archiepiscopum Spalatensem, in causa, quam habet coram reverendo patre et domino domino fratre G[entile] dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbytero cardinale, apostolice sedis legato, arbitro et arbitratore electo et assumpto per ipsum dominum Laurentium, ex parte una, et dominum Lampredium primicerium Traguriensem, dicentem se electum dicte ecclesie Farensi, super iure dicte ecclesie, ex parte altera, fecit, constituit et legitime ordinavit suum verum et legitimum procuratorem, actorem et nuncium specialem magistrum Guillelmum de Sancto Gineto, clericum et capellanum supradicti domini legati, presentem ibidem et mandatum in se suscipientem, ad procedendum ulterius in dicta causa compromissi, et ad allegandum, probandum et reprobandum, excipiendum et replicandum, sententiam, laudum seu arbitrium et diffinitionem ferendam seu promulgandam per ipsum dominum legatum, arbitrum et arbitratorem super dicta causa de iure, audiendam, ratificandam et approbandam,

appellandam, appellationem prosequendam et generaliter ad omnia alia et singula facienda, dicenda, gerenda et exercenda in predictis et quolibet predictorum, que necessaria et utilia fuerint, et que ipsemet facere et exercere posset, si personaliter interesset, promittens, ratum et gratum ac firmum perpetuo habere et tenere totum, quicquid per dictum eius procuratorem factum et gestum fuerit in predictis et quolibet predictorum, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum; et volens ipsum suum procuratorem, si necesse fuerit, ab omni satisdationis onere relevare, promisit michi notario infrascripto, stipulanti etiam recipienti, vice et nomine omnium, quorum interest vel intererit, de iudicio sisti et iudicato solvendo, fideiubendo pro ipso in omnem casum et eventum.

Ego Phylippus Compagnoni de Cingulo, Auximane diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus, ut supra legitur, presens interfui, et rogatus scribere, ea scripsi et publicavi, meoque signo signavi.

(Electio facta per Lampredium de duabus electionibus in secundam.)

Item supradictis anno, indictione, die vero XXVIIII. mensis iulii, constitutus coram supradicto domino Vanne auditore in palatio capituli maioris ecclesie Jadrensis, dominus Lampredius electus Farensis, altera parte absente, et interrogatus per ipsum dominum Vannem auditorem, quam de suis electionibus de se factis ad dictam ecclesiam Farensem, eligere volebat, cum liceret sibi nec alteri duabus electionibus super uno et eodem negotio uti, scilicet primam vel secundam. Dictus vero dominus Lampredius in iudicio respondit, quod si de iure esset et fieri posset ambabus uti, utraque vellet se iuvare; sed si de iure esse non posset, eligebat et elegit sibi secundam electionem, dicens, quod si per primam poterit in aliquo relevari, et sibi in aliquo posset prodesse, ius illud sibi protestatus fuit salvum fore.

Die Veneris, XXIII. mensis augusti, ante missam, dominus legatus supradictus commisit et mandavit Gratiolo cursori et nuncio suo iurato, ut statim iret et citaret dominum Lampredium canonicum Traguriensem, ac magistrum Guillelmum de Sancto Gineto procuratorem magistri Laurentii canonici Spalatensis, ut ipso die post missam celebratam peremptorie apud Seniam coram eo comparerent, audituri sententiam et laudum, que ipse dominus legatus super questione vertenti inter eos, super ecclesia Farensi ferre intendebat. Qui cursor statim iens et rediens, retulit eidem domino legato et michi Philippo de Cingulo notario

suo, se predictos Lampredium et magistrum Guillelmum personaliter inventos citasse, secundum formam supradicte commissionis sibi facte.

Eodem die, post missam, presentibus dictis Lampredio et magistro Guillelmo apud Seniam, dominus legatus pro tribunali sedens, sententiando, laudando et diffiniendo super causa Farensi, electionem factam de domino Lampredio, ac provisionem factam domino Laurentio de ecclesia Farensi, tanquam nullas et ius non continentes, cassavit et irritavit, ac pronunciavit provisionem ipsius ecclesie ad ipsum dominum legatum et ecclesiam Romanam pertinere de iure etc. presentibus etc.

Monnum. Vaticana Hung. Series I. Tom. 2. 24.—33. e codice Bibl. Vaticano. no. 3935. fol. 5. 11.

162.

1308, 20. juna. U Trogiru.

Legat papinski kardinal Gentilis potvrdjuje testamentarnu odluku spljetskoga gradjanina Josipa Petrova za osnutak samostana sv. Klare.

Frater Gentilis miseratione divina tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis apostolicae sedis legatus, dilecto in Christo filio nobili viro Petro de Camursio executori testamenti quondam Joseph Petri civis Spalatensis salutem in domino. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod quondam Joseph Petri civis Spalatensis necessitate sibi solvendi universae carnis debitum imminente, testamentum condidit, te ipsius testamenti executore dimisso, in quo quidem testamento dictus Joseph pia voluntate ductus cupiens terrena pro coelestibus et caduca pro aeternis felici commercio commutare, voluit et mandavit inter alia, quod de bonis suis tria millia librarum venetorum parvorum expenderentur in fabricando quodam monasterio infra Spaleti moenia, in quo instituerentur duodecim moniales ordinis sanctae Clarae, sub ipsius sanctae regula perpetuis temporibus virtutum domino serviturae; quodque solutis legatis, aliis secundum suam ultimam voluntatem, si quid residui foret, distribueretur inter pauperes Christi, quos in eodem residuo suos haeredes instituit, inter quos pauperes potiores et maiores ac meliores conditionis circa receptionem eleemosynae dicti residui esse voluit fratres ordinis Minorum Spalatensium, apud quorum locum seu ecclesiam elegerat sepulturam. Licet autem per tuae sollicitudinis studium in opere

dicti monasterii per dei gratiam laudabiliter sit processum, expensis iam in eodem opere dictis tribus millibus libris iuxta dicti beneplacitum testatoris, non tamen adhuc ita perfectum est et paratum, quantum ad officinas et alia necessaria ad clausuram, ut moniales praedictae inibi recludi valeant et commode commorari. Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere super hoc, ne dictum testatorem sua ultima voluntate quantum ad perfectionem dicti monasterii fraudari contingat, et labor circa illud adhibitus in cassum cedat, ac expensae depereant, misericorditer dignaremur. Nos itaque de tuae nobilitatis discretione, quam in exequendis praedictis opportunae diligentiae invenimus praebuisse studium, gerentes fiduciam specialem, praesentium tibi tenore, quod fungimur auctoritate, licentiam elargimur, ut cum consilio et assensu dilectorum in Christo filiorum . . . . . guardiani et . . . . . lectoris conventus dictorum fratrum Minorum, seu alterius eorumdem, de dicto residuo ponas et expendas in perfectionem dicti monasterii usque ad summam quatuor millium librarum et plus, prout tuae, ac ipsorum discretionis arbitrio videbitur expedire; reliquo sive residuo dicti legati iuxta saepedicti testatoris mandatum in usus dictorum pauperum fideliter erogando; praesertim cum hoc, sicut a fidedignis accepimus, qui de auditu testimonium veritati perhibent, eiusdem testatoris voluntatis extiterit, et post conditum testamentum verbo mandaverit, licet redactum non fuerit in scripturam. Et quoniam alacriter insistendum est inchoatis, cum vicinitas perfectionis arriserit, sic ad complementum dicti monasterii continuato diligentiae studio interponas sollicite partes tuas, illudque vigilantiae studium operosus expendas, quod apud retributorem bonorum omnium, qui nullum opus pium et sanctum irremuneratum praeterit, aeternae salutis praemium et apud mortales dignae laudis praeconium consequi merearis; nosque diligentiam tuam dignis possimus in domino laudibus commendare. In cuius rei testimonium praesentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Tragurii, XII. kalendas iulii, anno domini millesimo trecentesimo octavo, pontificatus domini Clementis papae V. anno tertio.

Farlati Ill. sacr. III. 300. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. T. II. 34.—35.

163.

1308, 24. juna. U Budimu.

Biskupi ugarski i hrvatski mole papu Klimenta V. neka pomogne biskupu zagrebačkomu, da mu se povrati nepravedno oduzeti Medvedgrad.

Sanctissimo patri ac domino suo, domino Clementi dei gratia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici, Thomas Strigoniensis, Petrus Spalatensis, Vincentius Colocensis ecclesiarum archiepiscopi, Benedictus Vesprimiensis, Haac Vaciensis, Emericus Varadiensis, Joannes Nitriensis, Ladislaus sancti Irenei, Petrus Quinqueecclesiensis, Martinus Agriensis, Benedictus Chanadiensis et frater Gregorius Boznensis ecclesiarum episcopi cum omni obedientia pedum oscula beatorum. Detrimentum unius ecclesiae, velut eiusdem membro capitis, proprium singuli incommodum reputantes, suggerente charitatis affectu, vestrae beatudini scribimus, quod castrum vocatum Medved per Philippum quondam Zagrabiensem episcopum de rebus ecclesiae, et pro ecclesia constructum, de regis Belae beneplacito et assensu, Zagrabiensis episcopi et ecclesiae fore dignoscitur pleno iure. Quod a quibusdam temporibus per manum laicalem transiens, tandem ad Marcum sacerdotem de Venetiis eiusdem Zagrabiensis ecclesiae canonicum extitit devolutum. Dictus vero Marcus dei timore postposito, victus cupiditate, idem castrum accepta pecunia potestati tradidit saeculari, in eiusdem ecclesiae magnum praeiudicium et gravamen. Cum igitur his in partibus ea, quae diximus, tam manifesta veritate pateant, ut eis contradici non possit oppressa per hoc ingenti servitute ecclesia, quae cunctis invigilat, vestra dignetur pietas providere. Datum Budae, VIII. kalendas iulii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno IV.

Koller Hist. episcop. Quinqueeccl. II. 245.—248.

164.

1308, 24. juna. U Trogiru.

Poslanstvo Trogirana banu.

Recedenti legato dentur CC libre parvorum et dominus potestas cum quatuor consiliariis vadat secum usque ad Scardonam ad loquendum cum domino bano, ut abstineat a minis, quas facit; similiter comiti Georgio. Et eligatur sindicus, qui sequatur legatum, donec det sententiam de ecclesia. (Electi): Gregorius domini Lucii, Franciscus Valentini, Daniel Jacobi, Petrus Duimi.

Notae Joannis Lucii. 7. a. — Starine XIII. 223.

165.

1308, 27. juna. U Skradinu.

Kardinal Gentil poslanik papin odredjuje, da grad Trogir ne treba primiti svečano nadbiskupa spljetskog, osim ako ovaj propisani posjet čini.

Frater Gentilis miseratione diuina tituli sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo filiis clero et communi ciuitatis Traguriensis salutem in domino sempiternam. Illa consuetudo, que in subditorum scandalum et iuris ecclesiastici detrimentum obrepit, ne in ius priuilegii assumatur et ad alios praua ex ea proficiscantur exempla, veluti corruptela, que sui contagione corruptionem aliis ingerit, est celeriter abolenda, nec longeue diuturnitatis pretextu debet aliquatenus tolerari, cum quanto plus durat, tanto esse possit causa periculi grauioris. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod venerabilis in Christo pater frater P[etrus] Spalatensis archiepiscopus loci metropolitanus pluries ac sepe ad ciuitatem vestram quandoque navigio, quandoque per terram pro suis vel aliorum negotiis prosequendis accedit, non ut visitationis officium exerceat in eadem; et in quolibet suo accessu et ingressu ciuitatis eiusdem vult et mandat, quod ei a vobis sicut quando ad vos debitis et ordinatis temporibus causa visitationis accedit, processionaliter et solemniter obuietur. Cum

itaque processiones huiusmodi tam indebitas et frequentes vobis ad grauamen et tedium maximum reputetis; licet alias sicut deuotionis filii velitis et disponatis ipsum in debitis processionibus sibi per vos deuote ac humiliter faciendis cum specialiter causa visitationis ad eandem ciuitatem accedit tamquam patrem benevolum honorare, prouidere vobis super hec paterna sollicitudine dignaremur. Nos itaque desideriis vestris in iis, per que materia indebiti submota grauaminis vestri status debita procuratur tranquillitas, affectu benevolo annuentes, ut, nisi certis temporibus, quando videlicet ut metropolitanus causa exercendi debite visitationis officium vel quando longo tempore abfuisset et ad ciuitatem eandem quocumque tempore perueniret, eum nequaquam processionaliter recipere teneamini, qua fungimur auctoritate, tenore vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli eius se nouerit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Scardone, quinto kalendas iulii, anno domini MCCCVIII., pontificatus domini Clementis pape V. anno III.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 32. Na listini visi svilena vrvca crvene boje; pečat otpao.

Lucius Memorie di Traù. 479. — Farlati Illyr. sacr. III. 301. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. vol. 7. 66. — Pavlović Memorie di cose dalm. 176. no. 32. — Monum. Vatic. Hung. Series I. Tom. II. 35.—36.

166.

1308, 28. juna. U Trogiru.

Sloga Trogirana s banom.

Karulo rege, Liberius [episcopus]. Potestas cum 8 consiliariis eligitur, sex consiliarii super concordia cum bano et comite eius filio, qui cum eo plenam haberet auctoritatem. Sex consiliarii: Gregorius domini Lucii, Dessa Morsice, Marinus Cippicus, Daniel Jacobi, Julianus Marini, Matheus Luce.

Notae Joannis Lucii. fol. 7. b. — Starine XIII. 223.

167.

1308, 29. juna. U Trogiru.

Poslanstvo Trogirana banu.

Collecti sex cum potestate determinant eundum duos ambassiatores ad banum et offerendum L marcas argenti pro omnibus delictis comisis per Tragurinos contra banum et comitem Georgium, quod feratur in maiori consilio.

In maiori consilio: quod vadant quatuor (Simon Marini, Dessa Morsice, Marinus Cippicus, Matheus Zoris) et offerant C marcas. Juratis comittitur per potestatem sub pena librae statim descendant.

Notae Joannis Lucii. fol. 7. b. Starine XIII. 223.

168.

1308, 3.—8. jula. U Trogiru.

Vijeće trogirsko izabire upravitelje (operarii) crkvenih dohodaka.

Anno 1308. die 3. mensis iulii. Congregato consilio generali et speciali civitatis Traguriensis in palatio dicti comitis, mandato nobilissimi et potentissimi viri domini Oliverii de Rubeis de Ancona honorabilis potestatis dicte civitatis predicte, sono campane et voce preconis, ut moris est, in quo quidem consilio predictus dominus potestas proponit et dicit, quod placeat dicto consilio providere, consiliare, deliberare super operario faciendo in ecclesia sancti Laurentii, secundum formam privilegii concessi per dominum legatum.

In reformatione cuius consilii facto et misso diligenter partito per ipsum dominum potestatem de sedendo ad levandum, secundum formam statuti, placuit maiori parti de dicto consilio, quod quatuor homines eligantur in presenti consilio ad scrutinium, qui sint et esse debeant operarii ecclesie sancti Laurentii, qui debeant recipere introitus, fructus, et proventus dicte ecclesie et omnia et singula facere et exercere, quod ad utilitatem dicte ecclesie pertinet, et quod electi presententur domino episcopo Traguriensi, ut unum vel duos ex ipsis eligat e nominatis se-

cundum formam privilegii infra tertium diem, nomina quorum electorum ad predicta sunt hec:

(Caeteros numero suffragiorum superarunt,) Gregorius dominus Lucii, Franciscus Valentini, Zubrianus Marini, Gregorius Salinguerra.

Die 8. mensis iulii.

Presentati fuerunt suprascripti operarii domino episcopo Traguriensi et capitulo per potestatem et sapientes secundum formam privilegii domini legati in reclasto dicti domini episcopi presentibus domini Dessa Amblasii, et Dessa Morfise.

Die 8. iulii.

Antedictus dominus episcopus approbavit de predictis quatuor dominum Gregorium Salinguerre operarium, qui iurare debet coram domino potestate et 8. sapientium et dicto domino episcopo et capitulo: facere dictum officium bona fide, sine fraude, ut in priuilegio domini legati continetur.

Tabule trogirske.
Farlati Illyr. sacr. IV. 366.
Notae Joannis Lucii. Starine XIII. 223.

169.

1308, 23. jula. U Zadru.

Butvan svećenik zadarski opozivlja sve svoje apelacije i izrazuje svoje poštovanje papinskomu legatu.

Die martis, XXIII. mensis iulii, dominus Johannes de Buctuano,[1] clericus ecclesie sancte Marie maioris de Jadra, venit coram domino legato ad palatium archiepiscopatus Jadrensis et ipsum tanquam dominum et legatum suum provincie Jadrensis et Dalmatie recognovit et recepit, et sibi reverentiam fecit et renuntiavit ex tunc omnibus appellationibus, factis per eum vel alium eius nomine contra ipsum dominum legatum et eius legati etc. Presentibus discretis viris dominis Philippo de Sardinia, Vanne de Aretio et Gasparro auditoribus, ac presentibus fratre Petro de Bononia et fratre Elia de Parisiis ordinis Minorum et aliis pluribus testibus.

Bibliot. Vatic. no. 3935. fol. 15. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. II. 37. — Farlati Illyr. sacrum. V. 92.

---

* Jamačno pogrešno mjesto; »Buttuano«.

170.

1308, 23. jula. U Cazmi.

Jakob sin Petra sina Jakše odkupljuje založeno imanje Cirkvenu.

Nos capitulum Chasmansis ecclesie memorie commendamus, quod cum secundum continentiam et formam priorum litterarum nostrarum exinde confectarum Michael et Jacobus filii Petri filii Jaxa quandam terram eorum Cirkuena vocatam, que Elie filio Gregorii filii Romani pro dampnis et factis Stephani filii Pauli proximorum suorum pro quindecim marcis obligata fuisset, idem Elias coram nobis comparens asseruit, quod Jacobus memoratus dictam terram cum propria pecunia sua redimisset ab eodem, eidem Jacobo quiete et pacifice relinquendo terram supradictam. Datum in crastino festi beate Marie Magdalene, anno domini M CCC. octauo.

Iz potvrde bana Petra Zudora od 15. septembra 1376., koje se original nalazi se u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1261.

171.

1308, 24. jula. U Zadru.

Papinski legat kardinal Gentilis pozivlje preda se biskupa rabskoga.

Die Mercurii, XXIIII. supradicti mensis iulii, venerabilis vir dominus Philippus de Sardinia auditor supradicti domini legati commisit et mandavit ex parte ipsius domini legati Gratiolo de Luca nuncio et cursori iurato ipsius domini legati, ibidem presenti, quod statim iret et citaret fratrem Georgium episcopum Arbensem, vicarium archiepiscopi, ut ipso die et mane in tertiis compareret peremptorie coram ipso domino legato, auditurus quasdam sententias et processus, quos intendebat facere contra ipsum. Qui Gratiolus nuncius et cursor eodem mane, hora misse iens et rediens, retulit dicto domino Philippo auditori et mihi Philippo de Cingulo notario dicti domini legati, se dictum fratrem G[eorgium] episcopum Arbensem personaliter citasse, secundum formam dicte commissionis.

Eodem die, post missam in tertiis, dominus legatus contra ipsum episcopum fecit suos proccssus et sententias, et denunciavit eum excommunicatum etc. coram multis.

Bibliot. Vatic. Cod. 3935. fol. 12. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. 2. p. 37.—38. — Farlati Illyr. sacr. V. p. 244.

172.

1308, 29. jula — 2. augusta. U Zadru.

Kardinal Gentil poslanik papin poziva pod prijetnjom izopćenja svećenstvo zadarsko, da položi račun o stanju svojih crkvi.

Die 29. mensis iulii, supradictus dominus legatus frater Gentilis cardinalis et legatus apud Jadram in camera sua commisit et mandavit Gratiolo de Luca cursorii et nuntio suo iurato, ibidem presenti, quod iret eodem sero, et presentaret ex parte ipsius domini legati litteras infrascriptas sigillatas sigillo ipsius, Paulo de Fulgineo vicario archiepiscopi Jadrensis, et ipsum citaret secundum dictas litteras, quarum tenor talis est:

Frater Gentilis miseratione dei etc. Paulo de Fulgineo venerabilis patris domini . . . archiepiscopi Jadrensis in temporalibus vicario spiritum consilii sanioris. Cum nos circa reformationem ecclesiarum et monasteriorum et aliorum ecclesiasticorum locorum nostre legationis et praesertim Jadrensis provincie, in qua nunc personaliter residemus, totis desideriis intendamus, et ad nos fidedigna relatione ac fama referente pervenerit, quod ecclesia Iadrensis, que in spiritualibus et temporalibus dicitur esse collapsa, ipsiusque civitatis et diocesis clerus correctione et reformatione indigeat; idcirco volentes de ipsius ecclesie et cleri predicti statu informari, te, qui prefati crchiepiscopi vices in spiritualibus olim gessisti, et in temporalibus geris ad presens, ac per hoc de predictis habere debes notitiam pleniorem, tenore presentium requirimus, citamus, pro prima, secunda et tertia monitione monemus, tibi sub excommunicationis pena districtius iniungentes, quatenus sequenti die post presentationem presentium, quem terminum, quia correctio et reformatio prelibate ecclesie celeritatem desiderant, tibi peremptorie assignamus, coram nobis personaliter te presentes nostris pariturus mandatis, que tibi super reformatione status ipsius ecclesie, et cleri eiusdem, et aliis, prout ad nostrum spectat officium, duximus iniungenda, quod si forsan in dicto termino coram nobis,

ut predicitur, comparere contempseris, ex nunc te in hiis scriptis excommunicationis sententia innodamus, quam si per duos dies animo toleraveris pertinaci, ex nunc dicti vicariatus officio te privamus, alias contra te processuri, ut iustitia suadebit. Datum Jadre, die XXIX. iuli, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

(Relatio.)

Eodem die 29. iulii predictus Gratiolus nuncius et cursor supradicti domini legati retulit supradicto domino legato et mihi Philippo de Cingulo eius notario, se eodem die presentasse supradictas litteras supradicto Paulo personaliter invento et ipsum citasse secundum ipsarum litterarum formam, ac ipsas litteras ad maiorem cautelam sibi dimisisse.

Eodem die 29. iulii supradictus dominus legatus comisit et mandavit supradicto Gratiolo nuncio et cursori suo, ut iret et eodem die citaret infrascriptos plebanos et clericos secundum formam infrascriptarum litterarum, cuilibet eorum directarum, et eis ipsas litteras ex parte ipsius domini legati presentare deberet; quorum plebanorum et clericorum nomina sunt hec: primo Symonem plebanum sancti Petri veteris, Stephanum plebanum sancti Petri de Platea Grisogonum[1] plebanum sancte Marie maioris, Micham primicerium, Marcum archipresbyterum Jadrensem ac Martinum plebanum sancti Michaelis de Jadra.

Die 30. mensis iulii ante tertiam, supradictus Gratiolus nuncius et cursor retulit supradicto domino legato et mihi Philippo de Cingulo notario suo se heri citasse supradictos: plebanum sancti Michaelis archipresbyterum Jadrensem et plebanum sancti Petri veteris personaliter inventos, et eis copiam litterarum dimisisse; ac plebanum sancti Petri de Platea et primicerium citasse ad domos eorum habitationis et presentibus eorum familiaribus, et ipsis eorum familiaribus litterarum copiam dimisisse, et eos et quoslibet eorum citasse secundum formam. Quarum tenores singulariter per ordinem tales sunt:

Frater Gentilis etc. Symoni plebano plebis sancti Petri veteris Jadrensis spiritum consilii sanioris. Cum nos circa reformationem ecclesiarum, monasteriorum et aliorum ecclesiarum locorum nostre legationis, et presertim Jadrensis provincie, in qua nunc personaliter residemus, totis desideriis intendamus, et ad nos fidedigna relatione ac fama referente, pervenit, quod ecclesia tua correctionis, ac reformationis noscatur plurimum indigere, nos volentes de statu ipsius ecclesie plenius informari, tenore presentium te requirimus et citamus, pro prima, secunda, et tertia monitione monemus, tibi sub pena excommunicationis nihilo-

[1] Mon. Vat. Grisocanum; Farlat bolje.

minus iniungentes, quatenus cras in tertia, quem terminum, quia correctio et reformatio prelibate celeritatem desiderant, et tu apud Jadram personaliter inveneris, tibi peremptorie assignamus, coram nobis personaliter te presentes nostris pariturus mandatis, que tibi super reformatione status tue ecclesie, et aliis, prout ad nostrum spectat officium, duxerimus iniungenda; quod si forsan in prefixum terminum coram nobis personaliter, ut predicitur, comparere contempseris, ex nunc te in hiis scriptis excommunicationis vinculo innodamus, beneficiorum tuorum, quamdiu in dicta excommunicatione perstiteris, fructuum perceptione privantes, contra te nichilominus processuri secundum quod tua contumacia exegerit, sive culpa.

[Extant in eamdem sententiom eademque verba eius littere ad] plebanum sancti Petri in Platea, ad plebanum sancte Marie maioris, ad plebanum sancti Michaelis de Jadra, ad primicerium, ad archipresbyterum maioris ecclesie.

(Commissio citationis facta de abbatibus et clericis propter insultum et relatio.)

Die secundo mensis augusti, supradictus dominus legatus commisit et mandavit Gratiolo de Luca cursori et nuntio suo iurato ibidem presenti, quod iret et citaret infrascriptos abbates, plebanos et clericos de Jadra, et diceret ipsis secundum formam infrascriptarum litterarum et eis, et cuilibet eorum litteras infrascriptas presentare deberet. Qui Gratiolus eodem die retulit predicto domino legato et mihi Philippo de Cingulo notario suo, se ipsa die citasse fratres Vitum sancti Grisogoni,[1] Joannem sanctorum Cosme et Damiani monasteriorum abbates, Paulum de Fulgineo vicarium archiepiscopi, Micham et Marchum primicerium et archipresbyterum Jadrensem, Stephanum sancti Petri de Platea, Grisogonum sancte Marie maioris et Martinum sancti Michaelis de Jadra plebanos, Franciscum filium Damiani de Slurado, Grisogonum[2] Damiani de Cycallis clericos infrascriptos personaliter inventos, et fratrem Matheum abbatem monasterii sancti Michaelis in Monte, ac Nichiforum archidiaconum Jadrensem et Symonem plebanum sancti Petri veteris in domibus eorum habitationum et ad ecclesias eorum familiaribus secundum formam infrascriptarum litterarum, et eis dimisisse copias earumdem litterarum, quarum tenor talis est:

---

[1] Mon. Vat. »Grisacani«.

[2] Mon. Vat. »Grisocanum Damiani de Cicallis«. Farlat Grisogonum de Cystallis.

(Citatio abbatum et clericorum super excessu.)

Frater Gentilis etc. fratri Vito sancti Grisogoni, fratri Joanni sanctorum Cossme et Damiani, fratri Matheo sancti Michaelis in Monte civitatis et diocesis Jadrensis monasteriorum abbatibus, Paulo de Fulgineo vicario seu procuratori venerabilis in Christo patris domini [Jacobi] archiepiscopi Jadrensis, Nichiforo archidiacono, Miche primicerio, Matheo archipresbytero Jadrensi, Symoni plebano ecclesie sancti Petri veteris, Stephano plebano sancti Petri de Platea, Grisogono plebano ecclesie sancti Michaelis, ac Francisco filio Damiani de Slurado sanctorum Cossme et Damiani de Ortis et sancte Marie de Remualdo, Grisogono filio Damiani de Cystallis[1] sancte Anastasie Jadrensis civitatis, dictarum ecclesiarum rectoribus, seu capellanis spiritum consilii sanioris. Cum ad nos publica fama referente pervenerit notorium esse in civitate Jadrensi, quod vos, et vestrum quilibet cum multis aliis clericis tam prelatis, quam aliis secularibus et religiosis, civitatis predicte die 24. iulii essetis simul in maiori Jadrensi ecclesia congregati, cum furore ac rumore currentes ad portas dicte ecclesie, in quibus affixe erant de nostro mandato quedam nostre littere continentes quasdam nostras sententias et processus, ipsas nostras litteras non sine magno apostolice sedis et nostro contemptu obpropriose(!) de dictis portis defixistis et prostrantibus et prostranti, dilacerantibus vel dilaceranti astitistis, dantes ei vel eis in predictis auxilium, consilium et favorem, et quod tunc in nostram familiam irruistis insequendo eam usque ad portam habitationis nostre, et quod eodem die vos cum eisdem posuistis civitatem Jadrensem in rumore[m], concitando ipsium populum contra nos, quatenus in vobis fuit. Et quod die 28. mensis iulii, vos cum multitudine clericorum et laicorum armatorum in ecclesia sancti Demitrii Jadrensis convenistis, et contra nos et nostram familiam et rectorem civitatis predicte populum ipsius civitatis concitare conati fuistis, pulsando campanam dicte maioris ecclesie Jadrensis ad rumorem et sturmum, et alia faciendo, per que consuevit populus incitari, et quod postquam fuistis excommunicati, ingessistis publice vos diucius. Nos volentes de dicto notorio scire et inquirere veritatem, tenore presentium vos et vestrum quemlibet requirimus et citamus, quatenus sequenti die post harum presentationem, ora tertie coram nobis personaliter et peremptorie comparere curetis, dicturi et apposituri contra dictam inquisitionem quidquid credideritis vobis de iure competere, et vestram si poteritis in predictis, et aliis in dicta inquisitione contentis innocentiam ostensuri. Alioquin in dicta inquisitione et contra vos, ut de iure fuerit,

[1] Mon. Vat. »Cytallis«.

procedemus, vestra absentia non obstante. Datum Jadre, die secundo augusti, VI. indictione.

(Citatio et relatio abbatisse sancte Marie de Monachis.)

Die predicta, secunda supradicti mensis augusti, supradictus dominus legatus commisit et mandavit Perocto de Alamania nuncio et cursori suo, ibidem presenti, quod vadat et citare curaret . . . abbatissam monasterii sancte Marie de Monachis de Jadra, secundum formam infrascripte citationis, et ipsam citationem sibi vel eius copiam dimitteret. Qui Peroctus cursor iens et rediens, retulit prefato domino legato et michi Phylippo de Cingulo eius notario, se ipso die citasse apud dictum monasterium personaliter dictam abbatissam, secundum formam dictarum litterarum, et sibi ipsas litteras dimisisse, ut ignorantiam pretendere non valeret. Tenor ipsius citationis talis est:

Frater Gentilis etc. religiose mulieri . . . abbatisse monasterii sancte Marie de Monachis, ordinis sancti Benedicti de Jadra salutem in domino. Cum ad nos etc. et presertim Jadrensis civitatis et diocesis, in qua etc. (ut supra in aliis citationibus plebanorum, usque) referente pervenit, quod monasterium tuum predictum etc. Nos etc. quatenus cras ora tertie (usque) dessiderant, et tu in dicto monasterio apud Jadram personaliter inveneris, tibi peremptorie assignamus, coram nobis personaiter seu per procuratorem legitimum comparere procures, nostris etc. (usque) innodamus, administratione spiritualium et temporalium tui monasterii quamdiu etc. Datum Jadre, die secunda mensis augusti, pontificatus etc. anno tertio.

Biblioteca Vaticana codex: no. 3935, fol. 13.—15. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. P. II. p. 38.—43. — Farlati Illyr. sacr. V. 90.—92.

173.

1308, 1. augusta. U Zadru i Rabu.

Apelacija zadarske i rapske biskupije protiv kardinala legata Gentila.

Appellationes ad sedem apostolicam interpositae sub die prima augusti 1308. per Grisogonum plebanum ecclesiae sancte Mariae maioris de Jadra, procuratorem seu sindicum, seu quocumque alio nomine dicatur, reverendissimi patris fratris Georgii Arbensis episcopi, et venerabilis fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi vicarii generalis, nec non religiosorum et discretorum virorum fratris Viti et fratris Joannis et fratris Mathei, abbatum monasteriorum sancti Grisogoni de Jadra, et sanc-

torum Cosme et Damiani de Monte Jadrensis dioecesis, et sancti Michaelis de Monte eiusdem dioecesis ordinis sancti Benedicti, ac plebanorum ecclesiarum sancti Petri veteris, et sancti Petri novi, et sancti Michaelis, omniumque aliarum personarum ecclesiasticarum Jadrensis civitatis ac dioecesis praedictae exemptarum a sententia per venerabilem patrem et dominum fratrem Gentilem tituli sancti Martini in Montibus presbyterum cardinalem, apostolicae sedis legatum in regno Ungariae, promulgatam, per quam antedictum Georgium episcopum Arbensem ab administratione sui episcopatus privavit, seu suspendit, praefatosque abbates et alias personas personaliter citavit; ex eo, quod illum eorum monasteria et personas visitare volentem recipere noluerunt, dicentes ipsum non esse legatum, sed dominum Neapoleonem.

Farlati Ill. sacrum. V. 244.—245.

174.

1308, 3. augusta. U Zadru.

Legat kardinal Gentil prosvjeduje protiv toga, da izopćeni zadarski svećenici obavljaju crkvene funkcije.

(Qualiter abbates celebraverunt ad corpora mortuorum.)

Item die supradicto tertio mensis augusti, in ecclesia fratrum Minorum de Jadra, dum corpus Marize filie condam Symonis Candi de Jadra ibi iaceret, causa tradendi ecclesiastice sepulture, constitutus ibidem Beraldutius de Firmo domicellus et familiaris supradicti domini legati, in presentia mei notarii et testium subscriptorum, vice et nomine ipsius domini legati dixit et protestatus fuit, quod cum frater Vitus sancti Grisocani,[1] frater Johannes sanctorum Cosme et Damiani, ac frater Matheus sancti Michaelis in Monte, civitatis et diocesis Jadrensis monasteriorum abbates, excommunicati essent, ac suspensi ab executione pontificalium et ab ingressu ecclesie per ipsum dominum legatum, quibusdam exigentibus meritis; et ipsi abbates, una cum nonnullis clericis de Jadra, in dicta ecclesia ad dictum corpus cum pluvialibns et mitris ac baculis pastoralibus parati existerent, et exequias et mortuorum officium celebrarent in publico et coram omnibus masculis et feminis ibidem existentibus, et quod excommunicationem et sententias predictas, tanquam contemptores clavium, non timebant etc. De quibus omnibus petiit et rogavit, eis inde fieri facere publica instrumenta.

[1] Mjesto Grisogoni.

*

Actum in dicta ecclesia fratrum Minorum, presentibus Phylipputio de Cingulo, et Tarantino, domicellis domini legati, testibus et aliis pluribus.

Ego Philippus de Cingulo notarius rogatus.

Bibliot. Vatic. Cod. no. 3935. fol. 15. — Monum. Vat. Hung. Ser. I. Tom. II. 44. — Farlati Illyr. sacr. V. 92.

175.

1308, 5. augusta. Kraj Nina.

Pavao ban hrvatski miri se sa gradom Trogirom.

Paulus banus Croatorum et dominus Bosne, una cum Georgeo(!) comite civitatum Dalmatie ceterisque filiis suis universis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Ad universitatis vestre notitiam harum serie volumus pervenire, quod attendentes, quia misericordia locum non haberet si nullus delinqueret, considerantes diligenti consideratione diligentem devotionem, affectionem et fidei promptitudinem, quibus commune, universitas, nobiles et homines civitatis Traguriensis erga nos et in nostris negotiis et agendis universis fideliter et faventer claruerant, et quod bona ipsorum opera excessum commissum, quemlibet superabant, quibuscumque genus vindicte pensetur ignoscere nostris dum potuissemus vindicasse, ac gratia sit offensioni preponenda, maxime venia per fideles postulatur satisfactione debita mediante. Idcirco commune et universitatem predicte civitatis Traguriensis ad nostram dilectionem omnimodam et favorem specialem de cetero recipientes, totum excessum sive offensiones per eos adversus nos et nostros factas, illatas, vel commissas, qualitercumque dicto, vel facto, omniaque debita, in quibus predictum commune usque modo vel tenebatur, seu teneri poterat quacumque occasione tacita vel expressa, atque fruges duorum annorum perceptas de Podemorie per commune Traguriense suprascriptum, pro quibus dominus Madius de Varicassis de Jadra tunc temporis potestas Traguriensis, et dominus Petrus Duymi de Tragurio erant et fuerunt depositarii et nobis fideiussores, dimittimus, relaxamus et ex toto promittimus sine exceptione aliqua, ut tanto diligentius, plenius et fidentius omnimoda fides et devotio per ipsum commune, universitatem et homines de Tragurio nobis observetur, et specialiter, quantum in nobis est, indulgemus mortem Toleni Stuchievig et eius filii Scorone, ac Stanoi fratris Purche per homines Tragurienses perpetratam, salvo, quod de morte Toleni et Scorone predictorum satisfiat eorum heredibus in

pecunia, secundum quod per dominum Mladenum banum filium nostrum et dominum Madium Varicasse de Jadra, vel per duos bonos et legales homines, qui per partes eligentur sententiatum fuerit, sicut fuit hactenus ordinatum; de morte vero Stanoy antedicti debet cognosci ratio per potestatem Traguriensem et fiat, secundum quod iustitia suadebit; et si minus iuris fieret, et exinde aliquid contrarii contigerit, quod absit, anima nostra minime exinde respondere teneatur. In cuius rei memoriam et maiorem firmitatem presentes concessimus litteras sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum in territorio civitatis None prope ecclesiam sancti Christophori, die 5. mensis augusti, anno domini 1308.

Lucius Mem. de Traù. 146. — Fejér Codex dipl. Hung. VIII. 6. 13—15.

176.

1308, 8. augusta. U Zadru.

Kardinal Gentil poslanik papin daje oprost od četrdeset dana svima, koji bi posjetili na odredjene blagdane stolnu crkvu sv. Lovrinca u Trogiru.

Frater Gentilis miseratione diuina tituli sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis apostolice sedis legatus uniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Loca sanctorum omnium pia et prompta deuotione sunt a Christi fidelibus veneranda, ut, dum dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant et illorum nobis vendicantes quodam modo patrocinium apud ipsum, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere. Cupientes itaque, ut ecclesia maior sancti Laurentii Traguriensis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam quarto decimo die nouembris et anniuersario consecrationis die altaris sanctorum Cosme et Damiani, nec non in omnibus beate Marie virginis et sanctorum ipsorum, ac beati Laurentii festiuitatibus et per octo dies festiuitates ipsas immediate sequentes causa deuotionis venerabiliter uisitarint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confidentes, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis annis singulis misericorditer relaxamus. Datum Jadre, sexto idus augusti, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 32. — Na listini visi o crveno-žutoj svilenoj vrvci ovalni pečat u crvenom vosku.

Monum. Vatic. Hung. Ser. I. T. II. 45. — Farlati Ill. sacr. IV. 365. — Pavlović Mem. di cose dalm. 177. no. 33.

177.

1308, 10. augusta. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Beloš od Sane opatu topuskom Nikolaju svoje kmetove: Radana sa sinovima i potomstvom za pet maraka.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus quibus expedit Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Belos filio Martini nobili de Zana pro se et Petro fratre suo vterino iuniori ab vna parte, et patre Johanne cellerario, pro religioso viro patre Nicolao, nunc abbate Toplicensis monasterii ac conuentu eiusdem ab altera in nostri presencia personaliter constitutis, idem Belos statutis coram nobis seruis suis propriis, vt dixit, Radano videlicet filio Vssa, cum duobus filiis suis Radin et Radozlau nuncupatis, fatentibus se sic nominari et esse seruos eorundem Belos et Petri, confessus tam se quam eundem fratrem suum vendidisse, tradidisse et statuisse prenominatos seruos suos antedicto abbati et conuentui eiusdem a modo in perpetuum possidendos pacifice et quiete omni contradiccione et excepcione procul motis; et per consequens vniuersos vtriusque sexus ex eisdem seruis nascituros, pro quinque marcis, singulis cum quinque pensis antique banalis monete cum veronensibus computatis, receptis a predicto abbate et eius conuentu plenarie sicut dixit. Obligans se et fratrem suum antedictum ad expediendum in propriis laboribus et expensis ipsum abbatem et conuentum suum ab omni, si quam per quempiam super predictis seruis et eorum heredibus oriri in posterum contingeret questione, super equidem hiisdem seruis et eorum natu posteris vtriusque sexus, aput sepefatum abbatem et conuentum suum saluis remansuris. In cuius rei memoriam et certitudinem presentes ad instanciam parcium concessimus sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum in festo beati Laurencii martiris, anno domini MCCC° octauo.

Iz kodeksa: Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica, no. 73. Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I. B. XI. 15.

178.

1308, 11. augusta. (U Skradinu?)

Filip de Sardinia auditor kardinala Gentila prihvaća pravdu izmedju Damiana biskupa skradinskoga i samostana rogovskoga zbog uskraćene desetine.

Die undecima mensis augusti 1308., pontificatus Clementis V. anno tertio, processura facta coram domino Phylippo de Sardinea(!) auditore generali reverendissimi domini Francisci[1] Gentilis dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbytheri cardinalis ad instantiam venerabilis in Christo patris episcopi Scardonensis, contra religiosum virum fratrem Joannem abbatem monasterii sanctorum Cosmae et Damiani de Monte Jadrensis dioecesis, ad effectum consequendi collectam, seu decimas, quas dicto episcopo debet solvere pro terris, possessionibus et ecclesiis, quas dictus abbas et dictum monasterium habent in dioecesi Scardonensi.

Tabule archiva apost. u Avinjonu. — Farlati Illyr. sacr. IV. 16.

179.

1308, 12. augusta — 1309, 6. februara. U Zadru, Senju i Budimu.

Parnica biskupa skradinskog protiv opata sv. Kuzme i Damjana radi nekih daća, vodjena pred kardinalom Gentilom.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo CCCVIII., indictione VI., pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio, die lune, XII. mensis augusti, actum in civitate Jadrensi. Reverendus in Christo pater et dominus dominus frater Gentilis dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, commisit et mandavit Gratiolo de Luca nuncio et cursori suo iurato, ibidem presenti, quod iret et citaret religiosum virum fratrem Johannem abbatem monasterii sanctorum Cossme et Damiani de Monte, Jadrensis diocesis, ut ipsa die lune in vesperis coram ipso domino legato vel eius auditore legitime et peremptorie ac sub excommunicationis pena compareret, venerabili in Christo patri (Damiano) episcopo Scardonensi, vel eius procuratori, super quibusdam debitis et obsequiis, que in infrascripta cedula,

[1] Tako Farlati, ima biti fratris.

data dicto nuncio et cursori, ad citandum dictum abbatem, continentur, in iudicio de iustitia responsurus; alioquin contra ipsum et in dicto negotio procedetur, ut iustum fuerit.

(Relatio.)

Eodem die lune, XII. augusti, in tertiis, supradictus Gratiolus nuncius et cursor retulit supradicto domino legato ac venerabili viro domino Phylippo de Sardinia canonico Arborensi, auditori ipsius, et mihi Phylippo Compagnoni de Cingulo notario et scribe eiusdem domini legati, se citasse et requisivisse eodem die ante tertiam supradictum dominum abbatem, personaliter inventum in civitate Jadrensi, secundum formam supradicte commissionis sibi facte, et sibi dedisse ad legendum infrascriptam cedulam, tenorem sue citationis continentem, cuius cedule tenor talis est:

(Forma citationis.)

Ego Gratiolus de Luca, cursor et nuncius domini fratris Gentilis cardinalis, apostolice sedis legati, cito et requiro te fratrem Johannem abbatem monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte, ex parte domini fratris G[entilis] Ungarie et Dalmatie apostolice sedis legati, quatenus hodie ante vesperas comparere debeas pro termino peremptorio, sub pena excommunicationis, coram ipso domino legato vel eius auditore, responsurus de iure procuratori (Damiani) episcopi Scardonensis, super collecta et procuratione dicti domini legati, quam cum ipso episcopo debes solvere pro terris, possessionibus et ecclesiis, quas tu et tuum monasterium habetis in diocesi Scardonensi, et super decimis, quas eidem episcopo dare debes pro eisdem terris, possessionibus et ecclesiis, quas habes in diocesi Scardonensi, et quia sacerdotes tui, existentes in dicta diocesi Scardonensi, reverentiam et honorem non exhibent dicto episcopo, ut tenentur et debent, et super aliis, que a te procurator dicti episcopi petere intendit; quod si non comparebis, contra te procedetur, prout de iure fuerit procedendum, tua contumacia et absentia non obstante.

Die veneris, XVI. supradicti mensis augusti, apud civitatem Seniensem, coram supradicto domino Phylippo auditore, in sala hospitii supradicti domini legati, pro tribunali sedente ad causas audiendas, comparuit dominus Paulus archidiaconus Scardonensis, procurator supradicti domini episcopi Scardonensis, prout de procuratione ipsius apparet per litteras patentes ipsius domini episcopi, suo sigillo a tergo sigillatas, et in iudicio se contra predictum fratrem Johannem abbatem monasterii

sanctorum Cosme et Damiani presentavit, et ipsius non comparentis contumaciam accusavit, petens ab eodem domino auditore, ut ipsius procurationis presentationem, quam asseruit se in civitate Jadrensi die lune XII. predicti mensis augusti, post nonas et ante vesperas coram ipso domino auditore contra dictum abbatem fecisse, et ipsius abbatis tunc citati, ad dictam horam et diem non comparentis, contumaciam accusasse, scribi et in quaterno poni faceret, eo, quod tunc copiam notarii habere non potuerat. Prefatus vero dominus auditor dixit et affirmavit, dictum procuratorem, nomine dicti episcopi Scardonensis, se coram ipso apud Jadram, supradicta die et hora, contra dictum abbatem presentasse, et ipsius abbatis non comparentis contumaciam accusasse, et petivisse contra eum, ut iuris esset, procedi; mandans mihi Phylippo notario supradicto, ut illa in libro et quaterno ponerem, et scribere deberem; quodque predicta die veneris in tertiis, predictus Paulus procurator petiit instanter ab eodem domino auditore contra supradictum abbatem, tanquam contra contumacem et non comparentem procedi, et ipsum excommunicari in scriptis, iustitia exigente, ac pronunciari contra ipsum et dictum eius monasterium, prefatum episcopum vel procuratorem eius fore mittendum in tenutam et corporalem possessionem bonorum dicti monasterii, existentium in dicta diocesi Scardonensi, pro quantitate pecunie, ipsum abbatem et monaterium tangente, de procuratione, imposita eidem episcopo et eius clericis, pro parte supradicti domini legati, pro terris, possessionibus et ecclesiis, quas idem abbas et dictum eius monasteriem in diocesi Scardonensi habere noscuntur; nec non pro decima eidem episcopo per ipsum abbatem et monasterium debita et subtracta, pro terris, possessionibus et ecclesiis supradictis, a viginti duobus annis elapsis citra, quam ibidem petunt; et per corporale sacramentum, coram eodem auditore per ipsum procuratorem prestitum, dixit, iuravit et affirmavit, quadraginta librarum parvorum venetorum anno quolibet asscendere et valere, et a predicto tempore citra eidem episcopo, seu eius procuratori, per dictum abbatem et monasterium persolutam non fuisse. Prefatus vero dominus auditor eundem fratrem Johannem abbatem, citatum et non comparentem, quantum debuit, expectans, ac faciens per cursores et nuncios supradicti domini legati, in eius sala, coram gentibus publice et alta voce clamare, si erat ipse abbas, vel aliquis alius pro eodem, qui suam absentiam et contumaciam excusaret; quia ipse, seu alius pro eodem, comparere non curavit, ipsum, exigente iustitia, contumacem reputavit, pro tribunali sedens; ac pronunciavit contra ipsum, tanquam contra contumacem, procedi; quodque a prefato Paulo archidiacono, procuratore dicti episcopi, corporale sacramentum recepit, quod predicta, que superius

petierat, vera erant et ea malitiose non petebat. Quibus sic peractis, prefatus dominus auditor contra dictum abbatem excommunicationis sententiam in scriptis tulit, prout inferius continentur:

In dei nomine amen. Nos Phylippus de Sardinia capellanus et generalis auditor reverendi in Christo patris domini fratris Gentilis dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, visis diligenter et examinatis, citatione facta per nuncium et cursorem supradicti domini legati, ex parte ipsius, de fratre Johanne abbate monasterii sanctorum Cossme et Damiani de Monte, Jadrensis diocesis, ad petitionem procuratoris venerabilis patris domini episcopi Scardonensis, ut eidem episcopo veniret super quibusdam rebus et debitis de iustitia responsurus, ac relatione predicti cursoris et nuncii, nec non presentationibus pluribus Pauli archidiaconi Scardonensis, procuratoris ipsius episcopi, procuratorio nomine pro eo coram nobis factis, et petentis contra ipsum abbatem, tanquam contra contumacem et non comparentem, procedi, ac pronunciari contra ipsum ad excommunicationis sententiam, et ipsum procuratorem, nomine dicti episcopi, poni et induci in tenutam et corporalem possessionem bonorum dicti monasterii, valentium quantitatem ipsum abbatem et monasterium tangentem, pro terris, possessionibus et ecclesiis, quas in diocesi Scardonensi habere noscuntur, pro procuratione, imposita in civitate et diocesi Scardonensi, ex parte domini legati predicti, nec non pro decimis, eidem episcopo per dictum abbatem et monasterium debitis, pro predictis terris, possessionibus et ecclesiis, et ipsi episcopo subtracta et detenta a viginti duobus annis elapsis citra, quam idem procurator fecit et asseruit quadraginta librarum parvorum venetorum anno quolibet asscendere nos advertentes, quod nil prodesset humilibus humilitas, si contemptus contumacibus non obesset, recepto prius ab eòdem Paulo corporali iuramento, quod predicta omnia vera erant, et quod ea calumpniose ac malitiose non petebat, prefatum fratrem Johannem abbatem, exigente iustitia, contumacem reputavimus, et ne de ipsius contumacia valeat gloriari, ipsum fratrem Johannem abbatem, exigente iustitia, in huiusmodi scriptis, pro tribunali sedentes, excommunicationis sententia innodamus; mandantes, ipsum tamdiu, ubi expediens fuerit, excommunicatum publice nunciari; donec sancte Romane ecclesie, eiusdem domini legati et nostris venerit humiliter parere mandatis, et ab eodem domino legato seu nobis de predictis absolutionis beneficium meruerit obtinere, quodque prefato episcopo de supradictis debitis, nisi aliud canonicum obsisterit (!), integre satisfecerit. Lata, lecta et pronunciata fuit supradicta excommunicationis sententia in scriptis per supradictum dominum Phylippum auditorem, pro tribunali sedentem, in civitate Seniensi, in sala

hospitii supradicti domini legati, presente supradicto domino Paulo archidiacono Scardonensi, procuratore supradicti episcopi, et ipsam sententiam cum instantia ferri petente; et scripta per me Phylippum Compagnoni de Cingulo, notarium eiusdem domini legati, sub anno domini millesimo CCCVIII., indictione VI., die veneris, XVI. mensis augusti, statim post horam tertie, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio, presentibus domino Vanne de Aretio canonico Auximano, capellano eiusdem domini legati, domino Johanne de Buctuano[1] de Jadra, archidiacono Farensi, ser Guidocto de Varitassis[2] de Jadra domicello eiusdem domini legati, et aliis pluribus testibus, ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

(Littera denunciationis et immissionis tenute.)

Magister Phylippus de Sardinia canonicus Arborensis, reverendi in Christo patris et domini fratris Gentilis dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, generalis auditor, discreto viro Ambrosio archipresbytero Berberiensi[3], Scardonensis diocesis, salutem in domino. Pridem fratrem Johannem abbatem monasterii sanctorum Cossme et Damiani de Monte, Jadrensis diocesis, per cursorem et specialem nuncium iuratum supradicti domini legati, personaliter inventum in civitate Jadrensi, citari et requiri legitime fecimus, ut certo die et hora coram nobis, seu prefato domino legato, legitime et peremptorie comparere deberet, venerabili in Christo patri domino [Damiano] episcopo Scardonensi, vel eius procuratori, super eo, quod ipse abbas et dictum monasterium decimas debitas eidem pro terris, possessionibus et ecclesiis, quas ipse et dictum eius monasterium in diocesi Scardonensi habere noscuntur, exhibere sibi iam diu, ac cum ipso contribuere in procuratione prefati domini et aliorum sedis apostolice, in quantitate ipsum et dictum eius monasterium tangente, pro predictis terris, possessionibus et ecclesiis denegavit, et denegat minus iuste, in iudicio de iustitia responsurus. Adveniente vero predicte citationis termino, idem abbas, seu alius pro eodem, coram ipso domino legato vel nobis contempsit contumaciter comparere, . . . procuratore ipsius episcopi coram nobis in dicto termino et postea legitime comparente, et prefati abbatis, citati et non comparentis, contumaciam accusante, ac petente ipsum abbatem per nos excommunicari, et ipsum episcopum, vel eius procuratorem, pro eo poni et induci, ac inductum defendi in tenutam et corporalem possessionem bonorum predicti abbatis et mona-

---

[1] Mjesto Buttuano.
[2] Ima biti Varicassis.
[3] Brebiriensi.

sterii mobilium, si extant, alioquin immobilium, valentium quantitatem pecunie, de predicta procuratione ipsum et dictum monasterium tangentem, necnon pro decima eidem episcopo debita, et per ipsum abbatem et monasterium subtracta, pro predictis terris, possessionibus et ecclesiis, quas in dicta diocesi Scardonensi habere noscuntur, a viginti duobus annis elapsis citra, quam per corporale sacramentum dixit et declaravit coram nobis, LX. libras venetorum parvorum anno quolibet asscendere, Nos vero eundem abbatem post dictum terminum de benignitate diebus pluribus expectantes, quia ipse, seu alius pro eodem, qui eius contumaciam excusaret, coram nobis, seu domino legato prefato, contempsit contumaciter comparere: ideo ipsum, exigente iustitia, in scriptis excommunicationis sententia duximus innodandum; mandantes, ipsum sic excommunicatum publice nunciari. Quare discretioni tue presentium, qua fungimur auctoritate, cum et sub excommunicationis pena mandamus, quatenus memoratum abbatem per omnes ecclesias et loca eidem monasterio circumadiacentia et alibi, ubi videris expedire, tamdiu singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis et extinctis, coram fideli populo, cum missarum sollempnia celebrantur, excommunicatum publice nuncies, et facias, auctoritate nostra, per alios ecclesiarum presbyteros et rectores publice nunciari, donec prefati domini legati, nostris et ecclesie venerit mandatis humiliter pariturus, et ab eodem domino legato, seu nobis, de predictis absolutionis beneficium meruerit obtinere, ac eidem episcopo de predictis secundum iustitiam respondebit. Diem vero denunciationis et formam, et quicquid in hac parte duxeris faciendum, nobis fideli scripto, harum seriem continenti, studeas intimare. Datum Segnie, die XVII. mensis augusti, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

(Littera domini legati super executione supradicte sententie.)

Frater Gentilis etc. magnifico et potenti viro, Paulo bano Croatorum et totius Bosnie domino, sancte Romane ecclesie dilecto in Christo filio et devoto, salutem in domino. Pridem magister Phylippus de Sardinia canonicus Arborensis, capellanus et generalis auditor noster, fratrem Johannem abbatem monasterii sanctorum Cossme et Damiani de Monte, Jadrensis diocesis, personaliter inventum in civitate Jadrensi, per cursorem et nuncium nostrum iuratum citari et requiri fecit legitime, ut certa die et hora coram nobis, aut ipso auditore nostro, legitime et peremptorie comparere deberet, venerabili in Christo patri [Damiano] episcopo Scardonensi, vel eius procuratori, super eo, quod ipse abbas et dictum eius monasterium decimas debitas eidem pro terris, possessionibus et

ecclesiis, quas idem abbas et monasterium eius iam dictum in diocesi Scardonensi habere noscuntur, exhibere sibi iam diu, ac contribuere cum eodem, in procuratione nostra et aliorum sedis apostolice legatorum, in quantitate ipsum et dictum eius monasterium tangente, pro terris, possessionibus et ecclesiis supradictis denegavit, et denegat minus iuste, in iudicio de iustitia responsurus. Adveniente vero dicte citationis termino, idem abbas, seu alius pro eodem, coram nobis, seu ipso auditore nostro, contempsit contumaciter comparere, procuratore ipsius episcopi in dicto termino et postea coram ipso auditore legitime comparente, et ipsius abbatis, citati et non comparentis, contumaciam accusante, ac petente, contra ipsum, tanquam contra contumacem, procedi, et eum excommunicari, ac ipsum episcopum, vel eius procuratorem, mitti et induci, et inductum defendi in corporalem tenutam et possessionem bonorum dicti abbatis et monasterii, valentium quantitatem pecunie, eundem abbatem et monasterium tangentem, de procuratione pro nobis in provincia Spalatensi imposita, nec non pro decima, eidem episcopo debita et subtracta a viginti duobus annis elapsis citra per abbatem et monasterium predictum, quam idem procurator coram eodem auditore nostro in iudicio ad sancta dei evangelia, corporaliter tacto libro, iuravit, LX. librarum summam parvorum venetorum anno quolibet asscendere. Prefatus vero auditor eundem abbatem post dictum terminum de benignitate diebus pluribus espectans, quia ipse, seu alius pro eodem, coram nobis, seu ipso auditore nostro, comparere minime procuravit, ipsum abbatem, exigente iustitia, in scriptis excommunicationis sententia innodavit, mandans, ipsum sic excommunicatum publice nunciari. Nos igitur attendentes, quod humilitas nil prodesset humilibus, si contemptus contumacibus non obesset, ac volentes eiusdem episcopi indempnitatibus precavere, et sibi in sua iustitia non deesse, prudentie tue presentium tenore committimus, et sub excommunicationis pena, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus si idem abbas prefatam excommunicationis sententiam per duos menses post datam presentium, quod non credimus, animo substinuerit indurato, et a nobis de predictis absolutionis beneficium non meruerit obtinere, quodque eidem episcopo de supradicta decima, sibi per dictum abbatem et monasterium debita et subtracta, et per sacramentum predicti procuratoris superius declarata, non satisfecerit cum effectu: tu per te vel alium, seu alios, post dictos duos menses, auctoritate nostra, prefatum episcopum, vel eius procuratorem pro eo, in corporalem tenutam et possessionem bonorum dicti abbatis et monasterii mobilium, si extant, alioquin immobilium, ponas ac inducas et defendas inductum, ac illorum usque ad satisfactionem predicte decime, superius declarate, facias pacifica possessione gaudere,

ut sic idem abbas tedio affectus, iuri veniat responsurus. De predictis autem, que in hac parte feceris, facies fieri publica documenta, destinanda nobis inposterum ad cautelam. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus, sigilli nostri appensione munitas. Datum Segnie, die XVII. mensis augusti, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Die Jovis, VI. mensis februarii, anni domini millesimi CCCVIIII. indictione VII. dominus Marinus plebanus sancti Stephani de Jadra, nuncius domini episcopi Scardonensis, presentavit se coram domino Phylippo auditore supradicto apud Budam, et produxit ac representavit quoddam publicum instrumentum, cuius tenor talis est:

(Qualiter fuit abbas denunciatus excommunicatus in partibus suis.)

Anno ab incarnatione domini millesimo trecentesimo octavo, indictione VII. die V. exeunte decembri, presentibus inclito viro domino Paulo bano Croatorum, domino comite Georgio filio eius, reverendo patre domino fratre Martino episcopo Sibinicensi et aliis. Cum discretus vir, dompnus Ambrosius archypresbyter Breberiensis et Scardonensis canonicus, iuxta mandatum venerabilis in Christo patris domini fratris Gentilis miseratione divina tituli sancti Martini in Montibus presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, denunciaverit ac denunciari fecerit per continuos quatuor menses in singulis dominicis et diebus festivis religiosum virum [Johannem] abbatem monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte, diocesis Jadrensis, tam in cathedrali ecclesia Scardonensi, quam in ceteris ecclesiis dicto monasterio adiacentibus, secundum formam et tenorem litterarum dicti domini legati, excommunicatum esse, quousque ab ipso domino legato beneficium absolutionis accipere non meruerit, ex eo, quod citatus per nuncium iuratum dicti domini legati ad petitionem reverendi patris domini [Damiani] episcopi Scardonensis, sibi in iudicio responsurus de iustitia, comparere neglexit; aspirante termino dictorum quatuor mensium, idem dompnus Ambrosius eundem [Johannem] abbatem excommunicatum nunciavit in ecclesia sancti Johannis evangeliste de Scardona, quando misse sollempnia celebrabantur, observatis forma et modo, contentis in litteris ipsius domini legati. Actum Scardone, in dicta ecclesia sancti Johannis.

Ego Nicolaus de Coneolano filius quondam Andree Jervasii, imperiali auctoritate notarius, hiis interfui rogatus a dicto dompno Ambrosio et scripsi.

Archiv Vatic. Papi Avignonesi Vol. I. fol. 1.—4. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. II. 45.—53.

180.

1308, 12. augusta. U Poitiersu.

Papa Klement V. poziva nadbiskupa kaločkog i biskupa zagrebačkog (Augustina) na sabor u Viennu glede Templara.

Clemens episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Colocensi et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archipresbiteris, archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis exemptis et non exemptis, eorum capitulis et conuentibus per Colocensem prouinciam constitutis salutem et apostolicam benediccionem. Regnans in celis triumphans ecclesia, cuius pater est pastor eternus cui sanctorum ministrant agmina et laudis gloriam angelorum chori decantant, in terris ad sui similitudinem et representacionem constituit ecclesiam militantem vnigenito dei uiui filio domino Jesu Christo inefabili commercio copulatam, in qua idem vnigenitus dei filius a patre progrediens per illustracionem paracliti procedens pariter ab utroque statuit fidei fundamentum. Sane Romana ecclesia, mater alma fidelium caput est disponente domino ecclesiarum omnium et magistra, a qua ueluti a primitiuo fonte, ad singulas alias eiusdem fidei riuuli deriuantur. Ad cuius regimen uoluit Christi clementia Romanum pontificem vice sui deputare ministrum, ut instruccionem et doctrinam ipsius eloquio ueritatis ewangelice traditam, cuncti renati fonte baptismatis teneant et conseruent, et, qui sub hac doctrina cursum vite racione peregerint, salui fiant, qui uero ab ea deuiauerint, condempnentur. Ipsa nempe Romana mater ecclesia iuxta exigenciam possibilitatis ipsius ad cunctas orbis prouincias, in quibus diuini nominis cultus viget, fideique catholice obseruancia rutilat intuitum sedule consideracionis extendens, ac subiciens ab olim sue consideracionis examini diuturne calamitatis angustias illius specialis hereditatis dominice, videlicet terre sancte ab infidelibus miserabiliter conculcate, in qua idem eterni patris filius nostre carnis indumento contectus, salutem humani generis pietate ineffabili extitit operatus, quamque ipse uoluit corporali insignire presencia et proprii aspersione sanguinis consecrare, multa sollicitudine studuit eidem terre retroactis temporibus, quibus potuit remediis, ut caperetur ab ipsis impiis, subuenire. Et quia inter ceteros, quos professio christiane religionis includit, milites et fratres templi Jerosolimitani sicut est toto orbi notorium tamquam speciales eiusdem fidei pugiles et iam dicte terre pre-

cipui defensores, ipsius terre negocium principaliter gerere uidebantur, ipsos et eorum ordinem prefata ecclesia specialis fauoris plenitudine prosequens, eos aduersus Christi hostes crucis armauit signaculo, multis exaltauit honoribus, dicauit facultatibus, ac diuersis libertatibus et priuilegiis communiuit. Hii nimirum cum crederentur in domini seruicio sub regulari habitu fideliter militare, sibi quasi cunctorum manus fidelium cum multiplici erogacione bonorum senciebant multipharie multisque modis propterea adiutrices. Sed proh dolor, noua et calamitosa uox de malignitatis fratrum ipsorum enormitate progrediens nostrum repleuit ymmo uerius perturbauit auditum. Hec enim uox lamentacionis et gemitus audientibus errorem ingerit, commouet animos, mentes turbat et cunctis fidei christiane cultoribus[1] noue et ineffabilis amaritudinis calicem subministrat, et dum facti seriem eius necessitate poscente depromimus, noster attenuatur pre angustia spiritus et valitudinis fatigata confractibus membra singula pre nimio dolore tabescunt. Dudum siquidem circa nostre promocionis ad apicem summi pontificatus inicium, eciam antequam Lugdunum, vbi recepimus nostre coronacionis insignia, veniremus, et post, tam ibi quam alibi secreta nobis insinuacio intimauit, quod magister, preceptores et alii fratres ordinis dicte milicie templi et eciam ipse ordo, qui ad defensionem patrocinii ipsius domini nostri Jesu Christi fuerant in transmarinis partibus deputati, contra ipsum dominum in scelus apostasie nefandum, detestabile ydolatrie vicium, execrabile facinus Sodomorum et hereses uarias erant lapsi. Sed, quia non erat uerisimile nec credibile uidebatur, quod viri tam religiosi, qui precipue pro Christi nomine suum sepe sanguinem effundere ac personas suas mortis periculo frequenter exponere credebantur, quique multa et magna tam in diuinis officiis, quam in ieiuniis et aliis obseruanciis deuocionis signa frequencius pretendebant, sue sic essent salutis immemores, quod talia perpetrarent. Huiusmodi delacioni et insinuacioni ipsorum eiusdem domini nostri exemplis et canonice scripture doctrinis edocti aurem noluimus inclinare. Deinde uero karissimus in Christo filius noster Philippus rex Francorum illustris, cui eadem fuerant facinora nunciata, non tipo auaricie, cum de bonis Templariorum nichil venditare uel appropriare intendat, ymmo nobis ea et ecclesie per deputandos super hoc a nobis ad ministranda, gubernanda, conseruanda et custodienda liberaliter et deuote in regno suo dimisit manum suam exinde totaliter ammouendo, sed fidei orthodoxe feruore suorum progenitorum vestigia clara sequens, accensus de premissis, quantum licite potuit se informans ad instruendum et informandum nos super hiis multas et magnas informaciones

[1] Premješteno ovamo znakom navodnim.

per suos nuncios et litteras destinauit. Infamia uero contra Templarios ipsos increbrescente validius super sceleribus antedictis, et quia eciam quidam miles eiusdem ordinis magne nobilitatis et qui non leuis opinionis in dicto ordine habebatur, coram nobis secreto iuratus deposuit, quod in recepcione fratrum prefati ordinis hec consuetudo uel uerius corruptela seruatur, quod ad recipientis uel eo deputati suggestionem qui recipitur Christum Jesum negat et super crucem sibi ostensam spuit in uituperium crucifixi et quedam alia faciunt recipiens et receptus, que licita non sunt nec humane conueniunt honestati, prout ipse tunc confessus extitit coram nobis. Vrgente nos ad id nostri debito vitare nequiuimus, quin tot et tantis clamoribus accomodaremus auditum. Sed, cum demum fama publica deferente ac clamosa insinuacione dicti regis nec non ducum, comitum et baronum ac aliorum nobilium, cleri quoque et populi dicti regni Francorum ad nostram propter hoc tam per se quam per procuratores ac sindicos presenciam veniencium, quod dolenter referimus, ad nostram audienciam peruenisset, quod . . . [1] magister, preceptores et alii fratres dicti ordinis et ipse ordo prefatis et aliis pluribus erant criminibus irretiti, et premissa per multas confessiones, attestaciones, ac[2] deposiciones prefati magistri et plurium preceptorum et fratrum ordinis prelibati coram multis prelatis et heretice prauitatis inquisitore in regno Francie factas, habitas et receptas et in publicam scripturam redactas, nobisque et fratribus nostris ostensas probari quodam modo uiderentur, ac nichilominus fama et clamores predicti in tantum inualuissent et eciam ascendissent tam contra ipsum ordinem quam contra personas singulares eiusdem, quod sine graui scandalo preteriri non poterant nec absque imminenti periculo tolerari. Nos illius, cuius uices licet immeriti in terris gerimus uestigiis inherentes, ad inquirendum de predictis racione preuia duximus procedendum, multosque de preceptoribus, presbiteris, militibus et aliis fratribus dicti ordinis reputacionis non modice in nostra presencia constitutis, prestito ab eis iuramento, quod super premissis meram et plenam nobis dicerent ueritatem, super predictis interrogauimus, et usque ad numerum septuaginta duorum examinauimus, multis ex fratribus nostris nobis assidentibus, diligenter, eorumque confessiones per manus publicas et autenticam scripturam redactas, ilico in nostra et nostrorum fratrum presencia, ac deinde interposito aliquorum dierum spacio in consistorio legi fecimus coram ipsis et illas in suo vulgari cuilibet ipsorum exponi. Qui perseuerantes in illis eas expresse ac sponte, prout recitate fuerant, approba-

[1] U kodeksu jamačno mjesto imena.

[2] Umetnuto iznad linije istom rukom.

runt. Postque cum magistro et precipuis preceptoribus prefati ordinis intendentes super premissis inquirere, per nos ipsos, ipsum . . . magistrum et . . . Francie . . . terre vltramontane . . . Normanie . . . Aquitanie a[c] Pictauie preceptores maiores nobis Pictauis existentibus mandauimus presentari. Sed quoniam quidam ex eis sic infirmabantur tunc temporis, quod equitare non poterant nec ad nostram presenciam quoquo modo adduci, nos cum eis scire uolentes de premissis omnibus ueritatem et an uera essent, que continebantur in eorum confessionibus et deposicionibus, quas coram inquisitore heretice prauitatis in regno Francie presentibus quibusdam notariis publicis et multis aliis bonis uiris dicebantur fecisse, nobis et fratribus nostris per ipsum inquisitorem sub manibus publicis exhibitis et ostensis, dilectis filiis nostris Berengario tituli sanctorum Nerei et Achillei et Stephano tituli sancti Ciriaci in Termis presbiteris et Landulfo sancti Angeli dyacono cardinalibus, de quorum prudencia, experiencia et fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus, commisimus et mandauimus, ut ipsi cum magistro et preceptoribus inquirerent tam contra ipsos et alias singulares personas dicti ordinis generaliter, quam contra ipsum ordinem in premissis cum diligencia ueritatem; et quitquid super hiis inuenirent, nobis referre ac eorum confessiones et deposiciones per manum publicam in scriptis redactas nostro apostolatui deferre ac presentare curarent, eisdem magistro et preceptoribus absolucionis beneficium a sentencia excomunicacionis, quam pro premissis, si uera erant incurrerant, si absolucionem humiliter ac deuote peterent, ut debebant. iuxta formam ecclesie impensuri. Qui cardinales ad ipsos magistrum et preceptores personaliter accedentes eis sui aduentus causam exposuerunt. Et quoniam tam persone quam res ipsorum et aliorum Templariorum in dicto regno consistencium[1] in manibus nostris erant, quod libere absque metu cuiusquam plene ac pure super premissis omnibus ipsis cardinalibus dicerent ueritatem, eis auctoritate apostolica iniunxerunt. Qui magister et preceptores Francie, terre ultramarine, Normanie, Aquitanie ac Pictauie coram ipsis tribus cardinalibus, presentibus tribus tabellionibus publicis et multis aliis probis uiris ad sancta dei ewangelia corporaliter tacta, prestito iuramento, quod super premissis omnibus meram et plenam dicerent ueritatem, coram ipsis singulariter, libere ac sponte, absque coactione qualibet et terrore deposuerunt et confessi sunt inter cetera Christi abnegacionem et spuicionem super crucem, cum in ordine templi recepti fuerunt; et quidam ex eis se sub eadem forma, scilicet cum abnegacione Christi et spuicione super crucem fratres multos recepisse; sunt eciam

[1] Pisano najprije existencium.

quidam ex eis quedam alia horribilia et inhonesta confessi, que, ut eorum ad presens parcamus uerecundie, subticemus. Dixerunt preterea et confessi fuerunt esse uera, que in eorum confessionibus et deposicionibus continentur, quas dudum fecerant coram inquisitore heretice prauitatis; que confessiones et deposiciones dictorum magistri et preceptorum in scripturam publicam per quatuor tabelliones publicos redacte in ipsorum magistri et preceptorum et quorundam aliorum bonorum uirorum presencia, ac deinde interposito aliquorum dierum spacio, coram ipsis eisdem lecte fuerunt, de mandato et in presencia cardinalium predictorum et in suo vulgari exposite cuilibet eorundem, qui perseuerantes in illis eas expresse et sponte prout recitate fuerant, aprobarunt. Et post confessiones et deposiciones huiusmodi ab ipsis cardinalibus ab excomunicacione, quam pro premissis incurrerant, absolucionem flexis genibus manibusque compositis humiliter et deuote cum lacrimarum effusione non modica pecierunt. Ipsi uero cardinales, quia ecclesia non claudit gremium redeunti, ab eisdem magistro et preceptoribus heresi abiurata expresse, ipsis secundum formam ecclesie, auctoritate nostra absolucionis beneficium inpenderunt, ac deinde ad nostram presenciam redeuntes confessiones et deposiciones prelibatorum magistri et preceptorum in scripturam publicam per manus publicas, ut est dictum, redactas nobis presentauerunt, et que cum dictis magistro et preceptoribus fecerunt, retulerunt. Ex quibus confessionibus et deposicionibus ac relacione inuenimus sepefatos magistrum et fratres in premissis et circa premissa, licet quosdam ex eis in pluribus et alios in paucioribus grauiter deliquisse, attendentes autem, quod scelera tam orrenda transire incorrecta absque dei omnipotentis et omnium catholicorum iniuria non poterant nec debebant, decreuimus de fratrum nostrorum consilo per ordinarios locorum, ac per alios fideles et sapientes viros ad hoc deputan[dos] a nobis contra singulares personas ipsius or[dinis] nec non et contra dictum ordinem per certas [et dis]cretas personas, quas[1] ad[1] hoc [duxi]mus deputandas super predictis criminibus et excessibus inquirendum. Hiis nempe, que magis flere cogimur quam narrare, cor nostrum nimia passione cruciatur, et cum tanta nobis immineat gemendi materia, fletum non possumus declinare. Quis nam catholicus hec audiens nimis non doleat et prorumpat in luctum; quis fidelis huiusmodi sinistrum euentum intelligens, amara non emittat suspiria, verbaque lamentacionis et mestitudinis non eructet, cum tota christianitas huius doloris sit particeps et hic casus fideles percuciat vniuersos; ex hiis eciam, dum ministerio debite consideracionis nostre mentis presentantur intuitus, ignis

[1] Pisano dva puta.

*

in nostris meditacionibus exardescit et ad tanta discrimina releuanda suspirat affectus, zelus accenditur et spiritus anxiatur. Ad quod, cum nos sufficere comode non posse sciamus, leuamus oculos nostros ad montem, montem quidem dei, montem uberem, montem pinguem, vnde oportunum prouenire nobis auxilium et humiliter petimus et deuote speramus. Et quia salubre in hiis adhiberi remedium interest generaliter omnium, nos cum eisdem fratribus nostris, aliis uiris prudentibus exacto et frequenti tractatu prehabito, prout tante necessitatis instancia exigebat, de ipsorum fratrum consilio vniuersale concilium sicut imitacione digna sanctorum patrum consuetudo laudabilis, longeue obseruacionis exemplo nos instruit, a proximis kalendis octobris ad duos annos immediate sequentes decreuimus congregandum, vt in eo tam circa dictum ordinem et personas singulares et bona eiusdem et alia que statum tangunt fidei catholice, quam circa recuperacionem et subsidium terre sancte, ac reparacionem, ordinacionem et stabilitatem ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum et libertatem earum illa deo auspice communi consilio inueniatur prouisio et eiusdem approbacione concilii roboretur. Per cuius salutiferam execucionem virtus altissimi climatis erroribus [incontaminata] fide ad tramitem veritatis reductis errantibus reintegra, eiusdem fidei vnitate extirpatis . . . . tis virtutibusque plantatis correc . . . . moribus reformatis, repressis oppressionibus, libertate solida, stabilitate munita, recuperatis deperditis et eiusdem terre statu prospero reparato, occupata restituat, vastata restauret et restaurata conseruet, nobisque uiam aperiat idem ipse qui nouit et facultatem tribuat, ipse qui potest, ut sic in premissis iuxta incensum animi nostri desiderium sibi ministrare possimus salubriter, quod idem uerus eiusdem vniuersalis sponsus ecclesie, ipsam dilectam suam purgatam maculis, munitam uirtutum monilibus (!) ac ornatam vnam semper habeat et formosam ad sui nominis laudem et gloriam, ad animarum profectum, robur fidei, pacem et exaltacionem templi christiani; quia uero prosecucio tanti propositi tempore indiget, ut deductum maturius facilius auctore domino effectum debitum sorciatur, predictum tempus ad id duximus deputandum. Quo circa vniuersitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus vos fratres archiepiscope, [Augustinus] Zagrabiensis et Vltrasiluane, episcopi, reliquis uestrum episcoporum in uestra prouincia remanentibns ad ea, que pontificale officium exigunt, tam in uestris, quam in illorum dicte prouincie, qui ad huiusmodi vniversale concilium accesserint, ciuitatibus et dyocesibus exercenda, omni negligencia relegata cunctis prout talis et tanti negocii qualitas exigit, dispositis et paratis, sic medio tempore attingatis ad iter, quod in huiusmodi decreto termino, quem uobis et aliis perhemptorie assignamus in Viennensi ciuitate, nostro uos

archiepiscope et episcopi superius nominati personaliter, uos uero alii remanentes episcopi, electi, abbates, priores, decani, prepositi, archipresbiteri, archidiaconi et prelati, capitula et conuentus per eosdem archiepiscopum et episcopos ad predictum concilium accessuros, quibus ad omnia, que in eodem concilio statuentur, fient et ordinabuntur, et fuerint oportuna concedatis plenariam potestatem, de qua sufficienter constet, per publica documenta conspectui presentetis. Quod si forsitan predictis archiepiscopo et episcopis accessuris, huiusmodi nolueritis concedere potestatem, eo causu (!) uenire, uel alios procuratores ydoneos cum potestate simili ad idem concilium teneamini destinare; non obstantibus quibuslibet priuilegiis seu indulgenciis quibuscumque personis, ordini dignitati seu collegio sub quacumque uerborum forma uel expressione a predicta sede concessis, per que posset effectus huiusmodi mandati nostri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari. Interim quoque per uos et alios prudentes viros, deum timentes et habentes pre oculis, omnia que correctionis et reformacionis lineam exposcunt, inquirentes subtiliter et conscribentes fideliter eadem ad ipsius concilii noticiam deferatis, et nos nichilominus variis modis et uiis sollers studium et efficacem operam dare proponimus, ut omnia talia in examen huiusmodi deducta concilii, correccionem et directionem recipiant oportunam. Nullus inobediencie notam et canonice vlcionis acrimoniam vitare desiderans velamento fallacium excusacionum se muniat vel ex inpedimentis itinerum, que domino praua in directa et in uias plenas aspera sua omnipotencia conuertente cessabunt friuole allegacionis munimenta confringat, vt a tam sancti prosecucione operis se subducat, sed occurrant singuli uoluntarii ad id, quod et diuine congruit voluntati et salutem animarum ac vtilitatem respicit singulorum. Datum Pictauis, secundo ydus augusti, pontificatus nostri anno tercio.[1]

Iz prijepisa nadbiskupa kaločkog od g. 1310. 15. febr. Prijepis ovaj iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 61.—64. Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu 1. B. 9. 167.

---

[1] Ovo pismo papinsko o znamenitom dogodjaju u svjetskoj povijesti sačuvano nam je u zborniku privilegija biskupije zagrebačke pisanom prije god. 1350., dakle skoro savremeno. Vidi se, da je u prijepisn i pogrešaka, koje ipak nisu bitne.

181.

1308, 12. augusta. U Veneciji.

Petar Gradonik dužd mletački uredjuje odnošaje medju Dubrovnikom i otokom Lastovom za dubrovačkog kneza Andrije Daura.

Hec est copia breuilegia communis Laguste. Petrus Gradanico(!) dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie dux, dominus quarte partis et dimidii tocius imperii Romanorum nobilibus et sapientibus viris Andree Dauro de suo mandato comiti Ragusino presenti et aliis futuris comitibus fidelibus suis dilectis salutem et dileccionis affectum. Nuper ad nostram transmissi presenciam nuncii vniuersitatis Laguste nostrorum fidelium grauamina sua eis importabilia nobis exponere curauerunt petentes humiliter, ut ipsorum destructioni remedium apponentes pro iurisdiccionibus, quas vnusquisque comes Ragusinus ibidem consueuit habere: de mulieribus fornicariis, de decimis omnis bladi, de uino, de edis et furtis, de scolis et cunilis, de percussionibus et efusionem(!) sanguinis et quibuscumque aliis iurisdiccionibus ad comites pertinentibus dignaremur statuere, quod comites, qui erunt per tempora, debeant habere pro omnibus iurisdiccionibus supradictis libras octo grossorum annuatim et solidos grossos quindecim pro falconibus, quos habebant hactenus, et iurisdicciones ipse omnes remaneant in dicto communi de Lagusta . . . . . Ergo super eorum grauaminibus conparentes per nostras nuper litteras certificati, prudencie vestre iubemus per nostra consilia minus et maius et vobis precipimus . . . . contenti sitis pro omnibus iurisdiccionibus supradictis habere anuatim ab vniuersitate predicte insule libras octo grossorum, et pro falconibus sollidos grossos quindecim, et iurisdicciones vniuerse predicte remaneant in vniuersitate predicta. Et debeatis mitere illuc unum vicarium, qui habeat tantum yperperorum quinquaginta ab vniuerssitate(!) predicta, nec possit donum recipere siue presens, omittentes eidem vicario nostro, qui bene regat insulam supradictam et de iure regi debet. Et hec sint firma ad nostre beneplacitum voluntatis. Datum in nostro ducali palacio, anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo octauo, die duodecimo mensis augusti, sexta indiccione.

Savremeni prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

Na hrptu drugom rukom: »1308. Copia priuilegii concessi per ducem Veneciarum comiti Ragusino pro Lagustinis.«

182.

1308, 16. — 23. augusta. U Senju.

Kardinal Gentilis zapovijeda biskupu ninskomu neka izopći heretike.

Frater Gentilis etc. Venerabili in Christo patri [domino Ioanni][1] episopo Nonensi salutem in domino. Sua nobis dilecti in Christo filii, minister provincialis ordinis fratrum Minorum et . . . inquisitor haereticae pravitatis in provincia Sclavoniae ac . . . guardianus et fratres eiusdem ordinis Jadrensis, gravi conquestione monstrarunt et ad nos veridica iam relatione non sine magna mentis turbatione, pervenit, quod Marinus et Simon presbitery, Chrysogonus diaconus et Petrus subdiaconus Jadrensis perditionis filii, associatis sibi quibusdam aliis iniquitatis alumpnis, dei et hominum timore postposito, ac reverentia vilipensa, in inquisitorem et quosdam alios ex fratribus supradictis, insultum cum armis et lapidibus nefarium facientes non sine manuum iniectione, temere violenta, ausu sacrilego, quosdam ex dictis fratribus verberarunt, quosdam vero non sine multa sanguinis effusione percusserunt ad mortem. Quia vero propter exempli perniciem prorogandi ad posteros, talia non sunt coniventibus oculis toleranda, paternitati vestre, qua fungimur auctoritate, sub excommunicationis poena, quam ipso facto vos incurrere volumus, si huiusmodi mandatum nostrum efficaciter neglexeritis, adimplere districte praecipimus, quatenus dictos sacrilegos per vos vel per alium seu alios in ecclesiis vestre civitatis et diocesis et in locis aliis ubi expedire videritis, tamdiu excommunicatos publice nuncietis et faciatis ab aliis arctius evitari, donec passis iniuriam satisfecerint competenter, et cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam vel ad presentiam nostram personaliter venerint absolvendi, et nihilominus ipsos per te vel alium seu alios ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut infra quindecim dierum spatium post citacionem huiusmodi personaliter se nostro conspectui representent, facturi et recepturi super premissis, quod ulterius preter denunciationem predictam ordo dictaverit rationis. Invocato ad citationem huiusmodi faciendam, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, diem vero citacionis et formam et quidquid vnde feceritis, nobis per vestras literas harum seriem continentes, studeatis fideliter intimare. Datum Segnie, anno 1308.

Mon. Vaticana. Acta legationis cardinalis Gentilis. p. 53.—54. — E codice Vaticano no. 4013. fol. 6.—7. — Batthydny Leges ecclesiast. III. 53. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 7, 54.—56.

---

[1] Mon. Vaticana ne ima.

183.

1308, 17. augusta. U Senju.

Kardinal Gentil prima u svoju pratnju Andriju sina Marka Mihajlova kneza rabskoga.

Frater Gentilis miseratione divina tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto domicello et familiari nostro Andree, nato nobilis viri Marci Michaelis comitis Arbensis salutem in domino. Tui nobilitas generis et devotionis sinceritas, quam ad personam nostram te habere percepimus, promerentur, ut personam tuam specialis favoris gratia prosequamur. Hinc est, quod nos te in domicellum et familiarem nostrum recipimus, et domicellorum et familiarium nostrorum consortio aggregamus. Volentes, ut de cetero domicellorum ac familiarium nostrorum nomine gaudeas, et favoris nostri ubique presidio potiaris. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde confectas sigillo nostro munitas tibi duximus concedendas. Datum Segnie, XVI. kalendas septembris, anno domini millesimo trecentesimo octavo, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

U mletačkom državnom arkivu. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. 2. p. 54.—55. — Wenzel Acta extera Andag. I. 179.

184.

1308, 17. augusta. U Kortoni.

Neapoleo legat apostolske stolice nalaže biskupu krčkomu, da provede istragu protiv kneza i općine zadarske, koji su oteli samostanu sv. Nikole neke zemlje, zgrade, kmetove i t. d.

Neapoleo miseratione diuina sancti Adriani diaconus cardinalis apostolice sedis legatus. Venerabili in Christo patri . . . dei gratia episcopo Veglensi, uel eius vicario super spiritualibus salutem in domino. Sua nobis, dilecte in Christo, . . . abbatissa et conuentus sororum inclusarum monasterii sancti Nicolai Jadrensis ordinis sancte Clare, peticione monstrarunt, quod . . . comes et comune Jadrense ipsas quibusdam terris et villa necnon villanis et ascripticiis consistentibus in terris et villa predictis, animalibus quoque et instrumentis publicis per uiolen-

tiam spoliarunt in animarum suarum perniciem et earundem abbatisse et conuentus enorme preiudicium et scandalum plurimorum. Cum itaque poliatis iniuste sit restitucionis beneficio succurrendum, discretioni uestre qua fungimur auctoritate mandamus, quatinus partibus conuocatis, si de plano et sine iudicii strepitu uobis constiterit, de premissis prefatos comitem et comune, quod eisdem abbatisse et conuentui terras, villam, villanos et ascripticios, animalia et instrumenta restituant supradicta, monitione premissa per censuram ecclesiasticam compellatis, prouiso, ne in prefatum comune excommunicationis uel interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc a nobis mandatum receperitis spetiale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili compellatis ueritati testimonium perhibere. Datum Cortone, XVI. kalendas septembris, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 43. — Nema pečata.

Listina istoga datuma i sadržaja upravljena: »episcopo Abscerensi« u istom arkivu i odjelu br. 50.

185.

1308, 18. augusta. U Kortoni.

Papinski legat Neapoleo nalaže nadbiskupu zadarskomu, neka ne sili samostana sv. Nikole na davanje prinosa za legata.

Neapoleo miseratione diuina sancti Adriani diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, venerabili in Christo patri . . . dei gracia archiepiscopo Jadrensi, uel eius vicario super spiritualibus salutem in domino. Dudum bone memorie frater Matheus Portuensis et sancte Rufine episcopus tunc in partibus istis apostolice sedis legatus declarauit abbatissas et conuentus monasteriorum ordinis sancte Clare ad prestandum procurationem legatis sedis apostolice non teneri, sed ex vigore priuilegiorum sedis eiusdem ipsas fore exemptas a prestatione huiusmodi et immunes prout in litteris eiusdem episcopi plenius continetur. Ideoque discrecioni uestre, qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus . . . abbatissam et conuentum monasterii sancti Nicolai Jadrensis eiusdem ordinis ad prestandum procurationem huiusmodi non cogatis, nec contra declarationem eiusdem episcopi, quam in hac parte duximus approbandam, permictatis easdem super solutione seu prestatione procuratione huiusmodi aliquatenus molestari, omnes processus per quoscumque contra eas

occasione huiusmodi promulgatos decernentes irritos et inanes. Datum Cortone, XV. kalendas septembris, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Original u gubern. arkivu u Zadru: odio samostana sv. Nikole no. 105. Pečat izgubljen.

186.

1308, 23. augusta. U Senju.

Papin legat kardinal Gentilis daje oproste posjetnicima crkve u Dobrinju na otoku Krku.

[Frater Gentili]s miseratione divina tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus. [Universis Christi fideli]bus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Loca sanctorum omnium pia [et prompta devotione sunt] a Christi fidelibus veneranda, ut dum dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant, [et illorum nobis vendicantes] quodam modo patrocinium apud ipsum, quod merita nostra non obtinent, eorum mereamur intercessionibus [optinere. Cupientes itaque,] ut ecclesia sancti Viti districtus castri Dobregne, Veglensis diocesis, congruis honoribus frequentetur, [omnibus vere penitentibus] et confessis, qui ecclesiam ipsam in sancti Andree, sancti Viti, sancte Marine virginis et martyris [festivitatibus, et] per octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, devotionis causa venerabiliter visitarint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et [Pauli apostolorum eius meritis] confidentes, auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, quadraginta dies de iniunctis [eis penitentiis annis singulis] misericorditer in domino relaxamus. Datum Segnie, X. kalendas septembris, anno nativitatis [millesimo trecentesimo octavo,] pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Original. — Bibl. Vatic. in coopertorio codicis no. 4013. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. 2. 55.—56. — Čini se, da ta isprava nije otpremljena bila.

187.

1308, 26. augusta. U Zadru.

Dešača udova Valkova iz otoka Iža prodaje Iani udovi Matije Zavata komad zemljišta na istom otoku.

In Christi nomine amen. Anno domini ab incarnatione euisdem millesimo trecentesimo octauo, indicione sexta, die sexto exeunte augusto, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venetie, et reuerendi patris domini fratris Jacobi de Fulgi[n]eo venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Mathei Manolesso egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum, ego quidem Desaça uxor condam Valco habitatrix in insula Eçi, quomodo do, vendo atque transacto tibi quidem domine Gan[n]e vxori condam Mathei Çauatta ciuis Jadre vnam petiam mee terre de gognays quinque et si plus infra confines subscriptos, posite in insula Eçi, cui de borea et trauersa est terra Jurgii filii condam Radune de dicta insula Eçi, de quirina et austro est terra tua propria, cum omni longitudine et latitudine sua et cum omnibus suis certis terminis, habentiis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram, a modo in antea cum plena uirtute et libera potestate cum heredibus et successoribus tuis dictam petiam terre cum suis pertinenciis intromictendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, vendendi, alienandi, pro anima et corpore indicandi et omnia alia faciendi sicut de re tua propria nemine tibi uel tuis heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante. Pretio cuius venditionis et transactionis habui et recepi a te libras octo denariorum venetorum paruorum, quas michi dedisti et integre persoluisti in pecunia numerata. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi domine Ganne tuisque heredibus et successoribus dictam petiam terre cum suis pertinentiis excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presentia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, s[c]ilicet Stephano de Soppe plebano ecclesie sancti Petri noui de platea Jadre, et Leonardo de Formino ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus de Piçeha examinator manum missi.

Ego Conte de Vico Pisano imperiali auctoritate notarius et Ja-

drensis iuratus hiis omnibus interfui rogatus, scripsi et roborabi et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1308.

188.

1308, 1. septembra. Kod Modruša.

Franjo opat manastira sv. Petra Rabskog imenuje svojim zastupnikom Angela de Sancta Victoria.

Die primo mensis septembris, apud Modruxium, presentibus fratre Petro de Lana, magistro Johanne de Pontecuruo et Zuccha de Pergula, familiaribus domini legati, dominus frater Franciscus abbas monasterii sancti Petri, Arbensis diocesis, fecit et constituit suum procuratorem magistrum Angelum de Sancta Victoria, presentem et suscipientem contra omnes personas etc.

Ego Phylippus rogatus.

Biblioteca Vaticana Cod. no. 3935. fol. 4. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. T. II. p. 56.

189.

1308, 9. septembra. U Zagrebu.

Papin legat kardinal Gentilis zaštićuje samostane u biskupijama ostrogonskoj i zagrebačkoj od nasilnika.

Frater Gentilis dilectis in Christo filiis . . Scepusiensis et . . . Zagrabiensis ac . . sancti Martini in Cips Strigoniensis diocesis ecclesiarum prepositis salutem in domino. Dignum est, ut qui non solum sua, verum etiam semet ipsos salubriter abnegantes, carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifigunt in claustris claustralibus se claudendo, gratis attollamus favoribus et congruis presidiis preveniamus, ut eo devotius quo quietius pacis famulentur authori. Sane dilecti in Christo filii priores et conventus domorum beate Marie in Clusa et sancte Margarithe in lapide refugii ac paradisi sancti Joannis in Lu-

besica, ordinis Carthusiensis Strigoniensis et Zagrabiensis diocesis, sua nobis conquestione monstrarunt, quod nonnulli clerici et laici ad eos propter deum debitam reverentiam non habentes, ipsos in personis, bonis ac iuribus suis contra apostolice sedis et legatorum eius indulta presumunt indebite molestare. Verum cum ordinarii iniuriatorum ipsorum eisdem prioribus et conventibus in exhibendo iustitiam de talibus se interdum reddant difficiles et etiam negligentes, ipsisque nimis difficile ac dispendiosum existat pro singulis iniuriis apostolicam sedem adire; iidem fratres nobis humiliter supplicarunt, ut providere eis in hac parte de oportuno remedio dignaremur. Ideoque discretioni vestre qua fungimur authoritate mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios prefatis prioribus et conventibus defensionis presidio assistentes, vocatis qui fuerint evocandi, cum ab eis fueritis requisiti, veritate cognita de predictis iniuriatoribus, cuiuscunque conditionis, status, ordinis vel dignitatis existant, etiamsi pontificali fulgeant dignitate, exibeatis iustitie complementum, contradictores eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Zagrabie, V. idus septembris.

Monumenta Vaticana Hungariae. Acta legationis cardinalis Gentilis. 56.—57. — Wagner l. c. p. 395.—396. — Katona Hist. crit. r. Hung. VIII. 135. — Batthyány Leges ecclesiasticae III. 53. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. 348.—349. VIII. 1. 261.—262. VIII.. 7. 56.—57.

190.

1308, 9. septembra. U Zagrebu.

Fr. Augustin biskup zagrebački prima i odobrava pismo Bosona generala kartuškoga reda pisano hercegu hrvatskomu Henriku.

Frater Augustinus dei gratia Zagrabiensis ecclesie episcopus universis presentia inspecturis salutem in domino. Noverint omnes presentium inspectores, quod litteras venerabilis et religiosi viri domini Bosonis, generalis prioris ordinis Cartusiensis, vidimus et perlegimus per omnia sub hac forma: *(Slijedi listina fratra Bože od g. 1308, 23. jula.)*[1] Quas quidem litteras vidimus, perlegimus et probavimus diligenter et invenimus eas iustas et veras, nec aliqua sui parte vitiatas, cum vero et pendente in charta sigillo, quo predicti ordinis generale capitulum in maioribus negotiis solet uti. In cuius rei testimonium has literas de-

[1] Ova listina se ne odnosi na našu zemlju, s toga ju ne priopćismo.

dimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Zagrabie, anno domini MCCCVIII., in crastino nativitatis beate Marie virginis gloriose.

»Ex autographo tabularii Zagrabiensis« veli: Kaprinai sub C. I. IX. 91. — Ap. B. Pez III. 4. — Katona Hist. crit. r. Hung. VIII. 137. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. vol. 1. 251.—252.

191.

1308, 22. septembra. U Lorewu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje podložnike grada Zagreba od roda Lastića i Stankovića biskupu zagrebačkom Augustinu i njegovim nasljednicima.

Karolus dei gracia rex Vngarie omnibus quibus presentes ostenduntur salutem in eo, qui salutem operatus est in medio terre. Maiestati regie conuenit ob dei reuerenciam ecclesiarum iura defendere, fauoreque[1] beniuolo propensius dilatare, quia multum esse non potest, quod deo redditur, a quo et presencia bona utiliter et futura feliciter tribuuntur. Nos igitur, qui diuino munere regni gubernacula possidemus, in ea, que secundum tempus expediri credimus animum intendentes, ac Zagrabiensem ecclesiam maiorum nostrorum sollicitudine et liberalitate fundatam, itemque personam venerabilis patris, fratris A[ugustini] ipsius ecclesie nunc episcopi, fidelitatis ac seruiciorum merito volentes prosequi priuilegio gracie specialis, iobagiones castri nostri Zagrabiensis de genere Laztech et de genere Stankouch cum omnibus possessionibus ac rebus suis, exemptos ab omni seculari famulatu eidem episcopo suisque successoribus conferimus et donamus eo modo, sicut et ceteros prediales perpetuo seruituros. In cuius rei certitudinem presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Lorew in insula magna, die dominica proxima post festum beati Mathei apostoli, anno domini MCCC⁰ VIII.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 44. Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: 1. B. IX. 167.

---

[1] Pisano: fouore.

192.

1308, 25. septembra. U Zagrebu.

Papin legat kardinal Gentilis izopćuje Jakoba opata rabskoga, jer nije došao na njegov poziv na sud.

Frater Gentilis etc. Dilecto in Christo filio religioso viro fratri Francisco de Mantua, ordinis sancti Benedicti, salutem in domino. Dum diligenter advertimus, quam sit amarum abundare solitis et specialiter contra iustitiam, dignitatibus destitutis experiri dispendium egestatis, et quid premii a divina clementia de impensa talibus subventione proveniat, libenter, quod possumus, eis provisionis auxilium impertimur. Sane licet pridem fratrem Jacobum, qui pro abbate monasterii sancti Petri Arbensis nunc se gerit, per litteras nostras et nuncium curie nostre iuratum peremptorie citare fecerimus, ut certo termino in dictis litteris comprehenso et iam elapso, coram nobis super bono statu ipsius monasterii et aliis, ad nostre legationis officium pertinentibus, auditurus, que mandare volebamus eidem, prout in eisdem citationis litteris plenius continetur, legitime comparere deberet; quia tamen, ut inobedientie filius, per se vel alium ad predicta coram nobis comparere contempsit, magistro Philippo de Sardinea canonico Arborensi, capellano nostro ac curie nostre generali auditori causarum commisimus specialiter, ut contra eundem fratrem Jacobum, secundum quod sua exigeret contumacia et suaderet iusticia, ad excommunicationis et suspensionis sententias procederet, et alias, prout sibi, servato iuris ordine, videretur. Qui auditor, visa citatione et comperta contumacia fratris Jacobi supradicti, interloquendo pronunciavit merito contumacem; nichil plus tunc contra ipsum procedens. Sperans, ut contumaciam et inobedientiam suam debita satisfactione redimeret, ac mandatis nostris et sancte matris ecclesie humiliter ac devote pareret. Verum, quia idem frater Jacobus omnino in sua contumacia persistebat, prefatus auditor, quia nil obedientia prodesse videretur humiliter, si contumacia contumacibus non obesset, eum excommunicationis sententia innodavit, ipsumque in maioribus et aliis ecclesiis Segniensis, Veglensis et Assarensis civitatum, et in loco fratrum Minorum de Arbo, ut ad ipsius perveniret noticiam, per litteras nostras mandavimus tamdiu excommunicatum publice nunciari singulis diebus dominicis et festivis, donec ad nostra et ecclesie mandata rediens, mereretur absolutionis beneficium obtinere. Cumque idem frater Jacobus excommunicationem ipsam diu substinuerit, et adhuc substineat, in sua

contumacia perseverans animo indurato, et crescente contumacia, crescere debet et pena, dictus auditor sententialiter suspendit eundem ab amministratione qualibet spiritualium et temporalium monasterii supradicti, expresse mandante, ut vassalli et alii subditi dicti monasterii dicto fratri Jacobo, tanquam abbati, in nullo respondeant, nec alias ei pareant, nec intendant. Prout hec omnia tam ex relatione prenominati auditoris nostri, quam ex actis, in ipso negotio actitatis, plenissime nobis constant. Amministratione itaque tam in capite, quam in membris prefati monasterii ad nos legitime devoluta, nobis humiliter supplicasti, ut tibi, qui olim, nulla causa rationabili precedente, abbatia dicti monasterii, in cuius possessione diu pacifice fueras, prout fertur, perperam et inique diceris spoliatus, de quadam domo ad dictum monasterium sancti Petri Arbensis, sita in Segnia, pertinente, cum iuribus et pertinentiis suis pro substentatione vite tue providere misericorditer dignaremur. Nos itaque attendentes tue devotionis ac fidei puritatem, aliaque probitatis merita, super quibus laudabile tibi testimonium perhibetur, tuis supplicationibus inclinati, ne in tui dedecus ordinis mendicare cogaris, de predicta domo cum iuribus et pertinentiis suis, in provisionem et substentationem vite tue, donec de ipsa aliud ordinandum duxerimus, tibi auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, tenore presentium providemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collationis seu provisionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Zagrabie, VII. kalendas octobris, anno domini MCCCVIII., pontificatus domini Clementis pape V., anno tertio.

Bibliot. Vatic. Cod. no. 4013. fol. 7.—8. — Monum. Vatic. Hung. Series I. Tom. II. 57.—59. — Batthyány Leg. eccles. III. 54.

193.

1308, 29. septembra. U Zagrebu.

Augustin biskup zagrebački prosvjeduje protiv nepravednoga svojatanju Medvedgrada.

Frater Gentilis miseracione divina tituli sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus. Universis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod venerabilis in Christo pater frater Augustinus dei gracia Zagrabiensis epi-

scopus in nostra et magnificorum virorum Stephani et Johannis comitum Baboneg presencia constitutus, requisivit diligenter et instanter peciit, ut castrum dictum Medued, quod ecclesie Zagrabiensis esse dinoscitur et ad eos perversa Marci canonici Zagrabiensis faccione devolutum extitit, ipsi episcopo et eidem Zagrabiensi ecclesie restituerent, offerens se paratum ad restitucionem pecunie, pro qua dictum castrum ab eodem canonico receperunt, et ad omne aliud interesse secundum nostri extimacionem iudicii. Et quoniam dicti nobiles peticionem eius ad presens asseruerunt admittere se non posse, idem episcopus proclamavit et protestatus est coram nobis comitibus eisdem presentibus, castrum suum ab ipsis eo invito et contradicente detineri. Super quibus: requisicione, peticione, proclamacione ac protestacione dicti episcopi et eorumdem comitum responsione, ad instanciam ipsius episcopi presentes litteras ad futuram rei memoriam fieri mandavimus et nostri sigilli appensione muniri. Actum super ripam fluminis Zaua, in loco qui vocatur portus regius, iuxta Zagrabiam, anno domini MCCC octavo, tercio kalendas octubris(!), pontificatus domini Clementis pape quinti, anno quarto.[1]

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 65. — Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 81.—82. — Farlati Illyr. sacr. V. 397. — Kukuljević Ark. za pov. jugosl. III. 83.

194.

1308, 1. oktobra. U Veneciji.

Petar Gradonico mletački dužd pita kardinala Gentila, da li može Jakob Vendelin kanonik zagrebački dobiti povratu prebende.

Fratri cardinali in partibus Ungarie legato. Cum dilectus noster Jacobus Vendelinus plebanus ecclesie sancti . . . de Venetiis, canonicus sancti Marci de Venetiis, Minorensis et ecclesie Zagrabiensis, quem fama laudabilis recommendat, intendat dare operam studio litterarum, sed quod sine redditibus nequiret in effectum deducere, paternitatem vestram affectuose rogamus, quatenus eidem dignemini de gratia speciali concedere, quod ipse in aliqua ecclesiarum suarum possit recipere redditus prebende dicte ecclesie Zagrabiensis. Datum die primo octobris, indictione VII.[2]

U mletačkom državnom arkivu. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. II. 59. — Wenzel Acta extera I. 180.

---

[1] »Quarto« je po papinom izboru (5. juna 1305.) a ne po krunisanju (14. nov. i. g.)

[2] Indikcija bizantinska.

195.

1308, 31. oktobra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje podložnike grada Zagreba od plemena Lastić i Stanković biskupu zagrebačkom Augustinu.

Karolus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, per quem reges regnant et principes tenent terram. Omnipotentis dei beneficiis gratanter occurrimus, si de hiis, que nobis habunde collata sunt, liberaliter ad ipsius obsequium elargimur; quod tanto nobis propensius agere conuenit, quanto et temporalis gubernacula regni ex ipsius benignitate suscepimus, et future beatitudinis premia, que omne desiderium superant, ab ipso fiducialius expectamus. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod, ut collati nobis muneris deo quosdam veluti primicias offeramus, iobagiones castri Zagrabiensis de generacione Laztech et de generacione Stankouch ob reuerenciam dei et sancti regis meritoque fidelitatis venerabilis patris fratris Augustini ecclesie Zagrabiensis episcopi, quam nobis exhibuit et exhibet indefesse, eidem domino episcopo ac successoribus eius, cum omnibus terris suis ac possessionibus contulimus et donauimus in perpetuum possidendos et habendos eo iure, quo et alios uasallos idem dominus et predecessores sui noscuntur possidere; eximentes eos ac terras eorum ab omni famulatu ac seruicio, quo nobis ac bano nostro, uel cuicumque alteri officiali constituto a nobis tenerentur in perpetuum; et ipsos decernentes ab omni iure, ad nullum alium, quam ad Zagrabiensem episcopum pertinere. Vt igitur huiusmodi nostre donacionis series robur optineat perpetue firmitatis presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Johannis Albensis ecclesie electi aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC⁰ octauo, pridie kalendas nouembris, regni autem nostri anno octauo.

Iz kodeksa Liber privileg. eppatus Zagrab. list 43. — Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. 9. 167.

196.

1308, 2. novembra. U Budimu.

Kardinal Gentil legat papin, razjašnjuje i ustanovljuje, tko da upravlja i kako s prihodom (operarium) crkve sv. Lovrinca u Trogiru na zemljištu sv. Vitala.

Frater Gentilis miseratione[1] diuina tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis apostolice sedis legatus[1] ad futuram rei memoriam. Pridem in legationis nostre primordiis affectantes iuxta officii nostri debitum quibuslibet cure nostre commissis exhibere iustitie complementum, ut per eam in caritatis dilectione ac pacis dulcedine vitam quietius ducerent ac fraterna degerent unitate. Volentes quoque ecclesiarum et pauperum ciuitatis Traguriensis indemnitatibus et animarum periculis salubribus studiis obviare, ad petitionem et instantiam dilectorum in Christo filiorum potestatis, consilii et communis ciuitatis eiusdem, auctoritate qua fungimur per nostras litteras statuendum duximus et etiam ordinandum, ut quatuor viri ciuitatis eiusdem fidelitate et dilectione precipui per potestatem, consilium et commune predictos eligantur et nominentur episcopo et capitulo Traguriensi, qui pro tempore fuerint, de quibus iidem episcopus et capitulum infra tres dies post electionem et nominationem huiusmodi unum teneantur assumere ac eligere quem maluerint, qui solerter exigat, recolligat et recipiat ac fideliter conseruet fructus, redditus et prouentus et legata quelibet ad Traguriensis ecclesie fabricas deputata, ponenda postmodum et expendenda in eisdem fabricis sine diminutione qualibet per eundem. Si uero infra dictos tres dies prefati episcopus et capitulum unum de dictis quatuor per potestatem, consilium et commune predictos eligendis, ut premittitur, assumere vel in eum consentire neglexerint, ex tunc liberum sit eisdem potestati, consilio et communi absque ipsorum episcopi et capituli contradictione assumere ac ponere unum de ipsis quatuor quem maluerint ad fabricas supradictas, qui etiam de receptis et expensis predictis episcopo et capitulo nec non potestati, consilio et communi aut ei vel illis, quem vel quos ipsi communiter ad hoc deputandum vel deputandos duxerint, exactam teneatur et debitam sub excommunicationis pena, quam eum incurrere ipso facto volumus, si secus egerit, reddere rationem. Volumus insuper, quod de legatis pauperibus relictis predictus episcopus per se

[1] U mjesto toga veli Farlat: etc.

vel per alium disponat et ordinet iuxta decedentium ultimas voluntates; decernentes ex tunc, si secus actum foret, irritum et innane. Nuper autem venerabilis in Christo patris domini Traguriensis episcopi non sine turbatione mentis porrecta nobis petitio patefecit, quod predicti potestas, consilium et commune pure intentionis nostre propositum peruertentes comminantur et dicunt se velle, quod electus predictus operarius vulgariter nominatus, qui nunc est et pro tempore fuerit sub pretextu dicte fabrice exigat, recolligat et amministret fructus predii Drid; nec non decimationum, oblationum ac reddituum omnium bonorum Traguriensis episcopatus quartam partem et legata omnia pro quocumque ministerio eidem ecclesie etiam non pro ipsis fabricis deputata; dictisque comminationibus non contenti etiam in parte proruperunt ad actum, faciendo videlicet Gregorium Salinguerre operarium dicte ecclesie secundum formam constitutionis et ordinationis nostrarum deputatum exigere ac recipere a laboratoribus puncte sancti Vitalis, cuius tres partes ad episcopalem mensam, quarta uero ad capitulum Traguriense pertinere noscuntur, sex mensuras et dimidiam musti pro quarta parte dictarum fabricarum, ac precipiendo laboratoribus dicte puncte, quod eidem operario quartam partem vini puncte ipsius debeant assignare, ad hanc suam presumptionem excusandam seu verius colorandam prefati potestas, consilium et commune inaniter pretendentes, quod et virtute constitutionis et ordinationis ipsarum huiusmodi operario exigenti amministranti relicta pro fabricis memoratis competit etiam amministratio bonorum omnium tam dicti episcopatus quam aliorum, que ad supradictas fabricas quocumque modo extiterint deputata. Ne igitur sub contentiose dubietatis involucro ac verborum ambagibus intentionis nostre puritas rectumque propositum involuantur, tenore presentium declaramus: fuisse intentionis nostre ac nunc esse, ut electus vel operarius supradictus secundum prescriptam formam ab episcopo et capitulo memoratis electus et assumptus de nullis aliis fructibus, redditibus et prouentibus ad easdem fabricas per eundem episcopum amministrandis seu relictis aliis, ad suas causas uel ad quoslibet alios, eorundem episcopi uel ecclesie usus se intromittere possit quomodolibet vel etiam teneatur, nisi tantum de his, que relinquuntur in testamentis aut voluntatibus ultimis defunctorum, vel etiam a viuentibus nominatim et expresse ad fabricas supradictas; decernentes, si secus actum vel presumptum fuerit, irritum et innane; cetera uero ad ipsas fabricas alias quoquo modo spectantia dispositioni et amministrationi eiusdem episcopi et successorum eius, qui pro tempore ipsi ecclesie Traguriensi prefuerint, relinquantur, ut ipsa iuxta sanctiones canonicas in virtute obedientie utilitati fabricarum ipsarum, prout tenentur, studeant fideliter deputare.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beato-Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Bude, quarto nonas[1] novembris, pontificatus domini Clementis pape V. anno tertio.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 34. Na listini visi svilena vrvca crveno-žuta; pečat otpao.

Farlati Illyr. sacr. IV. 367—368.

Pavlović Mem. di cose dalm. 177. no. 34.

197.

1308, 4. novembra — 1309, 20. aprila. U Budimu.

Pravda načelnika, vijeća, općine i graditelja crkve sa biskupom trogirskim radi vinograda sv. Vitala pred kardinalom Gentilom.

In dei nomine amen. Anno domini 1308., indictione 6., tempore domini Clementis pape V., die lune, quarto mensis novembris, actum Bude in loco fratrum Predicatorum de castro coram reverendo in Christo patre et domino, domino fratre Gentile, dei gratia titulo sancti Martini in Montibus presbytero cardinali apostolice sedis legato, Dessa Amblasius[2] de Tragurio procurator et syndicus domini Oliverii potestatis, consiliariorum, consilii et communis civitatis Tragurii nec non procurator Gregorii Salinguerre operarii ecclesie sancti Laurentii de Tragurio ex parte una, ac venerabilis pater dominus Liberius episcopus Traguriensis pro se ipso et ecclesia sua ex parte altera in iuditio comparuerunt et dictus Dessa duas litteras sigillo ipsius domini episcopi sigillatas continentes quasdam appellationes et apostolos clausas representavit, offerens se paratum procedere in dicta causa; quibus quidem litteris per eumdem dominum legatum receptis, prefatus dominus legatus tradidit eas venerabili viro domino Phillipo de Sardinia canonico Arborensi, capellano et auditori suo, mandans sibi, ut causam seu causas in dictis litteris contentas et dependentia ab eisdem audiret et fine debito terminaret.

Nos Liberius miseratione divina Traguriensis episcopus, monemus pro primo, secundo et tertio termino et peremptorie et sub pena excommunicationis dominum Oliverium potestatem civitatis Tragurii, con-

[1] Nema Farlat i po tom je datum po njem 4. novembra.

[2] Monum. Vat. ima pogrešno »Ambasii«.

silium generale et sapientes electos et deputatos per dictum consilium civitatis Tragurii, quod omne preceptum seu bannum, factum Gregorio Salinguerre operario ecclesie sancti Laurentii de Tragurio sub pena quinquaginta librarum denariorum venetorum parvorum, quod dictus Gregorius debeat petere et recipere omnia, que spectare noscuntur ad fabricam ecclesie sancti Laurentii; qui Gregorius, tanquam operarius dicte ecclesie, ex vigore dicti precepti sibi facti petit a laboratoribus nostris puncte sancti Vitalis sibi dari et assignari quartam partem vini sive musti dicte puncte, sicut per Johannem rivarium communis Tragurii banditum fuit in una maceria, existente in dicta puncta, ex parte domini potestatis, quod omnes laboratores ipsius puncte deberent dare et assignare dicto Gregorio Sallinguerre(!) operario sancti Laurentii quartam partem musti predicte puncte sub pena quinquaginta librarum. Quod quidem preceptum seu mandatum factum dicto Gregorio et bannum factum per rivarium communis laboratoribus predicte puncte dictus potestas revocare, cassare et annullare debeat infra tres dies; cum factum fuerit in non modicum nostri dampnum, preiudicium et gravamen ex eo, quod nos pro tribus partibus et capitulum pro quarta parte fuimus et simus in pacifica et quieta possessione de dicta puncta et fructibus, sicut patet per publica instrumenta manu publica confecta. Alioquin si infra predictum terminum non duxerit dictus potestas revocandum dictum preceptum seu mandatum factum dicto Gregorio operario et bannum factum per dictum rivarium ex parte dicti domini potestatis dictis laboratoribus, in hiis scriptis sententiam excommunicationis ipsum dominum Oliverium potestatem suosque consiliarios atque sapientes exnunc prout extunc incurrere ipso facto volumus. Lata et pronunciata fuit hec sententia in ecclesia cathedrali beati Laurentii per dictum dominum episcopum, sedentem in sede sua, presentibus fratre Lazaro guardiano fratrum Minorum de Tragurio, fratre Petro Theotonico ordinis Minorum, fratre Theodoro priore fratrum Predicatorum, fratre Dominico de Vegla ordinis Predicatorum, dompno Lampredio primicerio ecclesie sancti Laurentii de Tragurio, dompno Casaricza canonico, fratre Sauino monacho sancti Johannis de Tragurio, fratre Benedicto monacho eiusdem monasterii, dompno Daniele presbytero et dompno Zepregna presbytero, testibus vocatis et rogatis ad hec specialiter, die XVI. mensis septembris.

Cui appellationi[1] non detuli, tamquam frivole et inani istis de causis: primo videlicet, quod ad dictum dominum potestatem civitatis Tragurii et ad suum officium non pertinet precipere dicto Gregorio Sa-

[1] Vidi razlaganje u Farlata IV. 365. i Monum. Vat. S. I. T. 2. 60. - 63.

linguerre, ut reciperet redditus et proventus et fructus puncte sancti Vitalis, quia in privilegio vestro facto et concesso operi ecclesie sancti Laurentii non continetur, quod debeat esse executor possessionis et reddituum puncte sancti Vitalis, nec ipse potestas est meus iudex in predictis, nec in aliis, cum dicta puncta sancti Vitalis fuit data cum omnibus pertinentiis suis et fructibns predecessoribus nostris, et mihi et capitulo per commune dicte civitatis Tragurii, sicut patet per publica documenta scripta manu publica; quam punctam tenui et possedi una cum dicto capitulo pacifice et quiete usque in diem dicti precepti facti dicto Gregorio per dictum dominum potestatem et ex vigore dicti precepti facti dictus Gregorius recepit et recipi fecit quartam partem fructus et redditus dicte puncte ad me pertinentem et expectantem, et non ad dictam fabricam; et fructibus dicte puncte dictus Gregorius me expoliavit metu pene et banni sibi facti de 50 libris per dictum dominum potestatem, prout ipse Gregorius confessus fuit coram me et dicto capitulo, sine cause cognitione. Item non detuli ex eo, quod dictus potestas dicit, quod dicta ammonitio, seu preceptum facta vel factum fuit eis inrequisitis, quod falsum est, ex eo, quod ego processi iuris ordine servato; primo quia protestatus fui ipsi domino potestati et suis sapientibus, qui gerebant, et gerunt vicem et auctoritatem totius consilii generalis, ut patet per publicam protestationem scriptam manu magistri Thomasii notarii; in qua quidem protestatione continetur, quod dictus potestas una cum suis sapientibus deberent anullare, cassare et revocare preceptum factum Gregorio Salinguerre sub pena 50 librarum et etiam bannum factum per rivarium communis laboratoribus nostris dicte puncte sancti Vitalis sub eadem pena 50 librarum, quod ipsi deberent respondere dicto Gregorio de quarta parte fructuum, scilicet musti. Item non detuli ex eo, quod ego processi iuris ordine servato, in eo videlicet, quod trina ammonitione premissa, scilicet trium dierum, tuli sententiam excommunicationis in predictos potestatem, sapientes et consiliarios, quod deberent cassare, revocare et annullare dictum preceptum factum dicto Gregorio, et bannimentum factum per dictum rivarium dictis laboratoribus infra tertium diem, quod quidem minime fecerunt, sicut patet in mea sententia manu publica scripta, quam sententiam tuli in scriptis in ecclesia mea cathedrali sedendo in sede mea pro tribunali, presentibus religiosis personis et aliis, prout in dicta sententia continetur; et ipsam sententiam non tuli contra privilegium vestrum, quia in ipso privilegio non continetur, quod operarius debeat recipere quartam partem fructuum dicte puncte sancti Vitalis, cum ipsa puncta ad me pertinet, et non ad fabricam, nec per ipsum privilegium potuit me expoliare; quia tamen dicit dictus syndicus et procurator

potestatis et communis Tragurii et aliarum personarum in dicta appellatione contentarum instanter petiit a me apostolos exhiberi, non quod appellationi ipsius syndici deferam, ut dictum est supra nomine suo, et illorum, quorum interest, presentes dedi apostolos sigillatas meo sigillo, eis prius in actis meis registratis, et prefissi eidem syndico nomine suo et predictorum in dicta appellatione contentorum, ut tertia die post festum omnium sanctorum proxime venturum cum eisdem coram vestra reverenda paternitate legitime et peremptorie se presentet ad prosequendam dictam appellationem, protestans expensas factas et faciendas, dampna et interesse, que ex causa predicta me substinere contingeret in futurum. Datum Tragurii, die 27. mensis septembris.

Nos Liberius miseratione divina episcopus Traguriensis monemus pro primo, secundo et tertio termino peremptorie Gregorium Sallinguerre operarium ecclesie sancti Laurentii de Tragurio et sub pena excommunicationis, quod ipse non debeat per se nobis auferre, vel per interpositam personam facere auferri quartam partem vini sive musti puncte sancti Vitalis, nec precipere laboratoribus nostris predicte puncte sancti Vitalis, quod ei debeant dare et assignare dictam quartam partem vini sive musti. Quod quidem vinum sive mustum ad nos de iure spectare dignoscitur, et non ad eum, sicut apparet per publica instrumenta manu publica confecta; ex eo, quod tam proprietatem quam possessionem dicte puncte tenuimus, possedimus et fructus ex ea percepimus pacifice et quiete sine aliqua contradictione, et nunc tenemus et possidemus pacifice et quiete, et nos de dicta quarta parte vini sive musti puncte predicte non debeat expoliare nec expoliari facere sine cause cognitione. Alioquin si secus fecerit in hiis scriptis, eum sententiam excommunicationis volumus ipso facto incurrere. Lata et pronunciata fuit hec sententia in ecclesia cathedrali beati Laurentii per dictum dominum episcopum, sedendo pro tribunali in sede sua. Presentibus fratre Lazaro guardiano fratrum Minorum de Tragurio, fratre Petro Theotonico ordinis Minorum, fratre Theodoro priore fratrum Predicatorum de Tragurio, fratre Dominico de Vegla ordinis Predicatorum, dompno Lampredio primicerio sancti Laurentii, dompno Casariza canonico, fratre Sauino monacho sancti Johannis de Tragurio, fratre Benedicto monacho eiusdem monasterii, dompno Daniele presbytero et dompno Zepregna, testibus ad hec vocatis et rogatis, die XVI. mensis septembris.

(Gledaj Monumenta Vaticana Hungariae. Ser. I. Tom. 2. p. 64.—67).

Frater Gentilis etc. Ad futuram rei memoriam. Si diligenter attenderet humana mortalitas se, quod largitori omnium digne retribueret, non habere, cum apud se nullum bonum inveniat, quod (non) sit libe-

ralis gratie dei, nimis erubesceret utique, imo pavesceret cum orrenda ingratitudinis sue nota, ac tremendo animadversacionis divine periculo, temporalia bona sive ad ecclesiarum fabricas, sive ad usus pauperum a Christi fidelibus pie oblationis munere iuribus ascripta divinis, ut pro his bona offerentibus compensentur eterna, improbe oblationis ausibus contractare sacrilegis, et inique fraudis, ac violente presumptionis iniuria temerare. Sane dilectis in Christo filiis potestate, consilio, communi civitatis Traguriensis referentibus, ad audientiam nostram pervenit, quod nonnulli executores testamentorum, seu ultime voluntatis illorum, qui de hac luce migrarunt civitatis et diocesis Traguriensis delegati ab eisdem defunctis ecclesiarum et locorum piorum dicte civitatis fabricis, aut pauperum usui, aliter quam dispositio defunctorum ipsorum habeat, distribuunt, vel non plene. Quidam autem quosdam redditus seu proventus ad ecclesiarum ipsarum fabricas specialiter deputatos in usus proprios, et alios illicitos convertere non verentur. Alii vero, quorum fidei ab eisdem defunctis, vel executoribus eorum bona committuntur expendenda, et ponenda in fabricis, et usu pauperum supradictis, avaritie vitium incurrentes, de bonis ipsis non disponunt iuxta ipsorum decedentium ultimas voluntates. Quare dicti potestas, consilium et commune nobis humiliter supplicarunt, ut providere super his paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque paterne charitatis affectu volentes ecclesiarum ipsarum, et pauperum eorumdem indemnitatibus, et animarum periculis salutaribus studiis obviare, cum nil magis rebus debeatur humanis, quam quod voluntates ultime fidelium firmiter observentur; auctoritate, qua fungimur, presentium tenore statuimus et ordinamus, ut quatuor viri dicte civitatis fidelitate ac discretione precipui, per potestatem, consilium et commune dictos eligantur et nominentur episcopo et capitulo Traguriensi, qui pro tempore fuerint, de quibus iidem episcopus et capitulum infra tres dies post electionem et nominationem huiusmodi, ab eisdem potestate, consilio et communi, ut premittitur faciendam, unum quem maluerint assumere, ac eligere teneantur, qui solerter exigat, recolligat et recipiat, ac fideliter conservet fructus, redditus et proventus et legata omnia supradicta ad dictas fabricas deputata ponenda postmodum et expendenda in eisdem fabricis sine diminutione qualibet per eumdem. Si vero intra tres dies prefati episcopus et capitulum unum de dictis quatuor per potestatem, consilium et commune predictos, ut premittitur, eligendis, assumere vel in eum consentire neglexerint, ex tunc liberum sit eisdem potestati, consilio et communi absque ipsorum episcopi et capituli contradictione, assumere ac ponere unum de dictis ipsis quatuor, quem maluerint, ad fabricas supradictas, qui etiam de receptis et expensis, prefatis episcopo et ca-

pitulo, potestati, consilio et communi vel ei, vel illis, quem vel quos ipsi communiter ad hoc deputandum, vel deputandos duxerint, exactam teneantur et deberent sub excommunicationis pena, quam ipso facto eum incurrere volumus, si secus fecerit, reddere rationem. De legatis vero pauperibus prefatus episcopus per se, vel per alium disponat et ordinet iuxta decedentium ultimas voluntates. Decernentes, si secus actum fuerit, irritum et inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Scardone, 5. kalendas iulii, anno domini MCCCVIII., pontificatus domini Clementis pape 5. anno 3.

(Vidi nastavak rasprave Monum. Vatic. Hung. Ser. I. T. II. 88.—96.)

In dei nomine amen. Olim causam appellationis, seu appellationum que vertitur inter venerabilem patrem dominum Liberium episcopum Traguriensem seu Vaugnolum de Mevania procuratorem suum ex parte una, et dominum Oliverium potestatem Traguriensem, consiliarios et sapientes et commune, ac Gregorium Salinguerre operarium ecclesie sancti Laurentii de Tragurio, seu Bartholomeum procuratorem substitutum eorum ex altera, interposite seu interpositarum ad reverendum patrem et dominum dominum fratrem Gentilem tituli, etc. a quibusdam monitionibus, preceptis et processibus factis contra ipsum potestatem, consiliarios, sapientes et Gregorium operarium suprascriptos, per supradictum episcopum Traguriensem, prefatus reverendus pater nobis magistro Philippo de Sardinia canonico Arborensi auditori suo audiendam commisit specialiter, et fine debito terminandam. Tandem a Bartholomeo procuratore seu syndico substituto supradictorum potestatis, consiliariorum, communis et sapientum ac Gregorii operarii contra dictum dominum episcopum et Vaugnolum eius procuratorem libellos in iudicio exhibitos recepimus, quorum tenores per ordinem tales sunt:

Coram vobis venerabili viro domino Philippo de Sardinia canonico Arbonensi et auditore generali reverendi patris domini fratris Gentilis etc. propono ego Bartholomeus substitutus a Dessa procuratore Gregorii Salinguerre operarii ecclesie santi Laurentii de Tragurio contra venerabilem patrem etc.

Coram vobis etc. propono ego Bartholomeus substitutus a Dessa syndico et procuratore comitis domini Oliverii de Rubeis de Ancona potestatis, consilii et communis Tragurii procuratorio nomine eorumdem

contra venerabilem patrem dominum Liberium episcopum Traguriensem etc. Lite igitur coram nobis super dictis libellis legitime contestata per procuratores predictos, prestitoque hinc inde de calumpnia et veritate dicenda corporali iuramento, factis quoque positionibus et ad eas responsionibus subsecutis, datis articulis, et termino peremptorio ad probandum eosdem per nos assignato, instrumentis quibusdam hinc et inde in causa ipsa productis, et probationibus inde per eosdem factis, tandem a procuratoribus supradictis aliis omnibus probationibus extitit renunciatum, et in causa ipsa voluntarie conclusum, in qua nos etiam habuimus pro concluso. Nos itaque auditis allegationibus hinc et inde factis, visis diligenter auditis, discussis, ac etiam examinatis iuribus, rationibus et probationibus utriusque [partis], investigatis quoque ad plenum et cognitis ipsius cause meritis, et equa iustitie lance discussis, factaque per nos predicto domino legato de ipsis relatione fideli; deliberatione insuper nobiscum, et cum peritis habita diligenti; Christi nomine invocato, procuratoribus partium earumdem presentibus et propter hoc in nostra presentia constitutis, et sententiam ferri postulantibus, per ea, quę audimus et videmus, cognovimus et nunc cognoscimus, pro tribunali sedentes, pronunciamus sententialiter in his scriptis dominum Oliverium potestatem civitatis Tragurii, consiliarios, commune et sapientes supradictos ac Gregorium operarium predictos perperam appellasse, et dictum episcopum Traguriensem legitime processisse; et ipsius episcopi processus et sententiam confirmantes; predictos dominum Oliverium potestatem et commune civitatis predicte, consiliarios et sapientes suos, ac Gregorium operarium supradictos ad ipsum episcopum remittendos esse decernimus et remittimus; condempnandos eos seu Bartholomeum procuratorem substitutum procuratorio nomine eorumdem, sententialiter in his scriptis in expensis legitimis, quas propter appellationes huiusmodi pars altera se fecisse docuerit, ipsarum taxatione nobis in posterum reservata. A qua quidem sententia et condempnatione prefatus Bartholomeus syndicario et procuratorio nomine quo supra statim viva voce appellavit, et apostolos cum instantia petiit. Lata, lecta et in scriptis pervulgata fuit supradicta sententia per supradictum dominum Philippum auditorem pro tribunali sedentem in castro Budensi, in loco, ubi iudicialiter sedere consuevit, presentibus Vaugnolo et Bartholomeo procuratoribus supradictis, quolibet pro se parte sua sententiam ferri postulantibus, et partem adversam in expensis condempnari petentibus. Et scripta et publicata per me Philippum Compagnoni de Cingulo notarium supradicti domini legati et dicte cause sub anno domini MCCCVIIII., indictione 7., die mercurii 16. mensis aprilis in vesperis, pontificatus domini Clementis pape 5., anno 4., presentibus venerabilibus et discretis

dominis Vanne de Aretio et Gasparro de Montesia prefati domini legati capellanis, domino Gregorio Lucio de Tragurio, et Dunco alias dicto Damiano famulo ipsius, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Die lune 20. predicti mensis aprilis supradictus magister Bartholomeus syndicus et procurator citatus per Zuccicum cursorem ad petitionem supradicti Vaugnoli procuratoris domini episcopi ibidem presentis ad recipiendum apostolos et ad audiendam responsionem supradicti domini auditoris super appellatione ipsius, comparuit coram eodem domino auditore parato ipsos recipere, et tunc dictus auditor appellationi dicti Bartholomei interposite detulit, ac sibi ad prosequendam eamdem coram domino legato supradicto decem dierum tunc proxime futurorum terminum peremptorie assignavit.

Bibliot. Vatic. Cod. no. 3935. fol. 19. – 41. — Monum. Vat. Hung. Ser. I. Tom. II. 60.—99. — Farlati Illyr. sacr. IV 365.—370.

198.

1308, 27. novembra. U Budimu.

Kardinal Gentilis proglašuje Karla Roberta za kralja.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo octavo, indictione sexta, mensis novembris die vicesima septima. Pontificatus domini Clementis pape V. anno quarto. Reverendus in Christo pater et dominus dominus Gentilis dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus in regno Ungarie ac partibus illi conterminis, ex quo ad ipsius legationis partes accessit, quod fama prenoverat ex rei evidentia et facti experimento percipiens, tempestatis videlicet fremitum, qua regnum ipsum multe fertilitatis olim, ut asseritur, iocunditate[1] refertum, multaque solitum devotione clarescere, hostis antiquus pacis emulus ac zizanie seminator generali turbine conquassarat; particularibus quoque dissidiis fere in singulis eiusdem regni partibus suscitatis, ex quibus adeo invaluerat commotionis horror in illo, et locum sibi dissentio, que detrimenta solet vastitatis inducere, vindicarat: quod, excellenti principe domino Karolo Ungarie rege illustri ac nonnullis baronibus et nobilibus dicti regni ad invicem dissidentibus, et inter eos odii ac rancoris igne accenso, detrahebatur subditorum aver-

[1] Theiner: iucunditate.

sione regalis magnificentie[1] culmini, ab eis ipsius regis avertebatur affectus, ac mutuis hinc inde incommodis deperibat; cepit circa ipsius regni sedanda scandala indesinentis solertie studio vigilare, ac fervore favoris officiosi exuberare instantius, pro ipsius domini regis, quem infra claustra pectoris in singularitate dilectionis habet ut filium, ac incolarum regni eiusdem statu prospero et tranquillo cogitationes pacis assidue meditando.

Post adventum igitur eiusdem domini legati Budam per nuntios ipsius et litteras[2] pro eiusdem regni negotiis, sue commissis legationis officio, promovendis feliciter, generali prelatorum ac baronum et nobilium aliarumque notabilium personarum tam ecclesiasticarum, quam secularium concilio ad octavam festi beati Martini confessoris tunc instantis, solemniter convocato, circa ipsam octavam ad idem concilium eorumdem prelatorum ac baronum plurimi, ac multitudo nobilium et personarum ipsarum copiosa personaliter, aliqui vero eorumdem baronum, quorum personalem adventum ad dictum concilium longa distantia prepedivit, per procuratores ydoneos convenerunt.

Sane Henrico magistro et bano Sclavonie, ac nonnullis baronibus aliis et nobilibus, quibus ad superius castrum Bude, ubi nunc legatus ipse cum sua curia morabatur, propter armatorum multitudinem, quam secum habebant,[3] nequaquam patebat aditus ultra Danubii flumen, ex ipsius castri opposito constitutis, ipse dominus legatus insistens ceptis[4] alacriter, suique status preminentiam et dignitatem officii non attendens, quin immo semetipsum humilians, una cum prefato rege aliisque prelatis et baronibus citra flumen ipsum cum eo manentibus, speciosam fluminis eiusdem planitiem, piscatoris more aquarum intrepidi, cymba transiliit, ac in loco fratrum Predicatorum iuxta flumen ipsum sito, cum ipso domino legato prelatorum, baronum et nobilium, et dictarum personarum multitudo. Cives etiam et aduene copiosi, quos eximii spectaculi rumor, ac vulgata conventionis dicti concilii celebritas excitarat, insperate pacis admiratione stupidi, et tot discordium animorum unitatis increduli pacisque avidi convenerunt. Quibus in eiusdem domini legati, ac mei aliorumque notariorum ac testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, praesentia constitutis, dictoque domino rege ac venerabilibus in Christo patribus dominis dei gratia T. Strigoniensi ac V. Colocensi archiepiscopis, et H. Vaciensi, ac B. Vesprimiensi, P. Quinqueecclesiensi, M. Agriensi et Johanne Nitriensi et Au-

---

[1] Theiner: munificentie.
[2] „ „ litteris.
[3] „ „ habebat.
[4] „ „ cepit.

gustino Zagabriensi episcopis, ac Nicolao postulato Jauriensi ad dexteram, et magnificis viris dominis Henrico prefato magistro et bano Sclavonie, magistro Nicolao filio Gregorii, nepote eius, Hamodeo[1] palatino de genere Haba, magistro Dominico, magistro Kocos,[2] Ladislao bano de Ratolt, Capos palatino pro se ac Beka magistro tavarnicorum[3] domine regine fratre suo, filiis Thome de genere Borsoe, ac Petro filio Campoldi de genere Aba ad sinistram ipsius domini legati sedentibus, et nuntiis seu ambassiatoribus et procuratoribus magnificorum virorum Ugrini magistri tavarnicorum[3] regis et Ladizlai wayvode Transilvani et Comitis de Zonuk, ac Mathei Trinze palatini, ibidem presentibus, ac pressa nobilium aliorum et vulgi stante corona, idem dominus legatus proposuit verbum dei, assumpto illo evangelico themate: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo etc. seriose retexens agri semina, id est regni Ungarie, que in illo dominus seminarat; ex quibus reges catholici tanta sanctitatis et vite claritate conspicui prodierunt, quod sanctorum adscribi cathalogo meruere, quodve coronam regni primus rex regni Ungarie sanctus Stephanus a Romano pontifice consecratam acceperit, prout Ungarorum historias, quas legatus ipse prenoverat, asseruit protestari, alias etiam thema ipsum ad sue intentionis propositum super statu eiusdem regni mirabiliter reducendo.

Post que sub specie tuende libertatis eiusdem regni inter ipsos barones et nobiles murmur, quod ipsius domini legati attigit aures, per querelam patulam in publicum productam, exoritur, videlicet, quod nolebant, nec erat aliquatenus intentionis eorum, quod ecclesia Romana, vel ipse dominus legatus eius nomine sepedicto regno de rege ullatenus provideret; sed placebat eis, quod illum, quem ipsi ex antiquo et approbato eiusdem regni more vocaverant, et in regem assumpserant, prefatus dominus legatus eiusdem ecclesie Romane nomine in regem verum Ungarie confirmaret. Ipse vero dominus legatus ad felicem consumationem ceptorum, per eum feliciter et ferventer hanelans, ad eorumdem prelatorum, baronum et nobilium supplicationem, petitionem et expressum consensum, prefatum dominum Karolum, de predictorum regum Ungarie ex domina serenissima domina Maria Sicilie et Ungarie regina illustri, nata clare memorie Stephani regis Ungarie, vera propagine[4] propagatam, cuiusque in eodem regno successio legitima per eamdem ecclesiam extitit declarata, sibique de iure deberi regnum huiusmodi diffinitum, in eiusdem regni verum regem ipsius ecclesie Romane nomine

[1] Theiner: Homodeo.
[2] „ „ Kozos.
[3] „ „ tavernicorum.
[4] „ „ progenie.

cum solemnitate debita confirmavit: et subsequenter omnes unanimiter et concorditer post confirmationem huiusmodi tam adherentes, quam adversantes hactenus eidem domino Karolo receperunt et cognoverunt, singulariter et diversim ipsum dominum Karolum verum regem ac regni Ungarie successorem, sibique servire ac obedire teneri tanquam vassalli legitimi et fideles domino naturali; de quibus etiam per eosdem firmiter adimplendis et inviolabiliter observandis, iunctas manus, prout solet a profitentibus regulas fieri, infra sepedicti domini legati mictentes(!) manus, iuramentum et fidem super vere crucis lignum, ipsique ac dicto domino regi singulariter pacis osculum prestiterunt: statimque ipsum dominum Karolum regem catervatim elevantes et sustollentes manibus, plausu et vocibus extulerunt regium letis ad sidera nomen subsequenter Te deum laudamus solemniter decantato. Actum, ut predicitur, in dicto loco Predicatorum prope civitatem Pestensem, ultra ipsum Danubium ex opposito dicti castri, presentibus reverendo in Christo patre domino Thoma episcopo Vegliensi, ac venerabilibus et religiosis viris fratribus Paulo priore Predicatorum, et Haymone ministro Minorum fratrum ordinum provincialibus, et Salomone vicario . . . . prioris provincialis fratrum Heremitarum in provincia Ungarie, cum eorumdem ordinum fratrum multitudine, ac venerabilibus et discretis viris magistris Philippo de Sardinia Arborensis, et Joanne de Aretio Auximanensis ecclesiarum canonicis, auditoribus, nec non magistris Guilhelmo de Sanguineto, Joanne Anglico, et Albertino de Parma, capellanis prefati domini legati et notariis publicis ac inferius subscriptis, ad hoc specialiter vocatis et rogatis, et alia diversarum copiosa multitudine nationum.

Et ego Johannes de Pontecurvo apostolica et imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, ipsaque mandato et auctoritate prefati domini legati, nec non a predictis prelatis, baronibus et nobilibus una cum prefatis notariis rogatus, scripsi et publicavi, meoque signo consueto signavi, et ad maiorem predictorum roboris firmitatem, ac memoriam futurorum, supradicti domini legatus, rex, prelati et barones fecerunt presens instrumentum publicum predictorum notariorum subscriptionibus communitum, sigillis etiam propriis roborari. *(Signum not.)*

(Signum not.) Et ego Guilhelmus de Sanguineto, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, predictis omnibus una cum predictis testibus et notariis presens interfui, ac de mandato prefati domini legati, nec non a predictis prelatis, baronibus et nobilibus rogatus, huic instrumento publico me subscripsi, et signum meum apposui consuetum.

(Signum not.) Et ego Johannes Anglicus natus quondam Henrici Lepetit, publicus auctoritate apostolica notarius, predictis omnibus una cum predictis testibus et notariis presens interfui, ac de mandato predicti legati,

nec non a prefatis prelatis, baronibus rogatus, huic instrumento publico me subscripsi et signo meo signavi.

(Signum not.) Ego Albertinus de Tribuscasalibus civis Parmensis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, una cum predictis testibus et notariis presens fui omnibus et singulis suprascriptis, ac de mandato dicti domini legati, et rogatus a prelatis, baronibus et nobilibus supradictis, huic instrumento publico me subscripsi, illudque signavi solito signo meo.

Theiner Mon. Hung. I. no. 669. p. 423—425. — Iz arm. II. caps. VII. no. 2.

199.

1308.

Papin legat kardinal Gentilis dopušta i preporuča prinose za popravak sv. Lucije u Baški.

Frater Gentilis etc. Universis Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino, cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes; quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur dilectus in Christo filius . . . plebanus plebis castri Besche, Veglensis diocesis, sicut ipse nobis significare curavit, monasterium sancte Lucie de pertinentia dicti castri, ordinis sancti Benedicti, nimia vetustate consumptum, reparatione multipliciter indigere noscatur, ad quod subsidium fidelium esse dinoscitur plurimum oportunum, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a deo collatis, pias ei ad hec elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus inceptum valeat consumari; et vos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confidentes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad hec ei manus porrexerint adiutrices, auctoritate apostolica,

nobis in hac parte commissa, quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Presentibus post quadriennium minime valituris. Quas per questionarios mitti districtius inhibemus; eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum etc.

Bibliot. Vatic. Cod. no. 4013. fol. 6. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. II. p. 186.—187. Batthyány Leges eccles. III. 52.

200.

1308.

Kardinal Gentilis daje Tomi biskupu krčkom vlast, da riješi izopćene pripadnike svoje biskupije.

Frater Gentilis etc. Venerabili in Christo patri fratri T[home] dei gratia episcopo Veglensi, salutem in domino sempiternam. Ille sunt preces favorabiliter admittende, que animarum salutem et tranquilitatem conscientie sapere dinoscuntur. Attendentes igitur vestre persone merita, quibus Romane ecclesie et nobis multipliciter gratus fuistis, ac super hoc, quantum cum deo possumus, personam vestram honorare volentes, absolvendi in forma ecclesie consueta omnes presbyteros, clericos seculares et religiosas alias personas, cuiuscunque conditionis aut status existant, necnon quinquaginta laicos vestre civitatis et diocesis a sententiis excommunicationum seu canonum, quas incurrerunt pro violenta manuum iniectione in clericos seu presbyteros seculares ac religiosas alias personas usque ad sanguinis effusionem et citra, absque membri mutilatione, dummodo prelati non sint; nec non a transgressionibus statutorum, constitutionum seu inhibitionum suorum ordinariorum, ac aliorum superiorum suorum, clandestina matrimonia celebrando, sententias sine scriptis ferendo, tallias, collectas et decimas, ac alia onera eis imposita seu impositas in terminis non solvendo, laicis de bonis ecclesiasticis contribuendo, concubinas detinendo, arma portando, habitum dimittendo, loca vetita intrando, ac alias generaliter contrafaciendo, post competentem satisfactionem iniuriam passis ac aliis, si quibus per predicta ad satisfactionem tenentur, ad arbitrium vestrum, si non satisfecerunt, exhibitam; et imponendi eis penitentiam salutarem, et alia, que de iure videritis iniungenda, nec non dispensandi cum presbyteris et clericis, quos sic duxeritis absolvendos super irregularitate, quam sic ligati, non tamen in contemptum clavium, sed per simplicitatem et iuris ignorantiam, vel facti immemores, ordines recipiendo, et in ipsis et aliis

ordinibus ministrando, contraxerunt; ipsis prius ad tempus, prout expedire videritis, a suorum ordinum executione suspensis, si eius ignorantia crassa non fuerit vel suppina; demum a clericis concubinariis, sufficienti ab eis cautione recepta, quod in propriis, vel in alienis domibus concubinas de cetero non tenebunt, cum future vite meritum culpam preterite redimet, suffragantibus eis meritis, alioque canonico non obstante, circumspectioni vestre, auctoritate domini pape, cuius penitentiarie curam gerimus, vobis hac vice plenam tenore presentium concedimus facultatem. Presentibus, postquam predictam civitatem et diocesim vestram intraveritis, post annum minime valituris. In cuius rei testimonium etc.

Biblioteca Vaticana codex no. 4013, fol. 5.—6. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. P. II. p. 185.—186. — Batthyány Leges ecclesiasticae. III. p. 51.

201.

1308.

Papin legat kardinal Gentilis daje oproste posjetnicima stolne crkve u Krku.

Frater Gentilis etc. Universis Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur, de habundantia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad complacendum ei, quasi quibusdam illectivis muneribus, indulgentiis videlicet ac remissionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut maior ecclesia Veglensis, in honore sacratissime virginis Marie, matris Salvatoris omnium, et sancti Quirini martyris consecrata, nec non capella episcopalis palatii Veglensis, que sancte Anastasie insignitur vocabulo, congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam et capellam easdem in principalibus ipsius virginis, et in sanctorum Quirini et Anastasie festivitatibus, ac usque ad octo dies festivitates ipsas immediate sequentes, devote ac reverenter visitaverint, annuatim quadraginta dies de iniunctis

eis penitentiis, misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei etc. Datum etc.

Biblioteca Vaticana Cod. no. 4013. fol. 5. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. II. 184. — Batthyány Leg. eccl. III. p. 50.

202.

1308.

Kardinal Gentil prima u broj svojih prijatelja Jurja kneza Dalmacije.

Frater Gentilis etc. Nobili viro Georgio comiti civitatum Dalmatie, salutem in domino. Fame decore, virtutum studiis et generis nobilitate prepollens, illam in conspectu nostro specialis dilectionis et benivolentie gratiam meruisti, quod personam tuam paterne caritatis brachiis amplectamur, attollamus honoribus, et gratiosis affectibus prosequamur. Ut igitur sinceritatis affectum, quem ad te gerimus, evidenter agnoscas, ut quo magis a nobis honorari te senseris, eo ferventius clara circa nos devotione prefulgeas, te in domicellum et familiarem nostrum domesticum et commensalem gratanter et benigne recipimus, et familiaritatis nostre consortio ac domicellorum et familiarium nostrorum domesticorum et commensalium numero aggregamus. Volentes, ut ipsorum domicellorum et familiarium domesticorum et commensalium privilegii participii (!) et nomine gaudeas, et oportuni favoris nostri patrocinio potiaris. In cuius rei etc.

Bibl. Vatic. Cod. no. 4013. fol. 5. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. II p. 183. — Batthyány Leg. eccl. III. p. 50.

203.

1308. U Zadru.

Na dražbi prodaje se zemlja Andrije de Cosa u Jezeričici.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo octauo, die sexto exeunte mense . . . . . . indicione sexta, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini patris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Mathei Manulessis egregii comitis, testificans testificor ego Laçarus Jadrensis

curie preco et riuarius in salute anime mee, quoniam habito uerbo et licencia a prenominato domino comite eiusque iudicibus et curia ad preconiçandum et incantandum infrascriptas terras Andree de Cossa ciuis Jadre de gognais quinquaginta et sex positis in loco uocato Jesericiça pro debito, in quo dictus Andreas erat aliis obligatus; quarum vnius terre uocate Jarina draga confines hii sunt: de borea est carsus Crissi de Speia, et de trauersa via publica, de austro est carsus et partim est terra Prodde de Cossa, et de quirina est carsus et terra dicti Andree de Cossa; item confines partis alterius terre uocate Gerba hii sunt: de austro est reliqua pars dicte terre vocata Gerba, que remansit dicto Andree de Cossa, de trauersa est vnus carsus, et de quirina partim est vnus carsus et partim est terra Prodde de Cossa; item confines tercie terre uocate Draga hii sunt: de borea est terra Cerne olim Cande de Ragno, de quirina est mons uocatus Tolstiça, de trauersa est vnus carsus et partim pasculum Crissi de Speia et partim terra Prodde de Cossa, et de austro est terra dicti Andree; item confines quarte pecie terre hii sunt: de borea, quirina et austro est dictus mons uocatus Tolstiça, et de trauersa dicta terra uocata Draga; de quibus confinibus conuicini requisiti fuerunt. Ad instantiam et peticionem dicti Andree de Cossa terras predictas cum omnibus suis habenciis, iuribus et pascuis, nemoribus, arboribus et aquis et pertinciis suis omnibus, et que sibi pertinere possunt tam subtus terram quam supra terram preconiçaui per plateam Jadre in locis consuetis alta uoce dicendo, quod plus offerenti daretur et deliberaretur. Et cum per plures dies hoc fecissem, tandem presentauit se Cerne olim Cando de Ragno offerens se daturum de terris ipsis libras denariorum venetorum paruorum ducentas et quinquaginta duas, ad racionem videlicet de libris paruis quatuor et demidiam pro quolibet gognaio. Et cum item per vnum mensem et ultra terras predictas gognaiorum quinquaginta et sex preconiçassem et nullus appareret, qui vellet plus exinde dare nec eciam tantum, seruata omni sollempnitate iurium et statutorum Jadre, que solet in talibus obseruari, tandem de mandato et licencia prenominata domini comitis iudicumque suorum, dictas terras cum pertinenciis et iuribus suis omnibus presente ibidem Francisco de Carbonosso iudice infrascripto sub logia Jadre, dedi, uendidi et deliberaui predicto Cerne de Cande pro predicta pecunie quantitate librarum ducentarem et quinquaginta duarum, quas dicto Andree integre et plene persoluit et ipse Andreas contentus estitit eas integraliter recepisse. Vnde dictus Cerne cum heredibus et successoribus suis plenam habeat de cetero potestatem dictas terras gognaorum quinquaginta et sex cum iuribus et pertinenciis suis omnibus intromittendi, tenendi, possidendi, uendendi, alienandi et pro anima et corpore uolun-

tatem suam omnimodam ex eis faciendi nemine sibi in perpetuum contradicente. Et hec omnia ita esse testificor coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano filio olim Andree Riçi et Chrelçe filio olim Juani ciuibus Jadre.

(Drugi rukopisi).

Ego Mafeo Manolesso comes Jadre manu mea scripsi.

Ego Damianus de Slurado iudex de precepto domini comitis manum missi.

† Ego Biualdus de Botono iudex manum missi.

† Ego Franciscus Carbonossus iudex manum missi.

Ego presbiter Guilelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis predictis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru. Odio sv. Dominika, no. 698.

204.

1309, 1. februara. U Čazmi.

Augustin biskup zagrebački daruje neku zemlju u županiji Dubravi svomu službeniku Martinu.

Frater Augustinus miseracione divina Zagrabiensis episcopus omnibus Christi fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in domino. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos quandam terram nostram in comitatu de Dombro existentem, terris Nicolai filii Milne et Vulkina, predialium nostrorum contiguam et vicinam, metis distinctam infrascriptis, per mortem Laurencii filii Paridis, predialis nostri sine herede decedentis, ad manus nostras iure dominii devolutam, in concambium alterius terre Dobnicha vocate, in comitatu Chasmensi existentis, quam Martinus filius Thome, nunc magister dapiferorum nostrorum, empcionis titulo possidebat, necnon ob meritoria servicia eiusdem Martini, que nòbis ab evo puerili fideliter inpendit, in recompensacionem huiusmodi suorum serviciorum aliqualem, cum omnibus [dicte terre] utilitatibus, scilicet molendinis, sessionibus, fenetis, terris arabilibus, aquis, silvis ac aliis utilitatibus, dedimus et contulimus ipsi Martino et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus more et condicione aliorum predialium nostrorum iure perpetuo [possidendam et h]abendam. Debitis et serviciis de ipsa terra per eundem Martinum et suos heredes nobis et nostris successoribus integraliter

reservatis. Hoc adiecto, quod, si aliquo tempore idem Martinus vel heredes sui notam infidelitatis incurrerunt manifestam, necnon debita servicia nobis et successoribus nostris de iamdicta terra debita contumaciter dare et solvere non curarent, extunc a iure et proprietate terre cadent ipso facto. Prima vero meta ipsius terre, sicut discretus vir magister Philippus canonicus Chasmensis, capellanus noster, quem ad rehambulandum(!) eandem miseramus, ad nos rediens, nobis in scriptis attulit, incipit ab occidente, ubi est vicina terra Nicolai filii Milne et transiens magnam viam in vicinitate terre Mathei clerici eundo versus occidentem venit ad arborem has cruce signatam, inde ad arborem harazt, inde ad parvam vallem pluvialibus undis factam et per eandem cadit in fluvium Chernech, ubi commetatur terre ville de Dombro, per cursum cuius versus meridiem proced[endo] vicinatur terre Peruche. Inde per eundem venit ad terram Puchuna, inde ad terram Petk, inde ad terram comitis Inosk, iuxta quam procedendo in eodem fluvio Chernech, venit ad locum, ubi quidam rivulus eodem nomine vocatus cadit in fluvium Chernech prenotatum, ibique regirans versus occidentem, venit ad pontem, ubi vicinatur terre Mathei filii Martini, abhinc aduc(!) versus occidentem per ipsum rivulum asscendens in magno [spacio] exit ad arborem piri cruce signatam, ibique commetatur terre Vulkina, abhinc versus septemtrionem procedit in vodotech et pervenit ad arborem egur et scil cruce signatas, inde iuxta fenile, quod remanet Martino, usque ad finem ipsius tendens, per . . . . eundo pervenit ad parvas arbores harazt cruce signatas, sitas iuxta aliam viam, per quam de villa ipsius Martini itur in Juanch et per eandem versus occidentem declinat usque ad fenile domini episcopi, iuxta quod revertitur usque septemtrionem . . . . . ad magnum truncum tul. Inde ad orientem procedendo, pervenit ad locum Yezera dictum; inde per nemora tendendo, venit ad fenile, per quod venit ad magnam viam, per quam procedendo in magno spacio ad septemtrionem, venit ad metam pri[mam . . . . n]ominatam. In cuius rei memoriam presentibus sigillum duximus apponendum. Datum Chasme, per manus honorabilis viri magistri Galli prepositi Chasmensis, prothonotarii nostri, in vigilia purificacionis [virginis gloriose, anno] domini M° trecentesimo nono.

Original veoma lijepo ispisan, ali rdjom izjeden u arkivu kaptola požunskoga. Pečat je visio na crveno-plavo-ljubičasto-zelenoj svilenoj vrvci.

Knauz Monumenta ecclesiae Strigoniensis II. p. 593.—594. no 653.

205.

1309, 22. marta. U Spljetu.

Angelus de Sancta Victoria zastupnik spljetske općine imenuje svojim zastupnicima Cipuaria Petri i Gregoria Petrache na raspravi izmedju spljetske općine i spljetskog nadbiskupa, vodjenoj pred kardinalom Gentilom.

Die XXII. martii, VII. indictionis, presentibus magistro Phylippo de Cingulo et Phylippo dicto Punctonus, testibus, Angelus syndicus et procurator communis Spalatensis fecit suos procuratores Cipuarium Petri et Gregorium Petrache, vel quemcunque seu quoscunque alios deputatos vel nominatos pro parte communis Spaleti, in causa denunciationis, vertenti inter dictum commune contra archiepiscopum Spalatensem, ad producendum testes et prestandum, et alias probationes producendum, et omnia faciendum coram auditoribus datis ad recipiendum probationes et inquisitionem faciendam in causa predicta; reservato, quod possit eos revocare etc. Et rogatus est Vagnolus de Meuanea.

Bibl. Vaticana in coorpetorio cod. no. 4013. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. II. p. 263.

206.

1309, 23. marta. U Čazmi.

Augustin biskup zagrebački dozvoljuje Dominikancima čazmanskim ribariju.

Quarum prima, videlicet prescripta littera antefati condam domini Augustini episcopi, Chasme predicta, in dominica palmarum, anno domini millesimo trecentesimo nono confecta, continens in se nomina et limites at metas piscaturarum predictarum, nos sua serie informabat, quod prior et fratres . . ordinis fratrum Predicatorum de Chasma, ipsi condam domino Augustino episcopo intimare curassent, quomodo eorum conventus capturam quandam piscium in aqua Chasma ex collacione felicis recordacionis condam domini Stephani alias similiter episcopi sepefate ecclesie Zagrabiensis, predecessoris videlicet eiusdem condam domini Augustini episcopi, qui prefatum locum ipsorum fundasse dino-

scitur, hactenus quiete et pacifice possedissent. Ipse igitur condam dominus Augustinus episcopus cum suis capitulis, Zagrabiensi scilicet et Chasmensi antedictis, comperisset, quod eorum fratrum relatio veritatem et peticio equitatem continent, de prefati capituli Zagrabiensis beneplacito et assensu, dictam capturam piscium sicut ab eis possessa hactenus fuisset, eidem conventui et fratribus possidendam perpetue confirmassent.

Iz sudbene rasprave Mihajla Gutha palatina g. 1481. — Savremeni prijepis u arkivu nadbiskupije zagrebačke: Juridica I. 39.

207.

1309, 15. aprila. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački dozvoljuje čazmanskim Dominikancima ribariju.

Nos Zagrabiense capitulum significamus universis presentium per tenorem, quod cum venerabilis pater, frater A[ugustinus] Zagrabiensis episcopus religiosorum virorum fratrum ordinis Predicatorum de Chasma, Zagrabiensis diocesis peticionem, qua sibi postulabant instanter ab eodem episcopo, captura[m] quandam piscium in aqua Chasma cum diversis clausuris, [quam] hactenus possederunt pacifice ab eodem sibi confirmari debere, in nostri medium proposuisset ac nostrum super hoc assensum requireret. Nos diligenter collacione prehabita, comperto, quod eandem capturam piscium ex donacione felicis recordacionis domini Stephani quondam Zagrabiensis episcopi possident, licet super hoc nulla emanaverint instrumenta, omnes unanimiter, nullo dissenciente, ut dictis fratribus ac eorum conventui dictam capturam piscium prefatus dominus noster episcopus confirmare, ac si necesse sit ob eorumdem fratrum favorem de novo conferre valeat, liberum prebemus assensum. In cuius rei evidens testimonium et certitudinem pendens sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum feria tercia proxima post quindenas Pasce domini, anno domini millesimo trecentesimo nono.

Iz sudbene rasprave Mihajla Orszaga de Guth palatina g. 1481. — Savremeni prijepis u arkivu nadbiskupije zagrebačke: Juridica I 39.

208.

1309, 4. juna. U Tetenu, vesprimske biskupije.

Magister Henrik sin Henrika bana prisiže vjernost kralju Karlu Robertu.

Magister Herricus filius Herrici bani ad perpetuam rei memoriam. Fidei virtus est, que et regnantis imperium dirigit et obedientiam nobilitat subiectorum, ut tanto quisque reddatur preclarior, quanto in ipsius obsequium fidei studuerit perseverantius exerceri. Hoc igitur bonum ex animo assequi cupientes, licet excellentissimo domino nostro domino Karulo illustri regi Ungarie, quem ad ipsius regni iura cum universitate eiusdem regni episcoporum, baronum atque nobilium, in presentia venerabilis patris domini Gentilis dei gratia tituli sancti Martini in Montibus presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, olim sponte suscepimus, fidelitatis exhibuerimus iuramentum, quod et deo actore(!) inviolabiliter observamus; ob sollempnitatem tamen votive coronationis prefati domini nostri regis idem fidelitatis eulogium devoto animo innovantes, pro nobis nostrisque heredibus, itemque nobilibus, quomodolibet sub nostro regimine constitutis, necnon pro magistro Nicolao filio magistri Gregorii, nepote nostro, cunctisque ad ipsum pertinentibus, in dictam domini nostri coronationem fiendam autoritate prefati domini legati cum corona, quam ipse novam benedici faciet eo, quod antiqua regni corona haberi non potest, locoque, si forte ratione previa propter viarum discrimina vel aliam causam in Albam, ubi ex more huiusmodi coronatio fieri consuevit, accedere minime videretur, ac tempore, quibus ipse decreverit, alacri animo consentimus; etiam si propter causas aliquas nos adesse personaliter non contingat. Et eidem domino nostro regi promittimus, in omnibus secundum iura regni Ungarie fideliter obedire, vocati ad ipsum accedere, quo miserit pergere, ac ad edomandos rebelles pro nostre facultatis modo ad ipsius imperium fideliter decertare. Super quibus in manibus prefati domini legati in presentia venerabilium patrum dominorum Thome Strigoniensis, Wyncencii Colocensis archyepiscoporum, fratris Augustini Zagrabiensis, Gregorii Bozenensis(!) episcoporum et Nicolai postulati ecclesie Jauriensis, itemque frequentie multorum nobilium, qui tunc nobiscum aderant, tam pro nobis nostrisque heredibus ad nos pertinentibus, quam pro magistro Nicolao nepote nostro ac ad ipsum spectantibus, sicut superius expressum est, iuramentum corporale prestamus, obligantes et sponte suscipientes, ut qui predicta servare non curaverit, animo pertinace periurii reatum in-

currat; et penas omnes per prefatum dominum legatum contra rebelles huiusmodi promulgatas actenus, vel in posterum promulgandas, et eas etiam, quas infligere leges seculi pro lese maiestatis crimine decreverunt. In quorum omnium perpetuam firmitatem presentes litteras nostro sigillo voluimus insigniri. Actum in Teten, Wesprimiensis diocesis, pridie nonas iunii, anno domini MCCCVIIII.

Na ledjima:

Anno domini MCCCVIII. (!), pridie nonas iunii, magister Henricus filius Henrici vani (!) domino Karolo regi Ungarie fidelitatis iuramentum prestitit, ut est moris.

Monumenta Vaticana Series I. Vol. II. 303.—304. — Arch. Vatic. C. 40. no. 11. — Theiner Mon. Hung. I. 819. no. 1254. — Iz orig. instrum. miscell. caps. 172. no. 11. — Kovachich Suppl. ad vestig. comit. I. 256. — Batthyány III. 141. — Fejér Cod. dipl. VIII. 1, 310—312. — Ova listina došla je pod brojem 155 pomutnjom u godinu 1308.

209.

1309, 24. juna. U Budimu.

Biskupi ugarski u saboru budimskom obraćaju se molbom na papu Klimenta V. neka se vrati Medvedgrad crkvi zagrebačkoj.

Sanctissimo patri et domino suo domino Clementi dei gracia sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici Thomas Strigoniensis, Petrus Spalatensis, Vincencius Colocensis ecclesiarum archiepiscopi, Benedictus Vesprimiensis, Haab Vaciensis, Emiricus Waradiensis, Johannes Nitriensis, Ladizlaus sancti Irenei, Petrus Quinqueecclesiensis, Martinus Agriensis, Benedictus Chanadiensis et frater Gregorius Boznensis ecclesiarum episcopi cum omni obediencia pedum oscula beatorum. Detrimentum vnius ecclesie velut eiusdem membro capitis proprium singuli incomodum reputantes suggerente caritatis affectu vestre beatitudini scribimus, quod castrum vocatum Medued per Philippum quondam Zagrabiensem episcopum de rebus ecclesie et pro ecclesia constructum de regis Bele beneplacito et assensu, Zagrabiensis episcopi et ecclesie fore dinoscitur pleno iure. Quod a quibusdam temporibus per manum laicalem transiens, tandem ad Marcum sacerdotem de Veneciis eiusdem Zagrabiensis ecclesie canonicum extitit deuolutum; dictus uero Marcus dei timore postposito uictus cupiditate idem castrum accepta pecunia potestati tradidit seculari in eiusdem ecclesie magnum preiudi-

cium et grauamen. Cum igitur hiis in partibus, ea, que diximus tam manifesta ueritate pateant, ut eis contradici non possit, oppresse[1] per hoc ingenti seruitute ecclesie, que cunctis inuigilat, vestra dignetur pietas prouiderę. Datum Bude, VIII⁰ kalendas iulii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno quarto.

Iz kodeksa: Liber privilegiorum eppatus. Zagr. list. 65. U arkivu nadbiskupije zagrebačke I. B. IX. 167. — Kercselich Hist. eccl. Zagrab. 70. — Farlati Illyr. sacr. V. 396. — Katoua Hist. crit. VIII. 182. Fejér VIII. 7. 63.—64. — Kukuljević Arkiv za pov. jugosl. III. 82. — Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 80.—81., pogrešno u g. 1308.

210.

1309, 22. jula. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim dariva Ivan sin Stjepana zvanog Borč, nećakinji svojoj dio zemlje svoje Peklen u Garešnici.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Johanne filio Stephani dicti Borch a parte una, ab altera autem Matheo filio Junk genere eiusdem personaliter coram nobis constitutis, idem Johannes quandam particulam terre sue Peklen vocate existentis in Gersench a parte meridionali, cum vineis et aliis vtilitatibus ad eandem pertinentibus, sub metis, limitacionibus et terminis infrascriptis, nepti sue nomine Agate filie sororis sue uterine et per eam suis heredibus iure pacifice possidendam dedit, contulit et donauit; nec hoc pretermittimus, quod ad debitum totalis possessionis ipsius Johannis pro tempore annuatim emergentis dictus Mathe per (!) particulam terre sue Peklen iamdicte quartam partem persoluere tenetur annuatim. Mete autem ipsius terre, prout in priuilegio nostro prius super hoc confecto continebantur, uidimus contineri, sunt tales: Incipit prima meta de parte occidentali ad fluuium Peklen ab arbore boz meta terrea circumfusa, inde in valle uersus orientem uenit ad metam terream, inde transit quoddam fenetum in sica(!) ualle et peruenit ad arborem harath (!) meta terrea circumfusam, inde ad montem, quem transiens uenit ad arborem haas crucesignatam et meta terrea circumfusam, inde pertransiens viam uenit ad aliam arborem haas cruce signatam, inde in siccam uallem, per quam uenit in fluuium Globuk, de quo exit ad viam, iuxta quam est meta

[1] U rukopisu pogrešno: oppressi.

terrea, inde in eadem via uersus meridiem ueniendo peruenit ad unum berch ad metam terream, ubi est distinccio duarum viarum, inde in eadem via procedit per eundem berch uersus ecclesiam sancti Nicolay usque ad metam, que in priuilegio super predicta terra confecto continetur; inde descendit ad fluuium Globuk et exiens ascendit ad arborem haas cruce signatam, inde ascendit inter vineas ad summitatem ipsius berch et uenit ad arborem haas, sub qua est meta terrea, et in eodem berch in quadam via circa vineam ecclesie sancti Nicolay uenit ad metam terream, ab hinc tendit uersus occidentem per siccam uallem, cadit in Pubul et in eodem descendit in fluuium Peklen, in quo ascendit ad priorem metam et sic terminatur. In cuius donacionis et collacionis memoriam presentes concessimus litteras sigillo nostro consignatas. Datum in festo beate Marie Magdalene, anno domini MCCC° nono.

Original u narod. muzeju u Budimpešti (bivša zbirka Veghelya Dezsö.) Na listini visi svilena vrvca zelene i žute boje; pečata više nema.

211.

1309, 14. septembra. U Lorewu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže Stjepanu itd. Baboničima, da brane prava biskupa zagrebačkog (Augustina) na zemlje Lastića i Stankovića.

Karolus dei gracia rex Vngarie dilectis et fidelibus suis Stephano, Johanni et Rade comitibus filiis comitis Baboneg salutem et graciam. Ex relacione venerabilis patris fratris A[ugustini] Zagrabiensis episcopi nobis innotuit, quod quidam iobagiones castri Zagrabiensis eundem episcopum ac ecclesiam ipsius super facto possessionum castrensium de genere Laztech et de genere Stankouch molestare ac easdem possessiones, que per predecessorem ipsius et ipsum pacifice possesse sunt hactenus, seruituti laicali banatus nomine subicere inprobe moliuntur. Nos igitur, qui predictam ecclesiam personamque prefati episcopi speciali fauore prosequimur, ut idem sine molestia pro salute nostra deo possit liberius famulari, fidelitati vestre committimus, quatenus dictos ecclesiam et episcopum debeatis protegere ac silencium imponere iobagionibus memoratis; mandantes eisdem, vt, si quid habent aduersus possessiones predictas, hoc studeant in nostri presencia experiri nec cuiusquam potestatis pretextu eandem ecclesiam uel episcopum mole-

stare presumant de cetero, si notam infidelitatis cupiunt euitare. Datum in Lorew in insula magna, die dominica proxima ante festum beati Mathei apostoli.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 44.
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.
Glede datuma vidi listinu Karla od god. 1308. 22. septembra koja je svakako starija, zato ovu mećemo u godinu 1309.

212.

1309, 14. oktobra. U Zadru.

Suci zadarski dosudjuju zemlju u Bibanu Jakovu de Petrizo.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo nono, die quarto decimo intrante mense oc[to]bris, indicione octaua, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Cum coram nobis Michaele Mauroceno prenominato comite Jadre et nostra curia questio uerteretur inter Jacobum de Petriço ex vna parte, et Yuanum de Sagarella et Micham de Mergula ex altera de quadam terra pastinata posita ad Bibanum, cui de quirina est terra dictorum Yuani et Miche, de austro et trauersa est via publica, et de borea est terra monasterii sancte Marie monialium; agebat enim dictus Yuanus et Micha, quod dicta terra sic pastinata et confinata erat ipsorum et dictus Jacobus, qui eam possidebat promisit redere dictam terram ambobus Yuano et Miche. Ad quod respondebat dictus Jacobus, quod dicta terra non est ipsorum, est sua, et ipsam terram ita pastinatam tenuit per annum et diem, et quod non debebat eis respondere de dicta terra secundum formam statuti comunis Jadre. Et predicti Yuanus et Micha dicebant, quod erat ipsorum terra predicta, et quod hoc sit verum dicebant, quod dictus Jacobus promiserat restituere eis dictam terram pastinatam. Vnde nos prefatus comes cum nostra curia et cum concessu parcium, quia utraque pars fuit contenta, sentenciando precipimus et mandamus, quod si dictus Jacobus uult iurare in presencia domini Jacobi Çadulini, quem super hoc exequ[u]torem dedimus et pristaldum, quod nunquam eis promisit redere nec restituere dictam terram, quod dicta terra sit Jacobi supradicti, et si non uult iurare, quod dicta terra sit predictorum Yuani et Miche. Quare cum predictus Jacobus iurauerit, quod nunquam promisit eis redere dictam terram, volumus sine contradicione aliqua, quod dicta terra

pastinata et confinata sit predicti Jacobi, tum quia iurauit, quod non promisit redere eis terram predictam, tum quia eam habere debet secundum formam statuti Jadre; et ad omnia et singula peragendum dictum Jacobum Çadulinum nostre curie iudicem exequ[u]torem dedimus et pristaldum. Et ego Jacobus Çadulinus pristaldus ad hec testificor predicta omnia ita esse coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Bartholo Grisogoni et Micha Culini ciuibus Jadre.

(Drugi rukopisi).

† Ego Michael Maurocenus comes Jadre manu mea scripsi.

† Ego Leonardus de Formino iudex examinator manum misi.

† Ego Daniel Zauatta iudex manum missi.

Ego presbiter Guillelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis predictis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 28.

213.

1309, 19. oktobra. U Zadru.

Vučina sin Mihalja de Martinusso gradjanina zadarskoga ustupa Marinu sinu Ivana i drugima neku svoju zemlju na Pašmanu za sadjenje vinograda.

In Christi nomine amen. Anno domini ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo nono, indicione octaua, die tertio decimo exeunte octubri, Jadere. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venetorum, et reuerendi patris domini fratris Jacobi de Fuligno venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Vulcina quondom Michaelis de Martinusso ciuis Jadrensis, quomodo do et concedo vobis quidem Marino filio condam Johannis et Cyprigne filio condam Dragouani et Preuisce filio condam Dissislaui habitatoribus ad Toclecanum unam meam petiam terre posite ad Postimanum in loco uocato Barutulo ad vineam et arbores fructiferas plantandum ad quercum, cui ex borea est terra Helene relicte comitis Nycole, ex quirina est carsum, ex austro est terra monasterii sancti Nycolai de Jadera, et ex trauersa est mare; tali quidem condicione et pacto, quod dictam totam terram meam superius confinatam perplantare debetis et tenemini infra quatuor annos proximo venturos et conpletos sub pena sex yperperorum. Item in quolibet gognayo plantare debetis et teneamini

viginti pedes olivarum, item quartam partem vini et omnium aliorum inde proveniencium michi uel certo meo misso dare debetis et teneamini annuatim ad ripam maris in barcam meam propriis uestris expensis conductam. Si vero ficus recentes ad domos vestras portare uolueritis pro uestro manducato, licitum sit vobis. Si uero de eis vendideritis, michi quartum idem dabitis, si uero in fraudem uel furtum manifestum reperti fueritis in parte mea, nomine pene sex yperperos michi soluetis. Item si vites et arbores ipsius vinee ullo tempore uendere uolueritis, michi primitus nuntiabitis, et pro illo precio pro quarto ab uno et ab alio habere poteritis, si ipsas emere uoluero, michi dare et vendere teneamini, si uero eas emere noluero pro illo pretio, tunc licitum sit vobis alteri uendere saluo iure meo. Que omnia et singula suprascripta nos suprascripti Marinus Cyprigna et Preuisca cum nostris heredibus et successoribus laudamus et approbamus. Et ego suprascriptus Vulcigna cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto vobis suprascriptis Marino Cyprigne et Preuisce uestrisque heredibus et successoribus dictam meam petiam terre cum suis pertinenciis excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super me et omnibus bonis meis presentibus et futuris. De quo quidem pacto et concessione sunt condita duo publica instrumenta, quorum vnum habeat Vulcigna predictus, alterum uero suprascripti pastinatores. Actum est hoc et firmatum coram his uocatis et rogatis testibus, scilicet Yuanni de Segarella et Damyano condam Philippi de Maceda et alii. (!)

(Drugi rukopis).

Ego Damianus de Slurado examinator manum misi.

Ego conte de Vico Pisano imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus his omnibus interfui, rogatus scripsi et roborawi et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

214.

1309, 23. oktobra. U Šomodji.

Pred šomodjskim samostanom zalažu Margareta udovica Darovljeva i njezina kći Ana svoj posjed banu Henriku.

[N]os conventus monasterii sancti Egidii de Simigyo damus pro memoria, quod nobilis domina nomine Margareta relicta magistri Salo-

monis de Darow filia comitis Laurencii de genere Hedruh, et magister Hedricus frater eius et altera domina nomine Anna filia eiusdem domine et eiusdem magistri Salomonis, consors videlicet Stephani filii Symonis de Gywad ab vna parte, comes Michael filius Andree castellanus magistri Herrici bani Sclauonie de Debregezth pro eodem domino Herrico bano domino suo ab altera personaliter coram nobis constituti, predicte domine confesse sunt viua uoce in nostri presencia et in presencia magistri Stephani archidyaconi Simigiensis et magistri Mathie canonicorum ecclesie Wesprimiensis ac eciam fratris Mathey abbatis et prelati nostri, vt vnam terram sew possessionem ipsorum Deushyda vocatam cum suis vtilitatibus vniuersis eidem domine Annc per eundem magistrum Salomonem patrem suum adhuc viuentem, datam et assignatam pignori obligassent, et coram nobis ac predictis viris discretis pignori obligarunt predicto domino Herrico bano pro quadraginta marcis per ipsas dominas partem in denariis et partem in nobilibus pan[n]is denaria valentibus plene receptis coram nobis, et in presencia canonicorum predictorum, a data presencium incipiens, vsque ad octavas sancti Georgii martiris, tali modo, quod si eedem domine in predictis octauis possessionem prehabitam in ipsis quadraginta marcis modo premisso persoluendo ab eodem domino Herrico bano redimere poterunt, coram nobis, bene quidem, alioquin prefata possessio Deushyda predicto domino Herrico bano in perpetuum remanebit possidere et habere; ordinatum eciam extitit inter partes, quod si medio tempore dictus dominus Herricus banus super eadem possessione edificia aut vtilitates ordinari et preparari faceret, extunc eadem edificia et ipsas vtilitates eedem domine cum pecunia sua, pro qua legitime estimarentur, etiam in ipsis octauis similiter coram nobis redimere tenerentur. Datum feria quinta proxima ante festum Symonis et Jude apostolorum, anno domini millesimo CCC° nono.

Iz originalnog prijepisa stolnobiogradskog kaptola od g. 1335. — U kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1554. Stara signatura N. R. A. fasc. 1510. no. 5.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I., 183—184.

215.

1309.*

Kardinal Gentilis nalaže (ne zna se komu), da općina trogirska vrati biskupu i crkvi njihove povelje i spise.

Quia tamen, sicut veridica relatione percepimus, potestas, officiales, consilium et commune ac operarius supradicti priuilegium per nos concessum eisdem, ultra nostram declarationem ipsius excedunt, et hactenus excesserunt, quodque iidem potestas, officiales, consilium et commune priuilegia et instrumenta episcopi et ecclesie Traguriensis abstulerunt, et ea in nostrum, episcopi et ecclesie gravamen et preiudicium non modicum detinent occupata; et vobis tenore presentium districte precipiendo mandamus, quatenus si infra prefigendum per vos eidem potestati, officialibus, consilio et communi terminum, predicta privilegia et instrumenta episcopo et capitulo eiusdem ecclesie restituere non curaverint, et nihilominus, quod hactenus contra illa fecerunt, infra dictum terminum non revocaverint, et ad pristinum statum reduxerint, ad receptionem predictorum testium, ac absolutionem ipsorum et ad alia facienda ulterius, que in eisdem nostris litteris continentur, pro eisdem potestati, consilio, communi ac operario et ad ipsorum instantiam nullatenus procedatis. Datum Bude.

Licet vobis pridem dedimus in mandatis per alias nostras litteras, ut testes, quos syndicus comunis Spalatensis ex una, et venerabilis pater dominus Liberius episcopus Traguriensis ex parte altera super articulis eorumdem, quos dilectus in Christo filius magister Philippus de Sardinea decretorum doctor, canonicus Arborensis, capellanus et auditor noster, cui causam appellationis interposite pro parte et nomine dicti communis a sententia lata contra potestatem, officiales, consilium et commune Traguriense ac Gregorium Salinguerra operarium ecclesie sancti Laurentii de Tragurio per dictum episcopum duximus committendam, vobis inclusos sub eius sigillo transmittit, coram vobis produxerunt, recipere in 30 dierum spatium, et cum diligentia examinare curetis; quodque ante omnia decem personas de sapientibus vel consilio eiusdem communis, quos syndicus predictus in testes producere intendebat, ab excommunicationis sententia lata contra eos per episcopum memoratum auctoritate nostra absolvere et alia, que in eisdem litteris continebantur facere de-

* Datum nije odredjen niti od Farlata, niti u Mon. Vaticana.

beretis. Quia tamen sicut veridica relatione percepimus, potestas, consilium et commune ac operarius supradicti privilegium per nos concessum eisdem ultra nostram declarationem excesserunt, ac etiam excedunt, quandoque iidem potestas, officiales et commune privilegia et instrumenta dicti episcopi et ecclesie Traguriensis abstulerunt, et ea detinent occupata in grave ipsius episcopi et ecclesie dampnum et non modicum preiudicium. Quare volumus et tenore presentium vobis districte precipiendo mandamus, quatenus si infra prefigendum per vos eidem potestati, officialibus et communi terminum predicta privilegia et instrumenta episcopo et capitulo eiusdem ecclesie libera restituere non curaverint, et ipsi iidem et operarius privilegium et declarationem nostram predictam non servaverint, et quod hactenus contra eamdem predictam declarationem attentarunt, non revocaverint et ad pristinum statum non reduxerint, ad receptionem predictorum testium vel absolutionem eorumdem et alia facienda ulterius, que in eisdem litteris nostris continentur, nullatenus pro ipsis et ad ipsorum instantiam procedatis.

Iz dviju cedulja umetnutih u codex vatikanski. — Mon. Vatic. Hung. Ser. I. Vol. II. 98.—99. — Farlati Ill. sacr. IV. 370.

216.

1310, 15. februara. U Sv. Dimitriju.

Vincencije nadbiskup kaločki, uvrstiv bulu pape Klementa V. (od g. 1308. 12. augusta) moli biskupa zagrebačkoga Augustina za sastanak glede sabora Vienskog.

Venerabili in Christi patri et domino, domino A[ugustino] miseracione diuina Zagrabiensi episcopo, amico suo reuerendo, Vincencius per eandem archiepiscopus Colocensis, aule regie cancellarius, mutuam et sinceram in domino caritatem. Vestra nouerit paternitas, litteras sanctisimi in Christo patris et domini, domini C[lementis] sacrosancte ac vniuersalis ecclesie summi pontificis die sexto mensis ianuarii ad nos peruenisse sub hac forma: *(Slijedi bula Klementa V. od god. 1308, 12. augusta.)* Quarum tenorem nos, prout rei qualitas exposcebat ad noticiam vestre paternitatis duximus perducendum in hiis scriptis, requirentes vos, vt ad vnum locum vno certo die, quos per vestram paternitatem volumus et petimus moderari, vestri gracia personaliter accedatis tractaturi nobiscum super premissis negociis, quia, cum grande sit negocium, matura oportet deliberacione super eo prouidere. Datum in sancto Demetrio, in dominica circumdederunt, anno domini MCCCX⁰. Cetera ex

parte nostra uobis refert Myke archidiaconus Bachyensis, cui credere paternitas vestra velit.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 61.
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu I. B. 9. 167.

217.

1310, 20. marta. U Barču.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski daje Pavlu Gorjanskomu za velike zasluge posjed Drenovac u županiji požeškoj.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium saluatore. Celsitudinis regie liberalitas digne illis sue munificencie dexteram porrigit largitatem, quos seruiciorum numerositas et deuocionis ac fidei penes regiam excellenciam sinceritas propensius commendant et extollunt. Hinc est, quod ad uniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis, nobilis viri magistri Pauli filii Stephani bani de Gara de genere Drusma, dilecti et fidelis nostri nobis exhibitis alacriter et feruenter, in diuersis nostris expedicionibus et agendis oportunis, et specialiter attendentes, quod cum post mortem regis Andree felicis recordacionis nostri karissimi patruelis regnum Ungarie nobis debitum iure et ordine geniture adiissemus, idem magister Paulus castrum nostrum de Posoga, quod tunc idem ut castellanus tenebat, in fluuio Zoua (!) uocato nobis occurrens, in manus nostras statuit nos pro domino et rege naturali recognoscens. Item cum exercitus Herrici bani nostri infidelis comitatum de Wolko depopularetur, et ciuitatem nostram Engh uocatam bonis suis universis mobilibus spoliasset, idem magister Paulus dictum exercitum aggressus uiriliter debellauit, bona ablata prouincie restituit, prefatamque ciuitatem indempnem reddidit, letalibus uulneribus sauciatus, pro fidelitate nobis in hoc inpendenda. Ceterum cum filii Bagun una cum gente seu exercitu predicti Herrici bani districtum de Posoga deuastarent, et usque castrum nostrum de Posoga destruxissent, res et bona ipsorum auferendo, dictus magister Paulus simul cum nostris fidelibus partis eiusdem prenotatos filios Bagun hostiliter inuadens, triumphum uictorie de ipsis reportauit, districtumque predictum indempnem reddidit, uulnera perpessus letalia, equo, cui tunc insidebat, in

eodem congressu interempto. Preterea cum homines seu populi districtus de Posoga pestiferis suggestionibus acquiescentes, ad memoratum Herricum banum nostrum emulum, contra nostram maiestatem infideliter agendo, se flexissent, supradictus magister Paulus una cum nostris seruientibus fidelibus in villa Pak[r]a nominata eosdem congregatos expugnauit, et ad fidelitatem nobis obseruandam reduxit, plagis quidem letiferis uulneratus. Nec hoc silencio pretereundum estimamus, quod cum pro propulsanda et ulciscenda iniuria nobis et regno nostro Vngarie per regem Boemie irrogata, dictum regnum Boemie una cum barronibus (!) et nobilibus regni nostri potenter intrassemus, antedictus magister Paulus sub quodam castro Lean dicto, solite sue virtutis ostendens indicia, trium suorum dencium euulsionem in congressu sustinuit, sed quendam strennuum militem Dauid nominatum captum coram oculis nostre maiestatis nobis in signum uictorie presentauit; adicimus eciam, quod cum Ihones filius Erardi concepto spiritu malicie Stephano regi Seruie nostro emulo dampnabiliter adhesisset, et contra spectabilem virum magistrum Vgrinum dilectum et fidelem nostrum, ac partes regni nostri de Sirmia et de Wolko, collectis suis conplicibus, nequiter dimicaret et seuiret, prelibatus magister Paulus una cum nostris fidelibus prefatum Ihonem bellicose inuadens, potenter captiuauit, uictorieque palmam obtinens ipsum captum dicto magistro Wgrino(!) tradidit, patriamque ab excidio, quod sibi uerisimiliter intentabatur, liberauit. Pensatis igitur ex animo tot et tantis fidelitatum et seruiciorum meritis, et aliorum obsequiorum exerciciis nobis inpensis indefesse per eundem, que seriatim enarrare longum esset, et presentibus inseri tediosum, in reconpensacionem prenumeratorum seruiciorum aliqualem, licet idem ob sue fidelitatis erga nos prerogatiuam, promereatur a nobis longe plura, possessionem quandam Dornoch appellatam ad castrum nostrum de Posoga spectantem, in districtu eiusdem castri prope fluuium Oroa uocatum existentem, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis uniuersis, sub ueteribus metis et terminis, quibus ab antiquo extitit limitata, sine preiudicio iuris alieni, de consilio et conniuencia barronum nostrorum fidelium, sepedicto magistro Paulo et suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam. Vt autem huius nostre collacionis et donacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec ualeat temporum labente curriculo per quempiam retractari, uel in irritum reuocari, presentes concessimus litteras nostri dupplicis sigilli appensione communitas. Datum in Bors, per manus reuerendi viri magistri Ihonis prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii, archidiaconi de Kukullew, dilecti et fidelis nostri, XIII. kalendas aprilis,

anno domini millesimo CCC° decimo, regni autem nostri anno decimo, indiccione septima.

Original u arkivu grofova Zaya.
Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 195—198.

218.

1310, 22. marta. U Avignonu.

Papa Klement V. prijeti izopćenjem onima, koji otimaju i posjeduju na silu dobra samostana sv. Kuzme i Damjana u Rogovu.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio . . . . . abbati monasterii sancti Grisogoni Jadrensis salutem et apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecti filii . . . abbas et conuentus monasterii sanctorum Cosme et Damiani ordinis sancti Benedicti Jadrensis diocesis, quod nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorant, decimas, redditus, census, legata, terras, prata, domos, vineas, nemora, pascua, molendina, possessiones, instrumenta publica, libros iuris canonici et ciuilis ac quedam alia bona ad monasterium ipsum spectantia, temere ac maliciose occultare et occulta detinere presumunt, non curantes ea prefatis abbati et conuentui exhibere in animarum suarum periculum et dictorum abbatis, conuentus ac monasterii non modicum detrimentum; super quo iidem abbas et conuentus sedis apostolice remedium implorarunt. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus omnes huiusmodi detentores occultos decimarum, reddituum, censuum et aliorum bonorum predictorum ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te uel alium moneas, ut infra competentem terminum, quem eis ad hoc preficeris, ea predictis abbati et conuentui a se debita restituant et reuelent, ac de ipsis plenam et debitam satisfactionem impendant; et si id non adimpleuerint, infra alium terminum competentem, quem eis ad hoc peremptorium duxeris prefigendum, ex tunc in eos generalem excomunicationis sententiam proferas, faciens eam ubi et quando expedire uideris usque ad satisfactionem condignam solemniter publicari. Datum Auinione, XI. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana rogovskog no. 46. — Na listini visi končana uzica; bula otpala. Na hrptu savremena glagolska bilješka: ». . . . . preporučeno opatu kršivanskomu . . . dobra kloštra Rogova.«

219.

1310, 24. aprila. (U Zadru.)

Zadrani dužni su držati Apuljce za svoje neprijatelje kao i Mlečani.

Jadrenses duorum iuris peritorum arbitrio, incolas Apulie pro inimicis habere tenentur quomadmodum Veneti, quibuscum sunt sociati. Datum MCCCX., die vigesima quarta aprilis.

Original u konventu (kojem?) u Zadru. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 6, 20.

220.

1310, 27. augusta. U Stolnom Biogradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski nalaže banu Stjepanu, da čuva grad Zagreb u posjedu Kobile.

Karolus dei gracia rex Hungarie. Viris nobilibus, dilectis et fidelibus suis Stephano bano Sclauonie, Johanni et Radozlauo comitibus, filiis comitis Baboneg, salutem et graciam. Sicut nuper vestre fidelitati scripseramus, ut communitatem nostram Grecensem visis litteris eorum super possessione ipsorum Kobila vocata confectis, contra quoslibet eos defensantes, in iure ipsorum auctoritate nostra statuentes, sic et mandamus et fidelitati vestre precipimus, quatenus dictos cives, ut premisimus in omni iure ipsorum, quod in possessione habeant antedicta, auctoritate nostra conservare debeatis. Datum Albe, in octavis beati regis Stephani.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 82.

Iz prijepisa Stjepana bana god. 1311. U originalnom prijepisu kralja Karla od goa. 1317. u arkivu grada Zagreba.

221.

1310, 4. septembra. U Budimu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje posjed prije templarski u Našicama Alexandru od plemena Aba.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Lex est regia, a naturali iure descendens, bene meritis equo premio respondere. Proinde ad universorum, tam presencium pariterque futurorum noticiam harum serie volumus declarare, quod nos meritoria obsequia et obsequiosa merita magistri Alexandri filii Alexandri de genere Aba, dilecti et fidelis nostri, que nobis a primo introitu in regnum Hungarie cum desiderio sumpme fidelitatis usque horam coronacionis nostre tenuit semper fovitque partem nostram immutabiliter contra omnes et specialiter contra filium regis Boemie, qui per quosdam emulos seu barrones regni, nostre maiestati reluctantes, dyademate regio fuerat insignitus, quem idem rex Boemie pater suus ad suam reduxit propriam patriam, cum magna et maxima multitudine armatorum usque Pesth personaliter veniendo ad eundem, sicut id est cunctis notorie magis notum; quem nos postmodum cum barronibus et nobilibus regni nostri nobis fidelibus in Boemiam hostiliter insequentes, vastus, spolia et incendia ibidem committendo, municionibus plurimis et castris occupatis, seu combustis; ubi idem magister Alexander laudabilia et acceptabilia exhibuit servicia coram oculis nostre maiestatis; attendentes in memoriam etiam revocantes servicia eiusdem, que nobis contra ducem Otthonem inpendit, nostro lateri iugiter adherendo, personam suam et omnes possessiones suas, ac bona dubiis fortune casibus pro nobis submittere non expavit. Volentes itaque sibi pro tot et tantis serviciorum meritis aliquali remuneracionis beneficio regio occurrere cum favore, quamquam exiguum et minimum videatur, eaque ad presens facimus respectu horum, que eidem facere intendimus in futurum; quandam terram seu possessionem Cruciferorum Templi, Nekcha noncupatam, olym per Jvla banum, precessorem ipsius magistri Alexandri, de hereditaria possessione eorumdem similiter Nekcha vocate, excisam et ipsis Cruciferis datam, ab eisdem Cruciferis pro quadam macula infamie, super qua apud sanctam Romanam ecclesiam negocium ipsorum dampnabili fuit exitu et fine terminatum, et eciam apud nostram excellenciam sinistratum, auferentes, eidem magistro Alexandro et per eum suis heredibus heredumque suorum successori-

cum omnibus utilitatibus et pertinentiis vniversis, sub metis prioribus, tum propter servicia sua premissa tum in concambium cuiusdam possessionis Nicolai filii Iwan in Posega existentis Lypia vocate, propter magnifestos (!) excessus eiusdem Nycolai et notam infidelitatis, in quam inciderat, in nostras manus regias de regni consuetudine devolute et eidem magistro Alexandro per nos date et collate tali modo, ut eandem possessionem Lypia ab ipso magistro Alexandro auferre non possemus, nisi eidem dato consimili concambio pro eadem, quam tamen postmodum ipsi Nycolao filio Iwan reddendam decrevimus, suos excessus et notam infidelitatis, quam incurrerat, ad peticionem venerabilis patris, domini Wincencii, dei gratia archiepiscopi Colocensis aule nostre cancellarii et magistri Wgrini fidelium nostrorum, ac aliorum ex pietate regia misericorditer remittendo; de mera liberalitate et pura consciencia dedimus, donavimus et contulimus perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam et habendam; tali modo, quod si processu temporis quandocunque dicti Cruciferi obtenta gracia curie Romane, offensam eorum emendare, reatumve ipsorum reformare possent, aut dominus apostolicus de bonis et possessionibus ipsorum Cruciferorum Templi aliam ecclesiam construere adiudicaverit seu dotare, et super premissa nostra donacione eidem magistro Alexandro et suis successoribus facta processum fuerit, vel per quorumcunque partem super ipsa nostra donacione impeterentur, promittimus huiusmodi impetitoribus in consimili et equivalenti concambio providere. Si vero dicti Cruciferi, vel hii ad quem possessiones ipsorum Cruciferorum secundum arbitrium domini pape devolute fuerint, aliud concambium pro ipsa possessione Nekcha recipere nollent ullo modo, restituta eis eadem possessione cum sui iuris plenitudine, prefato magistro Alexandro et suis successoribus de alia possessione et de consimili concambio provisionem faciemus. Hoc tamen declarato, quod circa premissam collacionem nostram ipsi magistro Alexandro et suis successoribus factam prelatorum et barronum nostrorum consilium habuimus et consensum. Ut autem huius nostre collacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec possit per quempiam retractari, presentes eidem concessimus literas nostri duplicis sigilli munimine roboratas. Datum Bude per manus discreti viri magistri Jhoannis (!), prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, II. nonas septembris, anno domini millesimo trecentesimo decimo, regni autem nostri anno decimo,

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1757. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1505. no. 12. Na listini visi svilena vrvca zelene i crvene boje; pečata nema.

Na hrptu savremena bilješka: »Donacio possessionis Nekcha, que Cruceferorum Templi quondam fuit.«

Nagy Cod. Andeg. I. 210. — Knauz Monum. ecclesiae Strigoniensis 628.—629. no. 696.

222.

1310, 9. oktobra. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim biva zalog zemlje.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendamus per presentes, quod Thomas filius Andree de Ruch coram nobis personaliter constitutus confessus extitit ministerio viue uocis, quod quandam particulam terre Bolkteluke vocatam, quam comes Andreas filius Ladizlai pater suus domino Thome episcopo Boznenzi bone memorie pignori pro triginta marcis denariorum obligauerat, quam idem Thomas cum rebus scrinialibus nobilis domine Annus vocate consortis sue a domino Nicolao similiter eiusdem Boznenzis ecclesie episcopo redemisset, ipsam particulam terre cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis, prout impignorata et redempta fuisset, prefate domine Annus vocate consorti sue assignauerit et assignasset coram nobis possidendam, donec ipsam particulam terre propriis suis rebus, pro sumpma triginta marcarum pecunie redimere posset ab eadem, prout redempta fuisset a domino Nicolao episcopo prenotato. Datum feria sexta proxima post festum beati Francisci confessoris, anno domini M⁰CCC⁰ decimo.

Original u ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1758., Stara sign. N. R. A. fasc. 1505. no. 13.

Na hrptu se vide odlomci okruglog pečata pritisnuta u običnom vosku.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 212—213.

223.

1310, 23. oktobra. U Trogiru.

Trogirska kurija ispituje svjedoke, da li su Mlečani udareni prokletstvom od pape trgovali s kojim Trogiraninom.

In nomine indiuidue trinitatis amen. Anno domini a natiuitate millesimo trecentesimo decimo, indicione octaua, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie, et temporibus venerabilis patris domini Liberii episcopi, egregii viri domini Pauli de Birberio comitis, et nobilium virorum dominorum Nicole Kasotti, Marini Bertane et Danielis Jacobi consulum ciuitatis Traguriensis, die XXIII. octubris. Domini Nicola Kasotti, Marinus Bertane et Daniel Jacobi consules supradicti intendunt inquirere eorum officio et veritatem inuenire atque scire, videlicet, si aliqui Veneti uenerunt Tragurium et emerunt a Traguriensibus uel vendiderunt Traguriensibus aliquid contra inhibitionem domini pape, postquam ipsa inhibitio lecta et publicata fuit in ciuitate Tragurii die dicto. Dominus Gregorius domini Lucii testis iuratus dicere ueritatem super dicta inquisitione . . . . sue anime sacramentum, quod ipse non uidit aliquos Venetos, qui emissent uel vendidissent aliquid alicui Traguriensi, set bene uidit forenses in ciuitate Tragurii, nescit modo vnde sint. Die dicto dominus Desa Morfice testis super dicta inquisitione iuratus, ut supra dixit idem. Die dicto Franciscus Valentini testis super dicta inquisitione dixit idem. Die dicto Jacxa Nicole testis super dicta inquisitione dixit idem. Die dicto Ciprianus Marini testis super dicta inquisitione dixit idem. Die dicto Stoisa Grupçi testis super dicta inquisitione dixit idem. Die dicto Kasottus domini Nicole testis super dicta inquisitione dixit idem. Die dicto Martinus Valentini testis super dicta inquisitione dixit idem. Die dicto Marroi Gusoli testis, ut supra dixit idem. Die dicto Lompre Cortegia testis, ut supra dixit idem. Die dicto Nicola Mathei testis, ut supra dixit idem. Die dicto Stanus Gelli testis, ut supra dixit idem. Die dicto Laurentius Nicole testis, ut supra dixit idem. Die dicto Bartholus Siluri testis, ut supra dixit idem. Die dicto Jacobus Marini testis, ut supra dixit idem. Die dicto Solue Ripedelli testis, ut supra dixit idem. Die dicto Frani Cerneche testis, ut supra dixit idem. Die dicto Ruscus Jacobi testis, ut supra dixit idem. Die dicto Petrus Bereç testis iuratus, ut supra dixit idem. Die dicto Duymus Cocorine testis iuratus, ut supra dixit idem. Die dicto Çancius Acçolinus

testis iuratus, ut supra dixit idem. Die dicto Duymus Damiani testis iuratus, ut supra dixit idem.

(Drugi rukopis).

Ego Desa Bastiany examinator mandato dominorum consulum examynauy (!).

(Signum not.).

Et ego Siroccus Petri de Ancona imperiali auctoritate et nunc communis Tragurii ac eciam dictorum dominorum consulum iuratus notarius predicta omnia scripsi, et mandato tam dictorum dominorum consulum quam consilii generalis dicte ciuitatis in publicam formam redegi.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 35.
Notae Joannis Lucii. Starine XIII. 224.

224.

1310, 3. novembra. U Zadru.

Franjo de Lampregio prodaje Domku sinu pokojnoga Draška komad zemlje na otoku Pašmanu.

In Christi nomine amen. Anno domini ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indictione nona, die tertio intrante mense nouembri, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Jacobi de Fulgi[no][1] venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Franciscus de Lampregio (!) ciuis Jadre, quomodo do et vendo atque transacto tibi quidem Domcho filio condam Draschi habitatori ad Postimanum vnam meam petiam terre posite in insula Postimani; cui ex borea est terra monasterii sancte Marie de Ripa alta, ex quirina est vinea Fumie uxoris Francisci Çadulini, ex austro est terra Theodori de Fumato et de trauersa usque ad Brigos mons; qui sunt super salinas Barthe de Grisogono; cum omni longitudine et latitudine sua et cum omnibus suis certis terminis, habentiis et pertinentiis tam subtus terra quam supra terra a modo in antea cum plena virtute et libera potestate cum tuis heredibus et successoribus suprascriptam petiam terre

[1] Fulgentia?

cum suis pertinentiis intromittendi, habendi et tenendi, gaudendi et possidendi et omnem aliam tuam uoluntatem inde libere faciendi sicut de re tua propria, nemine tibi uel tuis heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante; hac conditione addita et seruata, quod nec tu nec heredes et successores tui possitis ipsam petiam terre alteri uendere nisi solum michi, si ipsam emere uoluero pro illo pretio, pro quanto ab vno et ab alio habere poteritis. Pretio cuius venditionis habeo et a te recepi libras centum et viginti denariorum venetorum paruorum, quas mihi integre persoluisti. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promicto(!) tibi suprascripto Domcho tuisque heredibus et successoribus suprascriptam petiam terre cum suis pertinentiis excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super me et omnibus bonis meis pressentibus(!) et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogati testibus, silicet Damyano de Slorado et Dobre de Tregna[1] ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Carbonossus examinator examinaui.

Ego Conte de Vico Pisano imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis omnibus interfui rogatus, scripsi et roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Kuzme i Damjana no. 44.

225.

1310, 17. novembra. U Zadru.

Braća Ivan i Marin Quali dijele svoju imovinu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indicione nona, die quarto decimo exeunte novembri, Jadre. Temporibus equidem domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Jacobi Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Manifestum facimus per hoc presens instrumentum nos quidem Johannes Qualis ciuis Jadre ex una parte,

---

[1] Jamačno: Begna.

et Marinus Qualis eius frater ex altera, quoniam diuisionem inter nos facimus et firmamus de bonis infrascriptis nobis pertinentibus tam iure paterno quam ex nostra aquisicione de nostra propria et spontanea uoluntate in hunc modum, scilicet quod mihi dicto Johanni accidit in parte mea inprimis medietas omnium terrarum positarum in campo de Liscouiça cum omnibus suis pascuis, pratis, arboribus et suis pertinenciis ita, quod in parte mea habeo vndecim pecias de terra campi videlicet, quia dictus Marinus habet primam peciam terre ex boreali parte campi et ego secundam et ita per ordinem ipse unam et ego aliam usque in fine australi dicti campi; inter quas pecias terre sunt alie pecie terrarum mei dicti Johannis, que fuerunt archidiaconi consanguinei nostri et eius fratrum et sororum et sunt eciam pecie terrarum Martini et Johannis de Lemesio fratrum, que fuerunt Demetrii patrui nostri; et insuper accidit mihi dicto Johanni in parte mea omnes terre munde et immunde, que sunt ex parte australi ville inter carsos ubi vocatur Draçane et tres dragule (!) terrarum, que sunt in pasculo nostro quirinali uersus pasculum Tucliçani, et similiter unus gognay terre in capite boreali dicti campi iuxta quendam lacuum (!); que tota possessio firmat ex borea iuxta terras templi et partim iuxta terras heredum condam Detriçi, ex quirina iuxta pasculum Tucliçani, ex austro iuxta terras monasterii de Rogoua et ex trauersa partim iuxta terras Çancii de Petriço et suorum consanguineorum et nepotum et partim iuxta terras mei Johannis, que fuerunt Bogdi de Lourechna, et partim iuxta terram Petriçi de Arbo et partim iuxta terras heredum condam Detriçi; item tota vinea magna siue pastinus positus in insula Pascimani, cui ex austro est vinea heredum Macaroni de Rogoua, ex trauersa partim est quedam vinea in tera monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte et partim iuxta terram Jacobi de Petriço et Thomasii de Cuçilla, ex borea iuxta terraticos Hefemie (!) uxoris Francisci Zadulini, et ex quirina partim iuxta terraticum mei Johannis et partim iuxta terraticum dicte Heufemie et partim iuxta viam publicam; item totam vnam terram siue derrus cum oliuis suis positam supra sanctum Johannem, cui ex austro est terra heredum condam Cheruaseuig, ex trauersa est terra Pauli filii Nicolay barberii et partim Desse Rubei, ex borea est via publica et ex quirina est terra que fuit Margarite Claude et quedam alia terra; item omnes bestie parue et magne, quas habemus in villa de Liscouiça; item domus una noua cum balatoriis suis et quoquina posita in ciuitate Jadre in confinio sancti Platonis, que balatorie ample debent fieri de uno passo comunis, et curia que remanet debet fieri comunalis inter utrasque partes; quibus ex austro est alia domus, que uenit in parte Marino et partim domus Damiani Macede, ex trauersa sunt loca Raue, ex borea sunt loca pro-

pria mei dictis Johannis, et ex quirina partim locus condam Çanne sororis Dragine et partim locus, qui fuit Demetrii patrui nostri. Et mihi predicto Marino accedit in parte mea alia medietas omnium terrarum positarum in campo de Liscouiça, in qua sunt vndecim pecie cum omnibus suis pascuis, pratis, aquis arboribus et suis pertinenciis sicut per ordinem superius declaratur; et insuper accidit mihi dicto Marino in parte mea omnes terre munde et immunde, que sunt ex parte boreali ville inter carsos quos tenuit Ceprigna et eciam post gomillam que dicuntur Lasi et in circuitu gomille; item tota vinea parua de insula Pesimanno(!), que est supra viam uersus quirinam; cui ex trauersa est via publica, ex borea sunt terratici Francisci de Zadulini[s] et partim heredum condam Bogdi de Lourechna, ex quirina partim sunt terratici dictorum heredum et partim sunt terratici Mauri de Sagitiga, et ex austro est vinea Macaroni de Rogoua; item ortus siue terra, que est circa ecclesiam sancti Petri in insula Pistumani(!), cui ex trauersa est dicta ecclesia, et ex omnibus aliis partibus est vinea dicti Macaroni et heredum suorum; item totus unus ortus positus ad Arcum extra portas ciuitatis Jadre, cui ex austro est quidam murus anticus(!), ex trauersa est ortus olim Demetrii patrui nostri, ex borea est via publica, et ex quirina est ortus heredum condam Nicolay de Begna; item tota vinea posita ad Celopecum, cui ex austro est via publica, ex trauersa est carsus, ex borea est vinea heredum condam Salbi de Rastiso, et ex quirina partim est vinea Theodori Belesinig et partim vinea generis Nicole de Petrinosso; item terra una posita in districtu None in confinio sancti Andree, super qua fuit vinea patris nostri, secundum quod confines suos abet(!), item quarta pars unius terre in qua habes vineam tu dictus Johannes posita in districtu None ad Dubrofnic, cui terre quarta pars est tui Johannis et reliqua medietas est Prodde de Capula, cui ex austro partim est vinea cuiusdam Sclaui iobagionis Frederici de Grisogono et partim est vinea tui Johannis, ex quirina est vinea heredum condam Cresti piscatoris, ex borea est vinea tui Johannis et partim vinea eorundem Nonensium, et ex trauersa est terra Nonensium; item tota domus uetera, que fuit aui nostri posita in predicto confinio sancti Platonis cum quoquina sua quam facere debeo incipiente a muro domus noue, que fuit Demetrii patrui nostri et usque ad quoquinam tuam ita, quod quoquina mea debet fieri ita magna sicut tua est per longum et per amplum, et balatorium meum habere debeo de uno passu comunis per amplum et per longum de quoquina mea predicta usque ad murum predicte domus tue, que domus et quoquina firmat ex austro iuxta uiam publicam et partim domus que fuit Demetrii, ex trauersa est domus Damiani Macede, ex borea partim est domus tui Johannis et partim est curia comunalis inter nos

et partim est quoquina tui Johannis, et ex quirina est domus noua et curia que fuit Demetrii. Et quia pars tui Johannis est melior quam pars mea, mihi addidisti solidos viginti grossorum, de quibus solutus sum; item totum debitum, in quo nobis tenetur Johannes noster seruitor, ita tamen, quod quisque nostrum cum heredibus et successoribus suis plenam habeat potestatem et uirtutem de parte sua, sicut superius est expressum, faciendi et dicendi tam in uita quam in morte suam omnimodam uoluntatem, utilitatem et profectum absque contradicione alicuius persone de mundo. Promittimus insuper unus alteri ad inuicem cum heredibus et successoribus nostris partes suprascriptas excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in ratione super nos et omnibus bonis nostris habitis et habendis. Quam uero diuisionem promittimus et tenemur firmam habere perpetuo et tenere et nunquam ipsam reuocare de iure uel de facto sub pena librarum centum denariorum uenetorum paruorum, quam penam soluat pars non obseruans parti obseruanti super se et bonis suis; et pena soluta uel non, hoc instrumentum diuisionis et omnia et singula contenta in eo nichilominus in sua semper firmitate permaneat et existat. Et sic super hac diuisione sunt hacta (!) duo publica consimilia instrumenta. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Niçiforo archidiacono et Micha presbitero sancti Michaelis ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Franciscus Carbonessus examinator examinaui.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Dominika no. 699.

226.

1311, 13. januara. U Brezovici.

Stjepan ban uvodi Zagrebčane u posjed zemlje Kobile.

Stephanus banus tocius Sclauonie universis presencium inspectoribus salutem in domino. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod super quadam possessione Kobila vocata, inter terram capituli Zagrabiensis ecclesie, similiter Kobila dictam, et posses-

sionem Cruciferorum de sancto Martino existente, per nos civibus Grecensibus assignanda, hac in eadem ipsos cives conservanda, recepimus litteras illustris regis domini nostri Karuli dei gracia Hungarie in hec verba: *(Vidi listinu od god. 1310. 27. augusta).* Nos itaque precepto domini regis optemperari cupientes, ut tenemur, comitem Martinum, fidelem castellanum nostrum de Medue, unacum testimonio capituli Zagrabiensis ad reambulandam dictam possessionem et statuendam civibus prenotatis destinavimus, qui ad nos rediens recitavit, quod comes Farcasius, nepos comitis Gardun in assignacione dicte possessionis contradictor extitisset, et quod ipsi comiti Farcasio terminum legitimum assignasset contra memoratos cives Grecenses, in nostri presencia comparendi. Quo siquidem termino adveniente, prefatis partibus coram nobis ordine iudiciario comparentibus, sepefati cives super collacione possessionis iamdicte litteras et instrumenta, que habere dignoscebantur, una cum nobilibus regni nobis assistentibus, presentarunt. Primum videlicet privilegium Ladizlai dei gracia quondam regis Hungarie, felicis recordacionis, sub hac forma: *(Vidi listinu od god. 1275. 11. augusta).* Item, presentarunt eciam privilegium domini Johannis bani tocius Sclauonie, continens hunc tenorem: *(Vidi listinu od g. 1275.)* Item, exhibuerunt eciam litteras comitis Inus, tunc temporis comitis Zagrabiensis, hanc seriem continentes: *(Vidi listinu od g. 1275. 27. septembra.)* Ipsis itaque instrumentis perlectis et ad plenum intellectis, non inventis cancellatis, abrasis nec in aliqua sui parte maculatis, prefatus comes Farcasius, qui super predicta possesione ius habere allegabat et agebat coram nobis regnique nobilibus, omni iuri, contradiccioni, liti, accioni et cuilibet materiei questioni orte [vel oriende] per se et per suos successores lineales, sive suscitande occasione predicte possessionis contra cives memoratos recognoscens, eosdem cives in possessione sepefata ius habere integrum, nec ad alios preter illos solos cives pleno iure pertinere, renunciavit pure et simpliciter, penitus et in toto eandem possessionem pacifice ipsis civibus relinquendo. Litteras siquidem et instrumenta, si qua super predicta possessione haberent quoquomodo optenta, frivola et irrita haberi voluit, ac innania et nullius [valoris] vel momenti quandocumque in contrarium predictorum civium per quempiam forent presentata. Nos igitur visis et consideratis iuribus civium predictorum quibus fungebantur seu utebantur in possessione memorata, regni nobilibus prebentibus consensum et assensum, nemineque contradictore existente in hac parte, sepefatam possessionem Kobila vocatam, cum universis pertinenciis et utilitatibus eiusdem, auctoritate domini nostri Karuli dei gracia serenissimi regis Hungarie, prout habebamus ab eodem in mandatis, ac eciam de iure et iusticia tenemur, statuimus, assignavimus et

reliquimus pacifice ac quiete perpetuo possidendam sepefatis civibus eorumque successoribus universis, introducentes ipsos cives tradita ab ipso domino nostro facultate, ut premisimus, in possessionem eiusdem corporalem. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Brizouicha, in octavis epiphanie domini, anno eiusdem M. trecentesimo undecimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije, svilene vrvce vise, pečat satrt. U prijepisu originalne listine Karla Roberta g. 1317., što se nalazi u arkivu grada Zagreba.

Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 82.—83.

227.

1311. 12. februara. U Zadru.

Deša Skoronja posudjuje od svoje sestre Matije 40 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo decimo, die duodecimo intrante mense februarii, indictione nona, Jadre. Temporibus domini Petri Gradonici incliti ducis Venecie, et domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Michaelis Mauroceni egregii comitis. Cum olim Mathia relicta Radoslaui Mladoseuich, reliquisset in suo vltimo testamento Desse, nepoti suo filio olim Scorogne, medietatem borealem tocius domus sue lapidee, posite Jadre in confinio sancte Marie monialium, cum medietate boreali ballatorii eiusdem domus cum hac conditione videlicet, quod dictus Dessa debeat soluere libras quatraginta denariorum venetorum paruorum pro redimenda parte sibi relicta de domo et ballatorio supradictis, et quia dictus Dessa non habebat vnde soluere posset libras quatraginta predictas, Mathia soror sua mutuauit eidem fratri suo libras quatraginta denariorum venetorum paruorum, que solute fuerunt Damiano de Ossilla, qui redemit domum predictam ab Ysabetta, relicta olim Jurse, que dictam domum habuit in pignore obligata, pro libris centum denariorum venetorum paruorum. Et dictus Damianus contentus estitit recepisse a dicto Dessa libras quatraginta predictas, propter quod dictus Dessa uoluit et contentus estitit, quod dicta Mathia soror sua cum heredibus et successoribus suis habeat et habere possit regressum et pagamentum de predictis libris quatraginta super parte dicti Desse fratris sui de domo et ballatorio predictis, et quod pars predicta eiusdem domus et ballatorii eidem Mathie pro predictis libris quatraginta usque ad satisfactio-

nem plenariam esse debeat obligata. Et quia egregius vir dominus Michael Maurocenus, prenominatus comes Jadre, cum curia sua considerantes, quod predicta omnia facta erant pro bono et meliori predicti Desse, idcirco in predictis et singulis predictorum ad cautelam et securitatem dicte Mathie sororis eiusdem Desse suam interposuerunt auctoritatem. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Dessa Russo et Laurencio de Yaia, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Petrus de Matafarro examinator, de preçepto domini comitis manum misi.

Ego presbiter Guillelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis, predictis interfui rogatus, scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru: odio samostana sv. Nikole no. 106.

228.

1311, 25. februara. U Krku.

Vinina sin pokojnog djakona Bolca iz grada Dobrinja, prodaje Dominiku nazvanom Selen iz istoga grada neki vinograd.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo vndecimo, indiccione nona, die quarto mense februario exeunte, Vegle, ante domum Nicoliççe Leogne de Tunne, coram domino Phylippo communis Vegle iudice, et presente diacono Dominico condam Jurgii dicti Drasce et Preuogna filio Stephani Vinniniç castri Dobregni, et Cochan de Castromusclo, qui habitat Vegle, testibus ad hec infrascripta conuocatis specialiter et rogatis; ibique Vinnina filius condam diaconi Bollaç eiusdem castri Dobregni, dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum Dominico dicto Selen filio condam Yua[n]ni Duymani eiusdem castri Dobregni pro se ac suis heredibus uel successoribus recipienti, quandam vineam que fuit olim Nicolay fratris ipsius Selen, set(!) reman[sit] ipsi Vininne ta[m]quam pleçço seu fideiussore, qui fuerat et intrauerat olim ipsi Nicolao, propter quam pleççeriam dictus Nicolaus remanserat debitor dicto Vininne, qua propter ipsa vinea sibi iure deuenit in possessionem et potestatem dicti Vininne pro ipso debito ad faciendum de ipsa pro anima et corpore totam suam uoluntatem, ut asserebant; que

vinea sua est in valle Dobregni apud vineam Marunçuli filii Vidaç et prope vineam Dragosclaui et apud viam publicam, ut dicebant; et si qui sunt alii sui confines, cum omnibus iuribus, habenciis, pertinenciis et coherenciis suis et eidem vinee in integrum aspectantibus, cum accessu et eggressu, introitu et exitu suo usque in viam publicam, et cum omni sui iure proprii a celo usque ad abyssum pro precio quatuor romanatorum denariorum paruorum, quod precium dictus Vininna fuit confessus et contentus apud se ab eodem Selen habuisse et recepisse, renuncians excepti sibi non dati et soluti precii et omni alii(!) auxilio, tribuens igitur et concedens eidem Selen de dicta vinea plenam licentiam et potestatem habendi, possidendi, gaudendi et quicquid sibi et suis heredibus uel successoribus placuerit exinde perpetuo pro anima et corpore faciendi nemine contradicente, ac eius nomine se constituit possidere, et promisit quoque per se ac suos heredes uel successores eidem Selen pro se ac suis heredibus uel successoribus stipulanti dictam uendicionem et omnia et singula supradicta perpetuo firma rataque habere et tenere et per se uel alium non contra facere uel uenire aliqua racione uel eam de iure seu de facto, et dictam uendicionem ab omni homine ac uniuersitate legitime defendere et discalumpniare sub pena dupli dicte pecunie quantitutis et refectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione bonorum suorum, qua pena soluta uel non, hec carta in suo robore perduret.

(Drugi rukopis.)

† Ego Philippus iudex manum misi.

Ego Jacobus filius condam Girardini de Ripatransis imperiali auctoritate notarius hiis omnibus predictis interfui, et rogatus hec omnia supradicta scripsi, publicaui et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugosl. akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1311.

229.

1311, 25. februara. U Spljetu.

Petar nadbiskup spljetski otvara samostan svete Klare u Spljetu.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis frater Petrus dei et apostolica gratia archiepiscopus Spalatensis salutem in domino sempiternam. Ordo rationis exposcit, et iuris congruit aequitati, ut fidelium

pia vota pio superioris adiuventur assensu, ne huiusmodi votorum affectus debito frustretur effectu. Proinde ad universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire, quod nobilis vir dominus Joseph bonae memoriae quondam civis Spalatensis terrena desiderans pro coelestibus commutare, et adhuc in sua vita diu excogitata pietatis opera ad effectum perducere, in suo ultimo statuit testamento, ut per suos procuratores Spaleti ad honorem beatae Clarae unum monasterium construeretur, incorporandum ipsi ordini sanctae Clarae, in quo quidem monasterio, cum necessariis omnibus et officinis debitis sufficienter fundato, atque dotato, duodecim sorores dicti ordinis possent perpetuis temporibus domino famulari. Ex laudabili itaque diligentia et procuratione salubri dictorum procuratorum, scilicet Petri de Come et Francisci socii sui filii eiusdem testatoris, dicto monasterio solido sufficienti et laudando opere cum suis pertinentiis iam fundato, et ecclesia eiusdem monasterii a nobis solemniter consecrata, dicti procuratores cum multis nobilibus de Spaleto a nobis et nostro capitulo humili petierunt instantia pro dicto monasterio ac rebus eiusdem et sororibus ibidem domino famulantibus seu famulaturis exemptionem plenariam, remissionem, immunitatem sive emunitatem ab obsequiis et aliis, quae nobis nostrisque successoribus archiepiscopali seu diocesana lege facere, et etiam nostro capitulo tenerentur. Et quia meretur exaudiri petitio, quae est . . . . . . Nos cum nostro capitulo attendentes ipsum propositum testatoris praedicti, cupientesque dictum monasterium semper de bono in melius promovere, praedictam petitionem pro exemptione . . . . . . monasterii, et rerum ac fororum . . . . . nobis et dicto capitulo nostro propositam, cum consilio et consensu omnium fratrum nostrorum dicti capituli Spalatensis duximus paternaliter admittendam, praedictum monasterium tam in capite quam in membris, cum personis et rebus habitis et habendis ab omni iugo, potestate, subiectione, servitute et iurisdictione nostra, et lege tam archiepiscopali quam diocesana, quam etiam a quacumque alia lege plenarie eximendo. Remittimus etiam et donamus praedicto monasterio et praefatis sororibus vel procuratoribus nomine et vice earum suscipientibus quicquid nobis et successoribus nostris seu nostro capitulo in obsequiis, praestationibus, oblationibus, servitutibus et subiectionibus dictum monasterium seu personae praedictae dare, praestare seu facere tenerentur; vel quicquid nos ac nostri successores seu capitulum nostrum quacumque ratione vel causa de iure vel de facto dari, praestari vel fieri nobis petere valeremus. Et in omnibus praedictis et singulis generaliter et specialiter dicto monasterio et sororibus praenotatis, seu procuratoribus nomine quo supra, recipientibus exemptionem plenariam et perpetuam exhibemus, nullo

nobis vel successoribus nostris, seu capitulo nostro iure retento, etiam in iis, quae tacite retenta intelliguntur a iure in exemptione generali, videlicet correctione, procuratione, visitatione, cathedratico atque similibus; quae omnia et singula expresse intelligi volumus esse collata in exemptione praefata, absque ulla iuris retentione, ut sic praedictum monasterium cum personis et rebus praenotatis ea libertate, exemptione, et gratiis fruetur et gaudeat, quibus gratulantur monasteria et personae cum rebus ordinis saepedicti. Nomina vero canonicorum consentientium omnibus supradictis sunt haec: dominus Jacobus archidiaconus, Michael primicerius, item domini Rogerius Marinus, magister Laurentius, magister Clemens et Stephanus presbyteri. Item Jancius Perbappe, Jancius Kussi, Gregorius vicarius, Gavranus Petr . . . . . Myssie, Wlchynna, et Dominicus Lucari dyacones, Jacobus quoque P . . . . Zekal, et Michael Kamurcii. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem praesens scriptum et exemptionem nostri sigilli pendentis et sigilli etiam nostri capituli fecimus munimine roborari et per manum Thomasii Vitalis de Perusio, auctoritate imperiali notarii mandavimus publicari. Actum in palatio nostro archiepiscopali, anno domini MCCCXI. indictione nona, temporibus domini Clementis papae V., anno pontificatus sui VI., die IIII. exeunte februarii, praesentibus Egidio Reinaldi, Theodosio Alberti, Micha Madii, Damiano Marule, Lucaro Andreae, Stoycha Mar . . . . . Michae Brususka, et aliis pluribus civibus Spalatensibus.

Farlati Illyr. sacr. III. 301.—302.

230.

1311, 17. marta. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečuhskim prodaju Ivan sin Egidijev iz Segedina (Scceguedy) i dr. svoju zemlju u posjedu Pezery kraj vode Okura županu Jakovu sinu Ambrosijevu za pet maraka.

Nos capitulum Quinqueecclesiense memorie commendantes significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod Johannes filius Egidii de Scequedy pro se et pro Gregorio fratre suo carnali, et Dionisius filius Joseph[i] de eadem frater eiusdem patruelis ab una parte, et comes Jacobus filius Ambrosii ab altera personaliter coram nobis constituti, per predictos filios Egidii et Dionisium antedictum propositum extitit viua uoce, quod ipsi terram ipsorum seu possessionem in Pezery iuxta Okur ipsos in porcionem contingentem et habitam, cum nemo-

ribus, pratis, terris arabilibus, loco sessionali, et porcionem, quam habent in quodam molendino in fluuio Okur existente, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis vniuersis uendidissent predicto comiti Jacobo pro quinque marcis plene numeratis et receptis ab eodem, sibi suisque heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, habendam et tenendam . . . . nostro priuilegio confirmare promisimus, dum nobis fuerunt reportate. Datum feria quarta proxima post [dominicam] qua cantatur oculi, anno domini MCCC⁰ vndecimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1311.

Na hrptu vidi se nejasan trag pritisnuta ovalnoga pečata i pisano je istom rukom: »Pezery«.

231.

1311, 19. aprila. U Cazmi.

Fr. Augustin biskup zagrebački potvrdjuje Jakobu Blagonji zemlju Lipovac kupljenu u županiji Ivaničkoj.

Universis Christi fidelibus presencium noticiam habituris frater Augustinus miseracione divina Zagrabiensis episcopus salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod constitutis in presencia nostra comite Jacobo filio Blagona ex una parte, et Jacobo filio Jaxa cive libere nostre ville de Juanch ex alia, idem Jacobus filius Jaxa confessus est, se quandam terram suam Lypouch vocatam, quam ipse Jacobus a Petro comite et Theodoro filiis Morlini mediantibus litteris domini Tymothei episcopi, predecessoris nostri, comparatam tenuit et possedit, sitam in comitatu nostro de Juanch, nobis pertinentibus et de nostro beneplacito consensu eidem Jacobo filio Blagone et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus pro sexaginta marcis denariorum nunc currencium plene ab ipso Jacobo filio Blagone habitis et receptis, ut dixit, vendidisse et tradidisse perpetuo possidendam et irrevocabiliter tenendam et habendam more et condicione predialium nostrorum ceterorum. Cuius terre termini seu signa sicut in litteris ipsius domini Tymotey (!) vidimus contineri hoc ordine distinguuntur: Incipit in planicie Chichka vocatam(!), deinde venit ad viam magnam, abhinc in paludem et venit usque ad viam magnam, per quam itur versus Lypouch, deinde venit ad viam

magnam, que ducit Zagrabiam, inde parum procedens tendit versus orientem ad arbores, ubi est eciam arbor sicca nomine dobouch, dehinc descendens venit ad viam, quam transiens versus septemtrionem venit ad fluvium Ztopechnik, inde tendit ad aquam Lona, ibique terminatur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes dedimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum Chasme, secunda feria post octavas Pasce resurreccionis dominice, anno domini millesimo CCC undecimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu, vise vrvce zeleno-crveno-žute boje, ali pečat je otpao. Diplomata a. 1311.

232.

1311, 10. maja. Kod samostana sv. Duha.

Radi se o založenoj zemlji, koja pripada vjerovniku, kada mu nije plaćen zalog.

Nos magister Kokos curialis comes de Wlko, magister Gurk et comes Paulus filius Emerici iudices nobilium, comes Bodow maior exercitus, et Vyodol maior castri memorie commendantes significamus quibus expedit presencium per tenorem, quod cum magister Iwan canonicus ecclesie Boznensis pro se et pro Gerardo fratre suo Ladizlaum filium Ladizlai, item Ladizlaum, Johannem et Thomam filios comitis Andree de Ruch, nobiles de genere Vgra, ordine iudiciario ad nostram presenciam citauisset, adueniente ipso termino Ladizlao filio Ladizlai et Ladizlao filio Andree pro se et pro fratribus suis comparentibus, magister Iwan exhibuit nobis litteras seu instrumenta capituli Boznensis, in quibus vidimus contineri, quod Johannes filius Andree antedictus de bona voluntate et permissione predictorum fratrum suorum quandam particulam terre de porcione sua ipsum per modum diuisionis in possessione eorum Ruch vocata contingenti, Draxa et Bolezlotelky vocatam, sub metis et terminis infrascriptis predictis magistro Iwan et Gerardo fratri suo filiis magistri Mychaelis pro sex marcis a festo beate Margarete virginis vsque ad reuolucionem anni cum omnibus vtilitatibus suis pignori obligasset, et postea semel, secundo et tercio, ymo vicibus quam plurimis transacta ipsa reuolucione anni terminos ad soluendas ipsas sex marcas assumpsisset, primo pena dupli, secundo pena decem et octo marcarum, tercio vero grauamine triginta marcarum ipsam particulam obligando, si negligens extiterit in soluendo. Nos itaque visis ipsis instrumentis et

plenius intellectis, vnacum magistro Logreto et aliis nobilibus quam plurimis decreuimus, ut in quindenis ipsius diei, quo ipsa instrumenta [perle]gi fecimus, ad faciem ipsius particule terre accedamus, et eam iuxta iustum et legitimum valorem estimemus, et si eandem dictus Johannes aut aliquis ex fratribus suis pro precio quo estimata fuerit ab ipsis magistro Iwan et Gerardo antedictis redimere voluerit, extunc terminos eisdem asignemus (!), in quibus eam commode possint redimere seu eciam rehabere. Si autem redimere non assumpmerent, extunc ipsam particulam cum omnibus vtilitatibus suis dictis Iwan et Gerardo statueremus et asignaremus perpetuo possidendam, ipsis Ladizlao filio Ladizlai et Ladizlao filio Andree tam pro se quam pro fratribus suis ipsam ordinacionem assumpmentibus coram nobis, et cum adueniente ipso termino ad faciem ipsius particule terre accessimus et ipsos Ladizlaum filium Ladizlai, Ladizlaum, Johannem et Thomam filios Andree ad dictam particulam semel, secundo et tercio vocari fecissemus, iidem venire noluerunt. Nos enim vnicuique iusticiam reddere volentes, dictam terram per metas, que in litteris obligatoriis continentur reambulantes, pro triginta marcis estimauimus, pro quibus eciam est obligata, et magistro Iwan ac Gerardo fratri suo iam predictis statuimus et assignauimus ipsis et eorum heredibus heredumque successoribus perpetuo et inreuocabiliter possidendam, prefatis Ladizlao et filiis Andree super facto dicte particule terre perpetuum silencium inponentes. Cuius quidem particule terre mete seu signa hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit a parte septemtrionali ab arbore gymulchynfa vocata, que sita est inter duas vias cruce signatas, que arbor distingit possessionem episcopalem ecclesie nostre a possessione ipsorum filiorum Andree; deinde descendit versus orientem et peruenit ad angulum cuiusdam silue, qui angulus est ante villam Borchynfolua vocatam, deinde vadit in immediate sub eadem silua versus meridiem et peruenit ad alium angulum eiusdem silue et ibi cadit ad magnam viam, que via dirigitur versus magnam viam, et per eandem viam eundo directe peruenit ad quendam riuum, qui riuus fluit a domo Zoltan, et per modicum eiusdem riui meando venit ad arbores egurfa vocatas, et per medium earundem arborum semper uersus meridiem eundo transit fluuium et peruenit ad quandam arborem piri, et inde reuertitur uersus occidentem et peruenit ad siluam tiliarum et ibi iungitur terre episcopali supradicte, deinde voluitur iterum uersus septemtrionem et inter metas terrarum ecclesie et ipsorum filiorum Andree peruenit ad quendam fluuium ubi est magnus dumus egur, et per eandem metam eundo reuertitur ad predictam arborem gymulchinfa vocatam et ibi terminatur. Ut igitur vnius cuiusque factum iuste et legitime aquisitum et optentum processu temporis in irritum non possit

reuocari, nostras patentes litteras eisdem magistro Iwan et Gerardo concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum apud monasterium sancti Spiritus, feria secunda proxima post festum beati Johannis ante portam latinam, anno domini M⁰CCC⁰. vndecimo.

Iz originalnog prijepisa kaptola bosanskoga od god. 1311. 15. maja u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.096. Stara sign.: N. R. A. fasc. 1505. no. 15.

233.

1311, 15. maja.

Kaptol bosanski prihvaća listinu župana vukovskoga Kokoša o založenoj zemlji. (Gl. predjašnju listinu).

Capitulum ecclesie Boznensis vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam vir discretus magister Iwan concanonicus noster, exhibuit nobis litteras magistri Kokos comitis de Wlko, magistri Jurk et comitis Pauli filii Emerici iudicum nobilium, Bodow maioris exercitus, et Vyodol maioris castri, in quibus iidem iudices a nobis petebant cum instancia, ut litteras ipsorum patentes, quas super statucione cuiusdam particule terre Draxa, Bolezlotelky vocate ipsi magistro Iwan et Gerardo fratri suo fecerunt emanari sigillis propriis confirmantes in testimonium statucionis dicte terre nostro priuilegio dignaremur confirmare. Quarum quidem patencium litterarum tenor talis est: *(Slijedi listina župana Kokoša vukovskoga od g. 1311. 10. maja).* Nos igitur predictorum iudicum iustis peticionibus obtemperare volentes, iusticia suadente ipsas litteras de verbo ad uerbum perlegi fecimus, et quia easdem non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, ymo omni plenitudine iuris confectas comperimus, sepedictas litteras rescribi fecimus nostrique sigilli munimine ipsis magistro Iwan et Gerardo fratri suo duximus confirmandas. Datum sabbato proximo ante festum asscensionis domini, anno autem ut supra.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.096. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1505. no. 15. — Na listini visi o crvenoj i zelenoj svili oštećeni pečat. Na hrptu bilješka: »Draxa, Bolezlo et Thelky.«

234.

1311, 28, maja. U Skradinu.

Pred knezom skradinskim prodaje Balasije sin Vukine iz Rakite braći Jurši i Stjepanu Petriniću zemlju u Rakiti.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC° vndecimo, mense madii die quarto exeunte, indiccione VIIII., regnante domino nostri Karolo serenissimo rege Hungarie, et temporibus domini nostri incliti Pauli bani, venerabilis patris in Christo domini Petri Scardonensis episcopi, Pauli egregii comitis nostri, atque dominorum nostrorum iudicum Bosani, Jurise et Martini. Nos comes Phyliphus (!) vna cum iudicibus supradictis ac cum consiliariis tota[que] comunitate Scardonensi significamus vniuersis presens publicum instrumentum intuentibus, quod constitutus coram nobis Balaseus filius quondam Wlyquine de villa Raquita et nunc manens Sybenici, sua propria et spontanea uoluntate ore proprio dixit et confessus fuit eum vendidisse et transactasse domino Petro archypresbitero et fratribus suis Jurse et Stephano fratribus, filiis quondam Berizlaui Petrinig de Scardona duo aratra de terra, totam scilicet partem seu porcionem suam de terris, vineis, pratis, siluis, pascuis, aquis et cum omnibus et singulis que habent super se uel infra seu intra se integrum pro libris centum octuaginta denariorum paruorum vsualis monete plenarie persolutis, que terra posita est in villa Raquita et eiusdem sunt hii confines: Ex australi parte terra Pouiulanorum, et ex occidentali terra de Chrilenik, ex boreali autem cometanei Drisigi de Polachane; quas quidem terras et vineas cum omnibus supradictis eorum terminis et pertinenciis prefatus Balaseus obligauit et super se susscepit(!) dictis domino Petro archypresbitero, Jurse et Stephano et eorum heredibus et proheredibus cum suis heredibus et proheredibus perpetuo ab omni homine (!) contradictione defendere, disbrigare et excalumpniare super se et omnia bona sua tam habita quam habenda. Quare igitur a modo et in antea liceat predictis domino Petro, Jurse et Stephano et eorum heredibus heredumque successoribus predictas terras et vineas cum omnibus suis terminis et pertinenciis perpetuum libere habere, iure hereditario possidere, tenere, dare, donare, vendere et omnimode ad voluntatem eorum alienare nullis obstantibus vel contradicentibus. Nos uero supradicti comes et iudices vna cum consiliariis et comunitate Scardonensi ad petitionem et instanciam predicti Balasei, vt dicte venditionis sa . . . salua in sua firmitate consistat, nec per ali-

quem possit infringi vel deleri, presentes litteras sigilli nostre comunitatis pendentis munimine duximus roborandas. Actum est hoc et firmatum Scardone iuxta ecclesiam beate virginis gloriose, coram his vocatis et rogatis testibus, videlicet Hranizlauo Borconis, Georgio Lubaucii, Bilsa B[o]sani ciuibus ydoneis de Scardona, Wilixa filio quondam Wlychete de Breberio de generacione Subichorum, Paulo Postoig de villa Pollachane de generacione Drisigorum, Chybudino Drasilig de villa Trischane, Stancio et Gregorio de villa Crilenik, Dragouano Chestcouig, Johanne filio Georgii de villa Raquita, Biloyo eciam de Raquita, Georgio filio quondam Mathei, Drazo filio Tolizlaui de Povilare, Petro filio Radoslaui, Dobrino Stephani, Andrea Radouani de villa Poulige, Stephano Crymalig, Tolsa Dragozlauo, Jurse de villa Tulenavas nobilibus et fidedignis viris Farensibus supradicte terre commetaneis vocatis similiter tunc et rogatis pro testibus ad premissa et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Ambrosius archipresbiter examinator Scardonensis manum misi.

Et ego Strico olim Dominici imperiali auctoritate et nunc iuratus Scardonensis notarius hiis omnibus et singulis presens et rogatus a predictis partibus presens instrumentum publice scripsi, meumque signum apposui consuetum.

(Monog. not.).

Original u arkivu samostana franjevačkog u Šibeniku.
Na listini nalazi se nešto svilene vrvce zelenkaste boje; pečat otpao.

235.

1311, 16. juna. U Skradinu.

Ban Pavao Šubić obavješćuje papu o oslobodjenju Zadra.

Paulus Croatarum ac Bosniae banus perinde Clementem V. papam certiorem reddit, civitatem Jadrensem ab usurpatione Venetorum liberatam, et veteri libero statui restitutam. Scardone, decima sexta iunii, anno MCCCXI.

Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. vol. 6. 23.

236.

1311, 22. juna. U Grausellu.

Klement V. papa povjerava nadbiskupu zadarskomu, da bana hrvatskoga Pavla riješi od izopćenja.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . archiepiscopo Jadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Oblata nobis pro parte dilecti filii nobilis viri bani Pauli Chroatorum Bosneque domini petitio continebat, quod cum ipse banus, filii, gentes et subditi sui vendendo, emendo et participando cum Venetis excommunicationis incurrerint sententias per nos generaliter promulgatas contra ipsos Venetos, ementes et participantes cum eis, occasione generalis rebellionis per Venetos ipsos contra nos et sanctam Romanam ecclesiam in occupatione civitatis Ferarie, et precipue castri Thebaldi, Burgi, pontis et turris, iuxta ipsum pontem dicte civitatis olim temere attentate, prout in processibus et sententiis nostris exinde plenius continentur, dictusque banus, filii, gentes et subditi eorum recognoscentes reatum ulterius cum Venetis, quatenus habere commercia non intendant, et de habitis doleant, debitaque penitentia astringantur, nobis supplicari fecerunt humiliter, ut providere eis super hoc de absolutionis beneficio misericorditer dignaremur. Nos itaque attendentes, quod ipsa mater ecclesia nunquam claudit gremium redeunti, ac volentes mite et misericorditer agere cum eisdem, fraternitati tue presentium auctoritate committimus et mandamus, quatenus per te vel alium, quem ad hoc duxeris deputandum, ipsos banum, filios, gentes et subditos a dicta excommunicationis sententia absolvas auctoritate nostra iuxta formam ecclesie consuetam, imposita eis propter hoc penitentia salutari. Volumus autem et presentium tenore decernimus, ut prenominati banus, filii, gentes et subditi nulla ulterius comercia habeant cum Venetis antedictis, sed integraliter processus observent habitos contra eos, donec Veneti ipsi de rebellionibus, inobedientiis et aliis per eos occasione predicta habitis, nostram meruerint et apostolice sedis gratiam obtinere. Quod si secus fecerint, eo ipso in eamdem excommunicationis sententiam relabantur. Datum in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diocesis, X. kalendas iulii, pontificatus nostri anno sexto.

Theiner Monum. Slav. Mer. I. 130. – 131. no. 183. Iz reg. an. VI. ep. 489. fol. 122.

237.

1311. 29. juna. U Čazmi.

Augustin biskup zagrebački dosudjuje podložniku Petru neki vinograd.

Nos frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensis episcopus memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, quod cum magister Gregorius filius Janka predialis noster Chasmensis quendam iobagionem nostrum castrensem in comitatu nostro Chasmensi Petrum nomine filium Wlcheko super dimidietate cuiusdam vinee Drasilo castrensis, quam vineam dictus Drasilo ad officium ferendarum litterarum episcopalium se [recepisse, et] in ipsa terra dereliq[uendo atque inibi ipse] pro se hospicium ordinauit, in causam traxisset coram nobis, dicendo ipsam vineam totalem sibi debere . . . . iudicii proposuit, quod ipsa medietas pro qua inpetebatur hereditaria sit . . . . magistrum Gregorium extitit omnino separata tempore adhuc primitiuorum . . . . et Drasilo . . . . . fratris ipsius Wlcheyk(!) vterini, ad quam assercionem seu defensionem cause ipsius Petri ad audiendum . . . . ad hoc deuento, idem Petrus cum suis testibus et coniuratoribus, vt predicta porcio sua ante . . . . . . separata sit [ab] altera porcione nec ad eundem magistrum Gregorium in aliquo spec[tet] iure aut . . . . Nos itaque secundum morem patrie dictum Petrum in hac parte censentes . . . . legitime obtinere, ipsam medietatem eidem in filios filiorum absque omnium . . . . Gregorii et aliorum contradiccione adiudicamus et perpetuamus pacifice auctoritate presencium possidere. In cuius rei memoriam et firmitatem stabili[orem] presentes eidem contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Chasme, in festo apostolorum Petri et Pauli, anno domini millesimo CCC⁰ vndecimo.

Iz originalnog prijepisa Ladislava biskupa zagrebačkoga od g. 1328. 13. oktobra u arkivu čazmanskog kaptola u Varaždinu lit. N. fasc. I. no. 5. Listina veoma trošna i poderana.

238.

1311, 6. jula. U Zagrebu.

Pred Augustinom biskupom zagrebačkim radi se o desetini krapinskoj.

Nos frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensis episcopus significamus quibus expedit memorie commendantes, quod constitutis coram nobis Nicolao sacerdote ecclesie sancti Nicolai de Crapina ex vna parte, et discretis viris capitulo Zagrabiensi ex altera, idem Nicolaus interogatus a nobis, si priuilegium papale, quod dudum asseruerat se habere, super decimis ipsius ville, quas diu detinuit, posset producere coram nobis, qui respondit dictum priuilegium se non inuenisse, ideo possessionem ipsarum decimarum restituit capitulo supradicto, protestans, quod si umquam dictum priuilegium inuenerit, sit sibi saluum ius super proprietate ipsarum decimarum suum negocium prosequendi. Idem vero capitulum dictam restitucionem sibi factam de possessione predictarum decimarum acceptauit, saluo sibi iure petendi decimas pro tempore preterito ab eodem Nicolao perceptas. Datum Zagrabie, in octauis apostolorum Petri et Pauli, anno domini MCCC⁰ vndecimo.

Knjiga kaptola zagrebačkoga: Liber acclavatus list. 29.
Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 6, 23.

239.

1311,* 26. jula. U Casa Sana.

Kralj napuljski tuži se banu Pavlu Šubiću na dalmatinske gusare.

De piratis Dalmatinis.

Scriptum est nobili viro bano Paulo, domino Dalmatie, dilecto et deuoto suo salutem etc. Pro parte vniuersitatis et hominum terre Ortone nostrorum fidelium fuit nuper nobis expositum cum querela, quod homines ipsi ex incursibus piratarum Dalmatie, subditorum seu vassallorum vestrorum plurima dampna rerum et offensiones personarum incurrerunt; adeo, quod quam plures ex eisdem Ortonensibus ab immani expositione torture, quam pertulere ab eis, crudeliter obierunt. Ob quas

* Valjda 1310., ako je indikcija VIII. dobro zabilježena.

ipsorum piratarum violentias, immo seuitias euitandas, alique terre maritime Apulie nostrorum fidelium coacte sunt et coguntur vobis et predictis piratis indebita tributa prestare, ac etiam ipsa terra Ortone tributum soluit olim indebite quondam comiti Georgio fratri vestro. Super quibus vestra prouisione petita, cum de tranquillo statu nostrorum fidelium tenera cura sollicitet, et illorum turbata quies turbet non immerito mentem nostram; nobilitatem et dilectionem vestram actente (!) requirimus et ortamur, quatenus predictis Ortonensibus dampna passis, videlicet a prefatis subditis vestris piraticam exercentibus prauitatem illa sarciri et ablata eis per illos cum integritate restituere vsque ad quindecim dies ad tardius, numerandos a die, quo presentes licteras receperitis, facientes, eosdem subditos vestros deinceps a dampnificatione et offensione ipsorum Ortonensium aliorumque nostrorum fidelium, maxime regionum Aprutii et Apulie, per vestre potestatis officium ar[c]tius compescatis; vosque tributum aliquod non exigatis de cetero ab eisdem nostris fidelibus, nec per ipsos piratas exigi permictatis; quin immo, si quid ab eis per vos vel vostros subditos est exactum, restituere protinus et restitui facere procuretis. Alioquin noueritis, quod non possemus deesse dictis nostris fidelibus, nec finaliter deessemus, quin eos ab iniuriis, dispendiis atque molestiis oportuno nostre defensionis presidio tueamur. Illo quoque remedio subueniemus eisdem dampnificatis et lesis, per quod indempnitati eorum, et honori nostri culminis sit prouisum. Data in Casa Sana prope castrum Maris de Stabia, anno domini MCCCXI. die XXVI. iulii, VIII. indictionis, regnorum nostrorum anno III.

Reg. Ang. O. 197. Reg. Roberti.
Wenzel Acta extera I. 194.—195.

240.

1311, 1. augusta.

Andrija predstojnik templarskog samostana sv. Martina daruje županu Parisu posjede Ježevo i Tribović.

Nos frater Andreas preceptor sancti Martini domus milicie Templi significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod consideratis seruiciis, fidelitatibus ac proteccionem (!) beneficiis nobilis viri comitis Paris sancte domui indesinenter exhibitis et impensis ac in futurum impendendis, vt promisit, quasdam possessiones domus sancti Martini in nostro preceptoratu existentes, Jeseu scilicet et Tribuych vocatas cum

vniuersis vtilitatibus et pertinenciis suis more aliorum predialium contulimus, dedimus et assignauimus ipsi comiti Paris et heredibus suis perpetuo possidendas et tenendas cum omnibus appendenciis et vsufructibus, consuetudinem (!) nichilominus sancte domus observata, de quibus eciam comes Paris et sui heredes quamdiu ipsam premissam fidelitatem sancte domui tenuerint, in singulis annis in vigilia beatorum Cosme et Damiani martyrum vnam marcam denariorum banalium sancte domui soluere et dare teneantur; nunc vero, quod prefate possessiones desolate et vacue sine utilitate et fructu existunt, a confeccione presencium vsque spacium trium annorum ipsum comitem Paris et heredes a solucione predicte vnius marce liberos esse volumus et exemptos, in aliis vero censibus modum teneant aliorum predialium et statuum. In cuius facti certitudinem presentes contulimus sigilli preceptoratus munimine roboratas, reddentes vniuersas litteras prius emanantas cassas et inv[a]l[ida]s, quandocunque per quempiam in prefate nostre collacionis presentarentur in contrarium. Datum in octauis beati Jacobi apostoli, anno domini M⁰ CCC⁰ vndecimo.

Iz originalnog prijepisa Nikoleta suca zagrebačkoga od o. g. 1340. na papiru u arkivu grada Varaždina br. 9. Ovu listinu potvrdio je Nicoletus sudac zagrebački (1339.—1343.) — Vidi Tkalčić Monum. civ. Zagr. I. 155.—156.

241.

1311, 1. augusta.

Andrija predstavnik templarskog samostana sv. Martina potvrdjuje županu Parisu neku zemlju, koju je dobio bio od prešastnika njegovog Vilima.

Nos frater Andreas preceptor sancti Martini domus milicie Templi significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod quandam possessionem predicte domus sancti Martini in nostro preceptoratu existentem, quam quondam magnificus vir Alexander banus ex parte domus tenuit et possedit, et postmodum frater Vilhelmus antecessor noster propter fidelitates et seruiciorum merita nobilis viri comitis Paris ipsi domui exhibitorum indesinenter ac modo fervido impendit, auctoritate magistri domus domini nostri cum vniuersis vtilitatibus et pertinenciis suis more aliorum predialium ipsi comiti Paris et heredibus suis

contulerat perpetuo possidendam cum omnibus appendiciis suis et tenendam. Nos nunc attendentes ampliora seruicia et beneficia proteccionum ipsius comitis Paris, eandem possessionem similiter auctoritate magistri domus prefato comiti Paris et heredibus suis, ut ampliori fidelitate et seruiciis sancte domui astringatur, confirmamus tenendam ac possidendam in perpetuum cum suis heredibus vniuersis, hoc adiecto, quod idem comes Paris et sui heredes in quolibet anno de prefata possessione in vigilia beatorum Cosme et Damiani martyrum vnam marcam denariorum banalium sancte domui dare teneatur; prouentus siquidem dicte possessionis consuetudinem (!) approbata ac more aliorum predialium ipse et sui heredes integraliter percipient et habebunt; et si que littere prius emanate in contrarium predicte collacionis tam prioris quam moderne per quempiam presentarentur, quas (!) [inualidas] esse volumus et inanes. In cuius facti stabilitatem presentes contulimus sigilli preceptoratus munimine roboratas. Datum in octauis beati Jacobi apostoli, anno domini M°CCC°. undecimo.

Iz originalnog prijepisa Nikoleta sudca zagrebačkoga od o. g. 1340. na papiru u arkivu grada Varaždina br. 9.

Sudac Nicoletus (1339.—1343.) — Vidi Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 155.—156.

242.

1311, 13. augusta. — 1316, 4. juna. U Požunu.

Kardinal Gentilis poslanik papin predaje kaptolu upravu spljetske nadbiskupije, kad je skinut njezin nadbiskup Petar.

In dei nomine amen. Hec est copia quarundam litterarum domini fratris Gentilis legati sigillatarum sigillo pendentis cere, quarum tenor talis est: Frater Gentilis miseratione diuina tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus dilectis in Christo filiis capitulo ecclesie Spalatensis salutem in domino. Licet de iure sede Spalatensi vacante amministratio spiritualium et temporalium ecclesie Spalatensis ad vos pertinere noscatur; quia nunc quodam modo vacare videtur pro eo, quod frater Petrus Spalatensis archiepiscopus suis contumacie culpis et demeritis exigentibus est per nos ab eorundem spiritualium et temporalium rationabiliter amministratione suspensus et excommunicationum sententiis plurimis irretitus; nos iuxta officii nostri

debitum prouidere uolentes, ne dicta ecclesia detectum in predictis spiritualibus et temporalibus patiatur, illorum amministrationem vobis tenore presentium duximus committendam, exercendam a vobis, quousque nos aut dominus noster summus pontifex, si contingat nos de legatione recedere, aliud duxerimus ordinandum; compellendique contradictores et rebelles auctoritate qua fungimur vobis concedimus potestatem. Datum Posonii, idus augusti, pontificatus domini Clementis pape quinti anno VI.

(Signum not.)

Et ego Vanutius Archangeli auctoritate imperiali notarius et nunc communis Spaleti, ut supra legitur, predictam copiam prout inueni in dictis litteris ita hic fideliter transcripsi et exemplaui et in publicam formam redegi et meum solitum signum apposui nil addens uel minuens fraudulenter preter punctum, litteram uel silabam per errorem, de mandato et auctoritate potentis viri domini Petri Zeni de Venetiis honorabilis potestatis Spaleti sub anno Christi millesimo trecentesimo sexto decimo, indiccione XIIII., regnante domino nostro Karulo Roberto rege Vngarie, temporibus quidem venerabilis patris domini fratris Petri archiepiscopi Spalatensis, egregii viri domini comitis Georgii, potentis viri domini Petri Zeni de Veneciis honorabilis potestatis, et nobilium virorum dominorum Theodosii Alberti, Philipy (!) Duymi et Peruosclaui Francisci iudicum ciuitatis Spaleti, die quarto mensis iunii. Actum in palacio comunis presentibus Petro Petrache, Alberto Madii, Janne (!) Chuchioli et aliis pluribus testibus.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 36. — Na listini vise o končanim vrvcama dva velika okrugla pečata.

Ima i prijepis kaptola spljetskoga od god. 1311. 5. septembra u ark. kapt. trogir. no. 37.

Farlati Illyr. sacr. III. 302. — Fejer Cod. dipl. VIII. 1. 400.—401. — Pavlović Mem. di cose dalm. 178. no. 36. — Monum. Vatic. Hung. Ser. I. T. II. 393.—394.

243.

1311, 8. septembra. U Stjeničnjaku.

Stjepan ban i knezovi Ivan i Radoslav Babonići daruju Jurju sinu Ozeja posjed Kamensko u Gorici.

Stephanus banus tocius Sclauonie, Johannes ac Radozlaus comites presens scriptum inspecturis, tam presentibus quam futuris salutem in eo, qui est salus omnium et ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod consideratis seruiciis meritoriis inpensis et inpendendis comitis Georgii filii Ozey dilecti et fidelis famuli nostri, que nobis suis temporibus fideliter studuit exhibere, attendentes eciam, quod quilibet labor fructu et digno premio resortiri debeat, eidem comiti Georgyo(!) ac filiis suis, filiorumque successoribus heredum in heredes, quandam terram nostram empticiam Camnicha nuncupatam in districtu de Gorycha et Strencha[1] iacentem dedimus, donauimus et irreuocabiliter contulimus cum omnibus suis vtilitatibus, pertinenciis, adiacenciis, metis et terminis iure perpetuo possidendam et habendam. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem, et vt eciam talis nostra collacio non irridetur(!), presentes eidem concessimus litteras munimine sigillorum nostrorum pendencium roboratas. Datum in Stenichnak, in festo natiuitatis virginis gloriose, anno domini M⁰CCC⁰ vndecimo.

Iz originalnog prijepisa bana Nikole od god. 1347. 2. decembra u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.191. Stara signatura: Actor. monast. Kamenzka fasc. 1. no. 5.

244.

1311, 15. septembra. U Spljetu.

Kaptol spljetski izabire po nalogu poslanika papina Gentila (od g. 1311. 13. augusta) Grgura i Vukana kanonike za upravitelje nadbiskupije.

Universis presentes litteras inspecturis Jacobus archidiaconus et totum capitulum Spalatensis ecclesie salutem in domino. Noueritis, nos a reuerendissimo in Christo patre et domino Gentile miseratione diuina tituli sancti Martini in Montibus presbitero cardinali, apostolice sedis

[1] Streuche? (Strelče).

*

legato litteras recepisse in hec verba: *(Slijedi listina kardinala Gentila od g. 1311. 13. augusta u Požunu).* Vnde cum teneamur mandatum dicti domini legati exsequi reuerenter, et ne dicta Spalatensis ecclesia defectum in spiritualibus et temporalibus patiatur, et quia etiam non possumus nos quotidie ad inuicem congregari, prouidos et discretos viros dominos Gregorium et Vullcinam[1] canonicos Spalatenses auctoritate predicta nostros fecimus et constituimus tenore presentium tam in temporalibus quam in spiritualibus et quemlibet ipsorum in solidum vicarios et procuratores et amministratores ecclesie Spalatensis, secundum quod in dictis litteris domini legati continetur expresse. Promittentes per nos nostrosque successores ratum et firmum perpetuo habere quidquid per dictos vicarios, procuratores et amministratores et quemlibet ipsorum in solidum factum fuerit siue gestum, et numquam contra facere vel uenire, donec per dominum legatum vel summum pontificem aliud extiterit ordinatum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum Spalati, die decimo quinto septembris, anno domini MCCCXI., indictione nona.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 37. Na listini visi uzica od pergamene; pečata nema.

Lucius Mem. de Traù. 232.—233. — Farlati Illyr. sacr. III. 303. Fejér Codex dipl. Hung. VIII. 6. 22—23. — Pavlović Mem. di cose dalm. p. 178. no. 37.

245.

1311, 4. oktobra. U Veneciji.

Mlečani odgovaraju na pismo kralja Karla Roberta, da je Zadar po pravu njihov.

Domino Carolo Hungarie regi. Regie sublimitatis litteras honore quo decuit nuper suscepimus, datas apud Budam, feria secunda apud festum sancte Marie Magdalene, similes quarum prius nobis presentauerat quidam cursor, cui statim mandauimus fieri responsales, sed recessit subito, litteras nostras non accipiens nec requirens; et legebatur inter cetera in eisdem litteris regiis, quod ciuitatem Jadre, quam de iure ad uos pertinere dicitis, et quam tenuimus a longis temporibus occupatam, molestabamus grauiter, sicut intellexerat regia celsitudo, vnde rogabatis nos, quod vellemus ab iniuriis dicte ciuitatis et ciuium et damnis eorum

[1] Inače: Vulcanum.

abstinere et suorum bonorum et nostros facere abstineri, ad quas culmini regio respondemus, quod ex litteris predictis convincimur, quod magnitudo regia recepit in predictis informacionem sinistram, quoque, si vobis vera insinuacio facta foret, securi redimur, quod ipsas litteras regalis magnificencia non misisset, et ideo, ut regie maiestati facti veritas pateat et informacionem veram concipiat et non veram reiciat, potencie regali rescribimus, quod ipsa ciuitas sicut est vbique notorium, fuit nostra et legitime ipsam possedimus multissimo et antiquissimo tempore, cuius non extat memoria, et plenum et sufficiens ius et iurisdiccionem acquisiuimus et habuimus et habemus per consequens in eadem, et ius vestri regni Hungarie expressum et notorium in ipsa ciuitate semper voluimus et fecimus ob reuerenciam et amorem regum predecessorum vestrorum, tanquam qui intendimus non turbare in aliquo iura regia, sed ad conseruacionem eorum dare pocius auxilium et fauorem, et erat ius ipsum aliqua pars dacii porte ciuitatis, quod soluebatur per homines vestros regni Hungarie ad introitum solum ciuitatis predicte, que pars exhibebatur, ut dictum est, cui per reges Hungarie ordinatum fuerat, et sic per predicta potestis euidenter aspicere et cognoscere manifestum ius nostrum, et quod vobis aliud quam veritas fuit intimatum. Verum de rebellione iniqua Jadratinorum nostrorum rebellium aliquod regie magnitudini cum reuerencia denotamus. Hec ipsa ciuitas nostra et ciues sub nostro felici et suaui dominio, sicut est liquidum toti mundo, tantam pacem, statum et omnium bonorum affluenciam et plenitudinem susceperant et continuum recipiebant augmentum, quod nullis mundi ciuibus, sed eis omnes alii ciues possent ob tantorum bonorum copiam, et quod ipsos continuis et magnis fauoribus et paternis dulciter affectibus tractabamus, inuidere. Nam tam suaue et dulce et utile est regnum nostrum in subditos, ut pro eis in suis grauitatibus conquiescant. Vnde ipsi incrassati multa pinguedine adeo, ut proprium amitterent intellectum et in reprobum sensum dati erga tantum affectum venientes, venenum et iniquitatem concipientes nefandam nobis rebellare temerarie presumserunt, sed speramus in domino, quod nisi ad nostram graciam et mandata redierint, eorum perfidiam superbiamque ciuitatis nostre potencia conteremus. Datum die IV. octobris, decime indiccionis, anno 1311.

Prijepis XVII. vijeka na papiru, označen (paginiran) sa 17, 18, u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu: Doc. med. aevi a. 1311.

Pray Annales III., 2. — Katona Hist. crit. r. Hung. VIII. 230. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. 417—419.

246.

1311, 12. oktobra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Zadranima pravice.

Carolus dei gratia Ungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Ludomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque rex. Universis et singulis quibus expedit praesens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Decet regiam excellentiam iustis precum instantiis suorum subditorum et fidelium animum inclinare, et eisdem condescendere regali cum favore, ut ipsorum numerus in opere fidelitatis augeatur, atque crescat. Proinde ad universorum notitiam tam praesentium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod religiosus vir frater Stephanus ordinis Praedicatorum et nobilis vir Martinus civis Jadrensis syndici et nuntii eiusdem civitatis ad nostram accedentes praesentiam, vice et nomine civium ac universitatis praedictae civitatis a nobis cum instantia postularunt, ut praedictam civitatem, cives ac universitatem Jadrensem in ipsorum libertatibus et iuribus conservare dignaremur, quae per nostros progenitores illustres reges Ungariae, specialiter per dominum regem Belam ipsis datae fuerunt et concessae; praeterea, quod rectorem, quem voluerint sibi possint assumere vel eligere, sive ab eadem civitate, sive fuerit de aliis partibus, qui possit eos regere secundum consuetudinem et libertatem ipsius civitatis. Nos igitur volentes invigilare pro commodo et quiete ipsorum civium et universitatis nostrae antedictae civitatis, et nihilominus attendentes ipsorum petitionem esse iustam et legitimam, praedictis eorum petitionibus annuentes, iuxta ipsorum voluntatem promittendo eosdem servare in propriis eorum libertatibus et uribus, quae ipsis sunt concessae per nostros progenitores et illustrem Belam regem antedictum, nec aliquis banus pro tempore constitutus, vel eius officialis possit eos in aliquo causare articulo, iudicare vel ad suam praesentiam trahere. In cuius rei memoriam perpetuamque sinceritatem has nostras literas privilegiales concessimus duplicis sigilli nostri appensione et munimine roboratas. Datum per manus discreti viri [magistri Johannis] praepositi Albensis ecclesiae, aulae nostrae vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, 4. idus octobris, anno domini 1311., regni nostri similiter XI.

Lucius De regno Dalm. IV. c. 12. 195. — Pray Annales III. 2. — Katona Hist. crit. Hung. VIII. 228. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. 397.

247.

1311, 21. oktobra. U Zadru.

Samostan sv. Krševana daje dva zemljišta Martinu Orišcu na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vndecimo, die vicesimo primo intrante mense obtubri (!) indicione decima, Jadre. Temporibus domini fratris Jacobi venerabilis Jadrensis archiepiscopi, et magnifici viri domini Mladini comitis Jadre principis Dalmacie et secundi bani Bosnensis, ac domini Corradi domini Symeonis de Ancona egregii defensoris Jadre. Fateor ego frater Johannes vicarius monasterii sancti Grisogoni Jadrensis, quomodo de assensu et uoluntate fratrum eiusdem monasterii ibidem presencium, qui fuerunt numero decem, do et concedo simul cum eis tibi Martino filio olim Radoslaui Oriseç ciui Jadre duos derros eiusdem monasterii ad laburandum (!), quarum vnum est in Draga uocata sancti Grisogoni, cui de quirina est mare, de borea est vinea Symonis Palielogi, de trauersa est via publica, et de austro vinea Marie filie olim Desse; et alium positum est in Petreçane, cui de quirina est via publica, de borea vinea heredum Dreche, de trauersa terra Miche Sculature, et de austro terra eiusdem monasterii vineis plantata ad terraticum. Quos quidem duos derros tibi concessimus a modo usque ad sex annos completos, et eos laborare tenearis annuatim usque ad terminum supradictum, secundum quod consuetudo Jadre exigit et requirit; et de reditu cuiuslibet blaue, quam in eo seminaueris et eciam arborum in eo plantatarum terciam partem integram eidem monasterio dare tenearis. Quam quidem concessionem promittimus nomine dicti monasterii ratam et firmam habere et non contrafacere uel uenire aliqua racione uel causa sub obligacione bonorum omnium dicti monasterii. Et ego dictus Martinus laudo et ratifico omnia et singula predicta. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Mirocco clerico sancte Marie maioris, et Cipriano Martinussio ciue Jadre.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XII. no. 370.

Na hrptu savremeno: »De duobus derris datis ad laborandum, quorum unus est apud Petriçane, alter est apud Dragam«.

248.

1311, 11. novembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje županu Nikoli sinu Elizeja Požeškoga pravo kunovine na njegovom posjedu Scivuni.

[K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ex officio susscepti regiminis debet regia celsitudo suorum subiectorum fidelitatibus et obsequiis respondere graciose, ut ipsorum exemplo reliqui ad fidelitatis opera, studia exercenda et regia vestigia prosequenda deuocius inuitentur. [P]roinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus declarare, quod nos considerantes fidelitates et seruicia meritoria comitis Nycolai filii Elysei de Posoga, que nobis cum omni feruore fidelitatis alacriter exhibuit et inpendit, et specialiter in nostris expedicionibus et processibus, quos vnacum prelatis et baronibus ac nobilibus regni nostri habuimus contra magistrum Matheum de Tyrunch, ubi idem nobis suas probitates per opera fidelitatis in conspectu nostre excellencie euidenter demonstrauit; vnde nos in aliqualem reconpensacionem seruiciorum eiusdem prescriptorum, hanc graciam specialem duximus faciendam, quod collectam marturinarum et submarturinarum atque ponderum de possessione sua Sciuunna vocata in Posoga existente, nobis prouenientem, relaxauimus et contulimus eidem comiti Nycolao et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo percipiendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem nostras presentes litteras priuilegiales eidem comiti Nycolao dari fecimus nostri duplicis sigilli munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi ecclesie Albensis, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, III°. idus nouembris, anno domini millesimo CCC° vndecimo, regni autem nostri anno similiter vndecimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.097., Stara sign. N. R. A. fasc. 1505. no. 18.

Na listini visi o crveno-žutoj svilenoj vrvci dobro sačuvani dvostruki kraljevski pečat.

249.

1311, 12. novembra. (U Veneciji.)

Marin Georgio dužd mletački odgovara na pismo kralja Roberta glede Zadra.

Serenissimo ac potentissimo domino Carolo dei gracia Hungarie regi plurimum honorando. Marinus Georgio eadem gracia etc. Serenitatis regie duas eiusdem tenoris litteras in duabus vicibus et temporibus successiue transmissas honore suscepimus condecenti, quarum habebat inter cetera series, quod ciuitas Jadre, quam multis iam elapsis temporibus per nos fore occupatam asseritis, nunc sponte ad vestras manus rediit et vestro se dominio subiugauit; propter quod culmen regium nos rogauit, quod cum intellexeritis per nos ipsi ciuitati et ad eandem pertinentibus insulis molestias, damna et multa fieri nocumenta, predictam ciuitatem et ad ipsam pertinentes insulas nollemus ulterius molestari. Super quo scire volumus regiam maiestatem, quod primis habitis litteris statim fieri mandauimus responsales, sed cursor lator earundem recessit subito litteras nostras non recipiens nec requirens, et receptis postmodum aliis similibus litteris, dum ad missionem nostre responsionis intenderemus, superuenerunt alie tercie littere, per quas super eadem nos requirentes materia quedam verba aspera, prout vobis placuit, conclusistis. Super quibus admiracionem concipientes non modicam, regio culmini respondemus, quod si veram huius rei informacionem maiestas regia habuisset, securi reddimus, quod nullas de predictis litteris destinasset nec postposuisset falsis suggestionibus amoris constanciam, que semper ab antiquo inter progenitores vestros reges illustres Hungarie et predecessores nostros duces et Veneciarum dominium viguit, amplis utrinque vallata seruiciis et graciis ac beneficiis augmento, sed credimus, quod per rebelles nostros perfidos et infidelissimos Jadrenses ingratitudinis filios culmini regio, que ad ipsorum nequam propositum attinent, veritate tacita mendaciter sint suggesta. Verum, ut regie maiestati facti veritas pateat, eidem rescribimus, quod ipsa ciuitas Jadre, ut est ubique notorium, fuit nostra et ipsam legitime possedimus a tempore cuius memoria non est, imo ab antiquissimo tempore et plenum et sufficiens ius et iurisdiccionem acquisiuimus, habuimus et habemus per consequens, in eadem, ius vestri regni Hungarie expressum et notorium in ipsa ciuitate, scilicet percepcio duarum parcium tributi porte Jadre semper

facientes ob reuerenciam et amorem regium integre conseruari et dari ad beneplacitum serenissimorum regum predecessorum vestrorum, dum eis placuit ordinare, et postmodum ipsum ius habuit banus regionis, scilicet banus Paulus Croatorum, tanquam, qui non intendebamus nec intendimus iura turbare in aliquo regia, sed ad conseruacionem eorum dare pocius auxilium et fauorem, de quibus iuribus et possessionibus nostris dicte ciuitatis, quibus per multa curricula temporum usum fuit Veneciarum dominium, nulla unquam per reges Hungarie requisitio, inquietatis vel molestia facta fuit Veneciarum communi. Immo per illustrissimum dominum Belam regem Hungarie fuit recognitum, quod dominium dicte ciuitatis ac possessio ad Veneciarum pertineant commune, prout hec et alia patent exemplo conuencionum initarum inter ipsum dominum regem per se et suos successores et dominum ducem et commune Veneciarum, que mandauimus ostendi per nobilem virum Nicolaum Grimani fidelem nostrum regie maiestati. Ex predicta ergo notificacione verum constare potest perspicue celsitudini regie, qualis fuit ipsorum Jadrensium perfidia et adhuc, ut maiorem de ipsorum maliciis noticiam habeatis, regie maiestati aliqua de hys, que contra nostrum attentarunt dominium, breuiter presentibus referemus. Nam ut est toti mundo notorium, eorum status sub nostro felici et suaui dominio mirabiliter auctus erat, nam de manu nostra suscipiebant omnium bonorum abundanciam et plenitudinem graciarum, sed ipsi tantorum bonorum ingrati, ac eo ipso quo magis augmentum status procurabamus eorum, magis temere presumentes ciuitatem ipsam contra nostrum dominium, immo contra se ipsos pocius rebellarunt, sed speramus in domino, quod nisi ad nostram graciam et mandata redierint, eorum perfidiam et superbiam virium nostrarum potencia diuino directo subsidio in hac nostra tam iusta causa., prout eorum demerita exigunt, conteremus. Serenitatem igitur regiam rogamus attente, quatenus ex predictis veritate concepta negocii dictorum Jadrensium perfidiam exosam habendo, ab audiencia regia super talibus excludantur, ac nostram et ducatus nostri amiciciam ab antiquo seruatam illesam, et sic quantum in nobis est seruandam in futurum nunc et in posterum conseruare velitis ad regia comoda et honores. Data die decima secunda mensis nouembris, decime indiccionis, anno MCCCXI.

Jednostavni prijepis XVII. vijeka na papiru označen (paginiran) sa 21—24. u kr. zemaljskom arkivu u Zagrebu.

Muratori Script. rer. ital. XII. 494. — Lucius De regno Croat. et Dalm. lib. IV. 495—496. — Pray Annales III. 4—5. — Katona Hist. crit. 232--233. — Fejér Codex dipl. VIII. 1. 419. — 422.

250.

1311, 12. novembra. (U Veneciji.)

Dužd mletački daje svom poslaniku Nikoli Grimanu inštrukcije glede odmetnuća Zadra.

Significamus vobis, quod literas serenissimi domini regis Ungariae nobis per quemdam adductas cursorem recepimus, inter caetera continentes, quod civitas Jadrae nunc ad manus suas sponte rediit, propter quod nos rogavit, quod cum intellexisset, per nos eidem civitati multa damna fieri ac plurima nocumenta, placere nobis ab offensione dictae civitatis abstinere, ac facere abstineri. Ad quas literas mandavimus fieri responsales, sed cursor ipse recessit subito, nostris literis non receptis. Subsequenter vero alias similes recepimus literas, ad quarum responsionem dum intenderemus, aliae tertiae literae regiae supervenerunt, graviores satis prioribus. Nam ibi quaedam cominatoria verba concluduntur. ut videre poteritis per exemplum earum, quod vobis mittimus praesentibus inclusum; nos vero deliberatione habita diligenti, cum plenum ius et dominium super civitatem Jadrae habeamus, tam ex antiqua et longa possessione, quam etiam per formam quarumdam conventionum initarum inter serenissimum dominum Belam regem Ungariae per se, et successores suos, et dominum ducem et commune Venetiarum, quarum conventionum exemplum vobis similiter mittimus praesentibus inclusum. Per quas conventiones contentatur idem dominus rex Jadrae dominium ad nos et nostrum commune Venetiarum totaliter pertinere, et quod nunquam se intromittet de ea prout haec et alia in ipsis conventionibus plenius distinguuntur, eidem domino regi super praedictis suis missionibus per nostras duximus literas prout convenit respondendum, quarum literarum exemplum similiter vobis mittimus ad cautelam vos rogantes, ac per nos et nostra consilia minus et de quindecim praecipiendo mandentes, quatenus dictas nostras literas, quas domino regi mittimus, eidem debeatis praesentare solicite, vel si abesset et sibi eas ita cito praesentare non possetis, sibi eas per fidelem nuntium, ut eas cicius habeat, mittere debeatis. Caeterum autem idem dominus rex in suis praedictis literis videatur asserere ipsam civitatem ad se totaliter pertinere, ignorans forsan ius et iurisdictionem, quam habemus in ea, debeatis adire praesentiam regiam, et sibi inter caetera exponere magnum amorem et amicitiam, quae ab antiquo viguit inter praedecessotes suos serenissimos

Ungariae reges et praedictos nostros duces et commune Venetiarum illaesa continuavit, postmodum semper cum exhibitionibus mutuis magnorum beneficiorum, ac servitiorum amplissime irrogatorum vicissim, ut esse potest notorium toti mundo, et prout potest maiestas regia manifeste scire tam ex fama quam ex forma conventionum praedictarum, quas conventiones quantum in nobis est servare intendimus perpetuis temporibus illibate, proponentes et nos et tota Venetia praedictum amorem et amicitiam ad ipsum et regnum suum continuare semper futuris temporibus, si suo culmini complacebit, quibus prout discretioni vestrae videbitur relatis, dicetis eidem, quod nos opinantes ipsum informatum esse falsis suggestionibus nostrorum infidelium Jadrensium iniquorum tacita veritate, serenitati suae puram et veram per nostras literas denotavimus veritatem super iure et iurisdictione, quam habemus in Jadra ab antiquis temporibus et adhuc, ut maiorem informationem habeat de praedictis, ut suus animus conquiescat, aspiciens veritatem et ius nostrum validissimum, quod habemus, providimus facere sibi per vos ostendi exempla conventionum ipsarum, quae vos sibi ostendere debeatis, si videre voluerit. Tamen hoc taliter facientes, quod non fiant, nec ostendatis vos hoc facere per modum litigii, nec quod videatur vos velle stare suae diffinitioni, sed ad informandum animum suum de iure nostro dicatis sibi, propter quod habeatur per chronicas nostras, quae fuerunt diutissimae, et sunt in nostra procuratia sancti Marci, qui est locus ita solemnis, quod iam sunt circa anni CCCXIX., quod Jadrenses sponte dederunt se, et terram Jadrae absolute et praecise duci tunc praesenti et communi Venetiarum. Circa ea quae dicta sunt taliter vos habentes, ut de providentia vestra confidimus et speramus, denotantes nobis solicite, quaecunque per vos facta fuerint in praedictis, et responsionem fiendam per regem, omnia particulariter et distincte ac alia quaecunque ad hoc facientia scire et investigare poteritis. Et sciatis, quod si quas expensas continget vos facere pro eundo ad regem, si forte abesset, vel aliter vos contigeret expensare pro dicto facto, uobis satisfieri integre faciemus. Die 12. novembris, X. indictione 1311.

Iz dodataka k analima Dand. u cod. Vatic. — Muratori Script. rer. Ital. XII. p. 494.

Lucius De regno Dalm. lib. IV. c. 12. p. 196.—199. — Pray Annales III. 5. — Katona Hist. crit. VIII. 236.

251.

1311. U Požegi.

Pred kaptolom požeškim dijele se u posjedima ugarskim i hrvatskim sinovi braće Aleksandra i Petra.

Capitulum ecclesie beati Petri de Posoga omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Mores et virtutes sapientum sic reperiunt (!), vt ea que aguntur in temporis curriculo, ne per vetustatem temporis et fragilitatem humane nature simul cum tempore confluantur et labantur, litterarum patrociniis solent perhempnari; nam ea sunt irrevocabilia sine dubio, que per series earum fulciunter. Proinde vniversorum sancte matris ecclesie filiorum noticie auctoritate presencium volumus fieri manifestum, quod nobiles uiri, magistri videlicet Demetrius et Nicolaus filii comitis Alexandri de genere Aba pro se et pro Alexandro fratre eorundem ab vna parte, Lukachius, Petrus et Demetrius magistri filii comitis Petri de eodem genere pro se et pro Ladislao ac Stephano fratribus ipsorum ab altera, cum sufficientibus procuratoriis litteris domini regis coram nobis personaliter constituti, iidem filii comitis Alexandri et filii comitis Petri prescripti in possesionibus ipsorum infrascriptis talem diuisionem concorditer inter se fecisse retulerunt viua voce, quod possessiones Nekche, Pagarach, Chabamezeu, Benezurduka, Weurustou, Compold, Sonchol et Pata cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis vniversis ad easdem spectantibus, iidem magistri Lucachius Petrus et Demetrius ac fratres ipsorum predicti filii comitis Petri prenotati eisdem magistris Demetrio, Nicolao et Alexandro filiis comitis Alexandri prefatis et per eos eorum heredibus heredumque suorum succesoribus iure perpetuo et irrevocabiliter dedissent, donassent et concessissent possidendas, tenendas et habendas, et concesserunt coram nobis. Econuerso autem possessiones Raduan, Zentmihal in comitatu Barania existentes et Zekuduor, Wassyan, Arkichalan et alias quas habent inter fluuios Feirkeris et Morus similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis uniuersis iidem magistri Demetrius, Nicolaus et Alexander filii comitis Alexandri antedicti, eisdem magistris Luche, Petro, Demetrio, Stephano et Ladislao filiis comitis Petri prefati et per eos eorum heredibus iure pariter perpetuo dedissent et donassent possidendas. Hoc eciam manifestarunt, quod quia possessiones prenotate eisdem magistris

Demetrio, Nicolao et Alexandro filiis comitis Alexandri prememoratis per eosdem magistros Lukachium, Petrum, Demetrium, Stephanum et Ladislaum filios comitis Petri pretactos, per modum divisionis, vt premittitur, perpetuo iam donate, maioris fructus et vtilitatis necnon quantitatis fore dinoscerentur, prout partes affirmarunt, iidem magistri Lukachius, Petrus, Demetrius, Stephanus et Ladislaus filii comitis Petri prenotati, pro quibusdam arduis negociis ipsorum expediendis ab eisdem magistris Demetrio, Nicolao et Alexandro filiis comitis Alexandri prenotatis mille et trecentas marcas fini argenti ad racionem Budensem, et decem pecias panni ypri vocati, necnon quinque equos sexaginta marcas ualentes, asseruerunt et dixerunt plene et integre se iam recepisse. Preterea partes coram nobis retulerunt, quod possessionem ipsorum empticiam Lypolch nuncupatam cum vniversis vtilitatibus et pertinenciis suis, certis metis et limitacionibus separando in duas eciam partes divisissent, ex quibus vna pars, a parte meridionali sita, cum vniversis utilitatibus suis, videlicet simul cum castro Eluskw nuncupato, specialiter cum terris de iuxta fluuium Topl adiacentibus, cessisset magistris Demetrio, Nicolao, et Alexandro filiis comitis Alexandri prenominatis et per eos eorum posteritatibus perpetuo possidenda. Reliqua vero parte eiusdem terre Lypolch a plaga aquilonali existente, magistris Luche, Petro, Demetrio, Stephano et Ladislao filiis comitis Petri prelibatis et per eos eorum heredibus similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis universis perpetuo possidenda remanente. Mete autem, que separant porcionem vtriusque partis in eadem possessione Lypolch habitam, prout partes dixerunt ab inuicem, hoc ordine distinguntur: Prima siquidem meta incipit super duas arbores ilicis a parte oecidentali iuxta terram Renoldi quondam palatini Zakula vocatam, deinde per quandam semitam tendit versus partem orientalem, et descendit ad quendam riuulum Triztinik nominatum, ab hinc transeundo ipsum riuulum per eandem semitam ascendit ad quendam montem et eundo paululum in planicie uenit ad quandam viam, que venit de villa Chyzete, post hoc eundo per eandem uiam venit ad quendam riuulum Lypolchpotoka appellatum et ibi transeundo per ipsum fluuium tendit per quemdam monticulum beerch uocatum et in cacumine eiusdem monticuli progreditur versus partem aquilonem(!), et deinde descendendo de eodem monticulo per eandem viam diuertit iterum ad partem orientalem, et uenit ad quemdam riuulum et deinde diuertendo iterum ad partem aquilonem, per eundem riuulum ascendendo uenit ad quendam fontem, qui est iuxta curtem seu sessionem eorundem, et deinde transeundo uenit ad ecclesiam sancti regis Ladislai, et ab eadem ecclesia descendendo per villam uersus orientem uenit ad quasdam arbores nucum, que sunt iuxta fluvium Ylsua

et iuxta fluuium ascendendo venit usque ad alium fluuium Nogpotok nominatum, vbi iidem fluuii in vnum coniunguntur. Deinde ascendendo per ipsum fluuium Nogpotok uadit usque ad Scaraspotok, deinde uadit usque ad siluam, et ibi cadit ad quandam uiam, que uenit de Soukuuth. Et transeundo per eandem uiam uenit ad silvam, et eundo per eandem siluam uenit ad quandam magnam vallem Lobou nuncupatam, deinde transeundo ipsam uallem uadit per eandem uiam ad quendam magnum montem, et descendendo de eodem monte, uenit ad quendam fluuium Lamnicha uocatum, et descendendo iuxta eundem fluuium per ipsam uiam uenit ad quendam locum uenacionis Bykachlezy nominatum, et ibi relinquendo ipsam uiam diuertit uersus plagas aquilonis, et eundo iuxta alpes uenit ad quendam lapidem qui vocatur Solymkw, deinde eundo uenit ad quendam montem Oblyk uocatum, vbi continuatur terris regalibus pertinentibus ad Sarus, et ibi terminatur. Hoc eciam adiecto, quod si minera auri et argenti uel cuiusuis generis metallorum aut salifodina seu puteus salis reperta sunt, uel reperiri poterint in futurum in eadem possessione ipsorum Lypolch memorata, videlicet in porcione vtriusque partis, prouentus huiusmodi partes communiter percipient et habebunt. Cultores autem seu operarii metallorum eorundem salifodine seu putei salis ad illam partem pertinebunt, in cuius porcione reperta fuerint metalli sales et puteus salis memorata, et pecuniam ad opus inchoandum ipsis operariis partes dare communiter tenebuntur. Hoc eciam propalarunt, quod ad recuperacionem possessionum alienatarum, que in diuisione utrysque partibus cessisse dignoscuntur, partes adinuicem se iuuare tenebuntur propriis laboribus et expensis. Ne igitur ordinacio seu diuisio possessionum ipsorum(!) prescriptarum per ipsos uel ipsorum posteritates quoquomodo lapsu temporum possit uel valeat retractari, partes predicte se tam in suis quam in personis suorum posteritatum obligarunt seu connexerunt coram nobis. Quod quandocunque racione diuisionis possessionum ipsorum prememoratarum modo premisso inter partes diuisarum pars vna uel eius posteritates contra partem alteram aut eius successores quid questionis uel materiam litis palam aut clamdym suscitaret seu moueret, extunc pars aduersa contra partem vnionem pacis obseruantem in facto subcubitus duelli potencialis conuinceretur eo facto, ad quod se partes predicte spontanee obligarunt coram nobis. In cuius premisse diuisionis et obligacionis memoriam perpetuamque firmitatem litteras nostras concessimus sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum per manus magistri Theophile(!) dicti Puer lectoris ecclesie nostre, anno domini M°CCC° decimo primo, presentibus tamen Laurencio preposito ecclesie nostre predicte, Demetrio cantore, Mathya custode, ceterisque canonicis deo in eadem famulantibus.

Dva originala u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1790 i 1792. Stara signatura: N. R. A. fasc. 558. no. 1. Oba su originala cirograf, te slova pristaju jedno o drugo (M. O. D. L. no. 1792. je komp.) Na drugom originalu visi svilena vrvca crvene i žute boje. Pečata nema na nijednom.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 241–245.

252.

1312, 6. februara. U Trogiru.

Petar Case prodaje Prodanu Mihani iz Gusterne polovicu kuće.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, indicione decima, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie, et temporibus venerabilis patris domini Liberii episcopi, egregii viri domini Pauli de Birberio comitis, et nobilis viri domini Mathey Sor capitanei et consulis ciuitatis Tragurii, ac nobilium virorum dominorum Gregorii Lucii et Francisci Valentini consulum ciuitatis predicte die VI. februarii. Petrus Case vendidit et tradidit iure proprio et in perpetuum per se et suos heredes Prodano Michanne de Gusterna pro se suisque heredibus ementi vnum pamentum(!) de medie(!) cum medietate canipe vnius domus posite Tragurii iuxta Siluestrum Valentini, iuxta dictum Petrum et alia latera; ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid dicto emptori et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo fatiendum(!), cum introitu et exitu suo usque in viam publicam et cum omnibus circumstantiis et pertinentiis suis et iure habito in integrum; pro pretio vigin[ti] . . . . venetorum paruorum, quod pretium dictus venditor fuit confessus et contentus se a dicto emptore integre recepisse et penes se habere; dans dictus venditor eidem emptori licentiam possessionem dictarum rerum intrandi, promisit ei de ipsis rebus litem non mouere nec mouenti consentire, set(!) ipsas res ei et suis heredibus legitime defendere et discalumpniare contra omnes personas, et dampna, expensas et interesse litis et extra reficere sub obligatione suorum bonorum. Actum in plathea Tragurii, presentibus Laurentio Nicole Cosicçe et Vicentio Ampleuxii testibus rogatis et Marroy Desse examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Maroie Desse Gussi conssius(!) examinaui.

(Signum not.).

Ego Superantius Ranaldutii de Cingulo autoritate imperiali et nunc

dicti communis iuratus notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 38.

253.

1312, 19. marta. U Zadru.

Krasonja sin Petrov iz Zadra prodaje trećinu svoga vinograda u Cerodolu Petru sinu Bite de Petrinja.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo vndecimo, indicione decima, die tercio decimo exeunte marcio, regnante domino nostro Karolo dei gracia illustri rege Vngarie vacante ecclesia Jadrensi pastore, temporibus domini Maladeni secundi, comitis Jadre, principis Dalmacie et bani Bosnensis, ac domini Coradi domini Simeonis de Ancona egregii defensoris. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Crasogna filius condam Petri habitator Jadre, quomodo do, uendo atque transacto tibi quidem Petro filio condam Viti de Petrigna ciui Jadre totam terciam partem meam unius vinee diuise cum Dessa fratre meo et Dmincha sorore mea; qui Dessa frater meus suam terciam partem dicte vinee tibi uendidit positam ad Çerodolum prope scalenicas; cui tercie partis (!) mee dicte vinee ex austro est vinea dicte Dminche sororis mee, ex trauersa est vinea tui dicti Petri, ex borea et vinea eciam tui dicti Petri, quam emisti de dicto fratre meo, et ex quirina est partim via publica et partim est vinea Stane Menouiçe, cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram, a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis predictam terciam partem meam dicte vinee intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi et omnia alia et singula faciendi sicut de tuo proprio, nemine tibi tuisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante. Precio cuius uendicionis siue transactacionis ego predictus Crasogna recepi a te dicto Petro libras quinquaginta quinque denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde ego predictus Crasogna cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Petro tuisque heredibus et successoribus predictam terciam partem meam

dicte vinee cum suis pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Thomasio de Nosdrogna filio Dragi et Johanne filio condam Dominici Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Andreas de Slorado exsaminator (!) exsaminaui.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Originalni duplikat u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. XVII. no. 405.

254.

1312, 18. aprila. U Hvaru.

Samostan sv. Nikole na Visu zamjenjuje svoju jednu zemlju za zemlju Bogdana Slavogostova.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, tempore illustris domini Marini Georgie (!) ducis Venetiarum, venerabilis patris domini fratris Gabrielis episcopi, ac nobilis viri domini Andree Geno honorabilis potestatis Farre et Braze, suorumque iudicum Slobe Andree, Micxe Rose et Sclauogosti Bogdani; die XVIII. mensis aprilis. Dompnus Stephanus abbas monasterii sancti Nicolay de Lixa, Radouanus prior, frater Prodanus, frater Wlcanus, frater Bogdan, frater Obrad et capitulum dicti monasterii dederunt et cambiauerunt Bogdano Sclauogosti per se suosque heredes vnam peciam terre predicti monasterii partim vineate posite Na Moçaçh ab vna latere Sclauogosti Vidosii, a secundo Grubexia et Jurius Vidosii, a tercio via comunis, a quarto Cranidrag condicione cum omni eo qu . . . . de origine iure . . . . . . proprio pertinet ad predictum . . . . dictus Bogdanus dedit, permutauit et cambiauit predicto dompno Stephano abbati accipienti pro monasterio vnam peciam terre posite in Lixa in Draceuopollie, a primo latere Bich . . . . Cra . . . Cram . . . . et Tolco Calama . . . cum omni eo, quod habet supra se infra se seu intra se, omnique iure, vsu seu requisitione . . . . Promittens vna pars alteri vicissim pre-

dictas res legitime defendere, actoriçare et disbrigere(!) et omnia dampna, interesse, grauamina et expensas, que et quas [faceret] pro predictis et in iuditio et extra, integre reficere et resarcire et predicta promissa actendere et obseruare sub pena dupli et obligatione omnium bonorum. — Et quia secundum consuetudinem ciuitatis stridatum fuit per Decolem plaçarium, quod quicumque habet aliquod ius in predictis, comparere deberet infra vnum mensem . . . . et quia nullus comparuit, ideo presens instrumentum . . . . . roboraui. Actum in domo mei notarii presente . . . . . . de Papia, Crest[e] . . . . et Bogdano Crestolic . . . .

(Drugi rukopisi.)

Ego Andreas Geno potestas Fare et Braçe manu mea scripsi.

(Signum not.)

Ego Dota . . . .

Original u kaptol. arkivu biskupije u Hvaru. — Listina je taninom oštećena.

255.

1312, 21. maja.

Župan Dionizije sin Petrov poklanja dio očinske si zemlje pokraj crkve sv. Križa u Komogojnu samostanu Topličkom.

Dyonisius comes filius Petri filii Heruk comitis, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod nos diuina inspiracione cooperante, fidelibus ac salutaribus amicorum monitis eruditi, particulam terre nostre patrimonialis in Comogoyno, circa ecclesiam sancte Crucis cum ipsa ecclesia et vno molendino, cum pratis, vineis ac vniuersis eiusdem utilitatibus in remedium et salutem animarum parentum nostrorum atque nostre, reuocacione quorumlibet cognatorum nostrorum seu nostre posteritatis non obstante, contulimus et resignauimus in perpetuam et irreuocabilem elemosinam ecclesie beate Marie de Toplica pleno iure possidendam et habendam sub ea libertate per omnia, qua ceteras terras huiusmodi collacionis dicta ecclesia Toplicensis dinoscitur possidere; retento nobis specialiter et post nos heredibus nostris et nemini alteri in dicta ecclesia sancte Crucis, quoad defensionem et conseruacionem iure ac titulo patronatus. Cuius mete hoc ordine distinguntur: Prima incipit

a riuulo Yelseuniza circa congeriem lapidum, ubi quidam fontes influunt in ipsum riuolum(!) in fine montis vinearum, inde ascendit in montem ad metam terream per unam conuallem uersus orientem de meta ad arborem castaneam cruce et apposicione terre assignatam, a castanea descendit et transit tres foueas per ordinem et procedit per medium montis ad aliam castaneam congerie terre circumseptam, inde descendit ad uiam, que tendit de Brebrouniza in Comogoyno ad unum quercum iuxta eandem uiam similiter aggere terre circumdatam, et per eandem uiam descendit ad fontem in ymo montis iuxta uiam, de fonte descendit directe in Yelseunizam ad metam terream, inde per ipsum riuulum ascendit, super habens a dextris molendinum et ductum aque eiusdem et procedit per antiquum cursum riuuli et peruenit ad primam metam. In cuius nostre collacionis testimonium et perpetuam firmitatem presenti apposicione sigilli nostri fecimus roborari. Datum in octauis pentecostes, anno domini MCCC⁰ duodecimo.

Iz kodeksa: Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica, no. 24. Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I. B. XI. 15.

256.

1312, 23. juna. U Solinu.

Ban Mladen i Gjuro Šubići daruju Petru Bogdanu knezu omiškomu svoju zemlju Luku.

Nos Mladenus Croatorum et Bosniae banus et Jadriensis perpetuus comes, nec non comes Georgius civitatum Dalmatiae, ac etiam comes Paulus olim domini Pauli Croatorum bani filii universis et singulis hoc praesens privilegium inspecturis facimus fore notum, quod nos supradicti dominus Mladenus banus, comes Georgius et Paulus comes unanimiter et concorditer ac pari voluntate, nemine nostrum discrepante, recta consideratione pensantes, quod per viros providos, virtutum ac fidelitatis titulis insignitos, domini terrarum profectus consequuntur multiplices et honores, unde considerantes multa commoda, profectus, servitia et utilitates per Petrum Bogdani nostrumque fidelem et nunc Almisii comitem, domino Paulo olim Croatorum bano ac nostro genetori dulcissimo et nobis retroactis exhibitis temporibus(!), ipsiusque fidelitatem compensantes, sperantes etiam plura et maiora servitia, profectus

et utilitates ipsum Petrum Bogdani nobis nostrisque successoribus imposterum exhibiturum; et quia sacra scriptura testante, quod nemo propriis tenetur militare stipendiis, et quod etiam alii nobis servientes ac sub nostra dominatione barones constituti, ad tot servitia et maiora magis et magis corda erigant fidelitatis. Volentes etiam dictum comitem Petrum pro sua fidelitate et servitiis de nostro proprio patrimonio honorare, damus, concedimus, transactamus et donamus per nos nostrosque successores donatione quae dicitur inter vivos et irrevocabiliter ipsi Petro suisque heredibus et successoribus terram nostram positam in Luca vocatam Jarane. Cuius terrae confines tales sunt: Primo et principaliter ex parte orientis est meta, scilicet lapis fixus in terra et vadit usque ad Ponicuam, in qua intrat aqua, et de Ponicua ad occidentem usque ad nemus sive sclavonice dubrava Dolez, et vadit ad Gerane usque campum hac ex parte australi et usque ecclesiam sancti Michaelis Ex parte zephyri in lapide est facta crux, qui est inter terram domini bani et filiorum Jacobi vocatam Jarane, et tendit ad vineam et ad lapidem positum ad orientem, scilicet ad supradictam primam metam, videlicet terram Jamometorum, et alia si qua sunt latera dictae terrae, cum omnibus suis pertinentiis et circumstantiis omnique iure, usu seu requisitione ipsi terrae pertinentibus, pratis, pascuis, nemoribus, vineis, terris cultis et incultis, arboribus, aquis, molendinis, aquimolis, et quicquid infra supradictos confines continetur sive sit mons sive vallis. Dantes et concedentes nos supradicti domini, videlicet Mladenus banus, comes Georgius et comes Paulus per nos nostrosque haeredes et successores ipsi comiti Petro suisque haeredibus et successoribus plenam ac liberam potestatem supradictam terram vocatam Jarane, cum omnibus suis pertinentiis et circumstantiis habendi, tenendi, possidendi, vendendi, donandi, alienandi, commutandi, pro anima indicandi, et quidquid dicto comiti Petro suisque haeredibas et successoribus deinceps et in perpetuum de ipsa terra placuerit faciendi. Promittentes per nos nostrosque successores supradictam donationem perpetuis temporibus ratam et firmam habere et tenere et in nullo contrafacere vel venire nec inferenti consentire. In cuius rei testimonium et ad maioris roboris firmitatem praesens privilegium nostrorum sigillorum appensione fecimus communiri. Datum Salonae, anno domini millesimo CCC. duodecimo, mense iunii die octavo exeunte. Regnante domino Roberto rege Hungariae, temporibus supradicti domini Mladeni Chrovatorum et tocius Bossinae(!) bani, venerabilis patris fratris Petri archiepiscopi Spalatensis; praesentibus venerabilibus patribus episcopis, domino Martino Sibenicensi, domino Petro Scardonensi, et domino Leonardo Siniensi, viris nobilibus de Sclavonia, Georgio Jurisig de Berbirio, Slavogosto comiti Neradino, Bergenda Vla-

dislavo, Petrovic, Salomone comite Budislavo Curiaci filio et aliis pluribus ibidem astantibus.

Prijepis 17. v. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Ima na ovom prijepisu bilješka od 3. juna 1667. gdje veli presbyter Johanne Cuppareus archidiaconus Spalatensis, da ovo »cum originalibus a me lectis collatis concordat«.

Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 7. 102, ima izvadak: »E chartis Csaktornyensibus familiae Zrinianae«.

257.

1312, 7. jula. U Grausellu.

Klement V. papa potvrdjuje Bartola djakona transkoga za nadbiskupa dubrovačkoga.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Bartholomeo electo Ragusino, salutem et apostolicam benedictionem. Celestis dispositione consilii, per quod in mundi machina ordinationem suscipiunt universa, supreme dignitatis fastigio licet immeriti presidentes etc. Dudum siquidem Ragusina ecclesia per obitum bone memorie Bonaventure archiepiscopi Ragusini solatio destituta pastoris, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie dilectum filium Jacobum archidiaconum Barensem in Ragusinum archiepiscopum per viam scrutinii concorditer elegerunt, sed eodem archidiacono huiusmodi electioni de se facte presentate sibi ex parte dictorum capituli renuente pro sue voluntatis libito consentire, memorati capitulum, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, convenientes in unum, post varios et diversos tractatus, qui sortiti effectum aliquem non fuerunt, te canonicum Tranensem in diaconatus ordine constitutum, per viam etiam scrutinii in Ragusinum archiepiscopum unanimiter elegerunt; tuque postmodum ad instantiam dictorum capituli huiusmodi electioni de te facte consentiens, propter hoc ad sedem apostolicam personaliter accessisti. Et demum tam tu per te ipsum, quam iidem capitulum per eorum certos procuratores et nuntios ad nos propter hoc specialiter destinatos, presentato nobis dicte electionis decreto, a nobis suppliciter postulatis, ut confirmare electionem huiusmodi dignaremur, in premissis omnibus statutis a iure temporibus

observatis. Nos igitur huiusmodi tuam electionem non tamen persone tue vitio, sed certis aliis de causis de fratrum nostrorum consilio decrevimus irritam et inanem. Postmodum autem attenta meditatione pensantes dispendia, dampna et incommoda, que proveniunt ex vacatione longinqua ecclesiis pastoribus viduatis, et volentes dictam ecclesiam, prout tenemur, iuxta officii nostri debitum ab huiusmodi dispendiis et incommodis perservare; attendentes quoque tam concordem dictorum capituli voluntatem, quam in huiusmodi electione de te habita habuisse dicuntur, quam litterarum scientiam, honestatem morum et vite, aliaque multiplicia tue merita probitatis, quibus esse diceris multipliciter insignitus, per que firma ducti fiducia presumimus verisimiliter et tenemus, quod eadem ecclesia Ragusina in suis poterit manuteneri iuribus, ac etiam defensari, post vigilem, quam ad preficiendum eidem ecclesie Ragusine apposuimus diligentiam, ad te nostre considerationis intuitum duximus dirigendum. Quapropter volentes eidem ecclesie Ragusine salubriter providere, te de dictorum fratrum consilio et apostolice plenitudine potestatis eidem ecclesie in archiepiscopum preficimus et pastorem, curam et administrationem eiusdem ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus committendo, firma spe fiduciaque concepta, quod dirigente domino actus tuos eadem Ragusina ecclesia per tue circumspectionis industriam prospere dirigetur, et salubria, dante domino, suscipiat incrementa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino suscipiens reverenter, te in ipsius ecclesie ampliandis honoribus et profectibus procurandis sic reddas sine intermissione sollicitum, gregem dominicum in illa vigilantie tue commissum doctrina verbi et operis informando, ut exinde apud remotos et proximos tua fama clareat per effectum, et in delectationem nobis veniat te oportuno tempore gratiose prosequi, ac tuis desideriis favorem benivolum impertiri. Datum in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diocesis, nonis iulii, pontificatus nostri anno septimo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Ragusine, clero et populo civitatis et diocesis Ragusine, universis vassallis ecclesie Ragusine et universis suffraganeis ecclesie Ragusine.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 184. str. 131. Iz reg. an. VII. ep. 740. fol. 153.

258.

1312, 8. jula. U Potoku.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje Nikoli sinu Stjepana de Hanua od plemena Hunth-Paznan posjed Dedinurijeku i Kutjevo u županiji požeškoj.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Lodomerie, Rame, Seruie, Gallicie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Regie conuenit celsitudini, ut suorum merita subditorum penset, et vnicuique iuxta merita suorum fidelium seruiciorum graciam prouisionis regie tribuat et condonet, ut animus in feruore fidelitatis existencium consolidetur, et futurorum ad fidelitatem inuocetur exhibendam. Hinc est, quod consideratis seruiciis et seruiciorum meritis Nicolai filii Stephani de Hanua de genere Hunth Paznan nobis inpensis indefesse, videlicet dum Demetrius filius Nicolai noster infidelis adiuncta sibi potencia Mathey infidelis nostri ac commixta possibilitate filiorum Omodey similiter infidelium nostrorum ausu temerario et presumpcione nepharia concepta, sancte corone se opponendo contra nostram excellenciam circa Cassam contumaciter se opposuit et pugnauit, tunc idem Nicolaus nec persone parcens nec mortem formidans, ymmo in nostra fidelitate decedere desiderans, circa nostram serenitatem die noctuque vigilando in area dicti certaminis sudore bellico perfusus ante nostre sublimitatis aspectum et nostrorum baronum ac prelatorum laudabiliter dimicauit; preterea Paulus frater eiusdem Nicolay uterinus ac Petrus filius Theodori proximus ipsius in eodem conflictu fidelitatis ipsorum sinceritatem nobis manifestare cupientes in eodem prelio uitam ipsorum terminarunt. Pro quibus quidem fidelitatum exhibicionibus predictus Nicolaus nostro aspectui regali se presentando humiliter postulauit, ut pro nominatis fidelitatibus per ipsum ac per dictos Paulum et Petrum fratres eius exhibitis et inpensis, prouidenciam regiam sibi facere dignaremur. Nos siquidem peticionibus ipsius percipientes fauorabiliter, ut debemus, pro fidelitatibus prenotatis deliberacione sincera nostri animi concepta et consilio sano nostrorum fidelium, videlicet Kopoz palatini, magistri Johannis filii Chaak iudicis curie nostre, necnon venerabilium patrum Stephani Wesprimiensis domine regine cancellarii, ac Hemrici(!) Waradiensis episcoporum, item magistri Johannis prepositi Albensis ac Nicolay woyuode et vniuersorum nobilium regni nostri tunc nobiscum assidencium habito et admisso,

possessiones per mortem Iwan filii Bysk sine herede decedentis ad manus nostre celsitudinis de iure deuolutas in Dednareka et in Gutho de sancto Georgio, cum omnibus utilitatibus ipsarum eidem Nicolao et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus iure perpetuo possidendas sub antiquis metis et terminis obtinendas, et insuper eundem Nicolaum et suos heredes a marturinis et submarturinis, ac ponderibus comitibus de Posaga pro tempore constitutis prouenientibus exemimus in perpetuum, quod pro suis premissis fidelitatibus nichil soluere neque comitibus neque nobis teneatur, nec ad opus castri iobagiones eiusdem ire compellantur per quempiam ad laborandum, et insuper nullus comitum de Posaga eundem Nicolaum ualeat contra quoslibet iudicare, sed nos omnibus agentibus contra ipsum ex parte ipsius Nicolay iusticiam faciemus. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum per manus honorabilis viri magistri Johannis prepositi Albensis, in Potok, in quindenis festi natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.567. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1505. no. 22. — Na listini visi o crvenoj i zelenoj svilenoj vlaknatoj vrvci prilično sačuvani dvostruki pečat.

259.

1312, 15. jula. U (Hvaru.)

Negoj Ceprenja pravi svoju oporuku.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Anno domini millesimo trecentesimo XII°, indictione X., tempore illustris viri domini Johannis Supera[n]tio ducis Veneciarum, venerabilis patris domini fratris Gabrielis episcopi, ac nobilis viri domini Andree Geno potestatis Farre et Braxe, suorumque iudicum Slobe Andree, Mixe Rose et Sclauogosti Bogdani; die XV. mensis iulii. Negoy Cepregna licet corpore infirmus tamen sanus mente volens de suis bonis condere testamentum . . . . inter alia que in ipso testamento fecit, in primis relinquit monasterio sancti Nicolay de Lixa pro anima sua . . . . librarum ducentarum venetorum, quas habet in Sclauichia voda. Insuper predictus dominus et frater Petrus . . . . olim prior conuentus Predicatorum de Farra tamquam fidecommissarii et procuratoris, ut as-

seruit olim dompni Ca . . . . . archipresbiteri Fare exequa . . . .
voluntatem dicti testatoris . . . . et conuenerunt pro anima
dicti Ca . . . . . dicto monasterio sancti Nicolay de Lixa totam partem
dicti dompni . . . . Actum
. . . . presentibus Bogdano et Dobroslauo . . . .

(Drugi rukopis).

Ego Andreas Geno potestas Farre et Braçe manu mea scripsi.

(Signum not.)

Ego . . . .

Original u kaptolskom arkivu biskupije u Hvaru. Listina je taninom uništena i gotovo nečitljiva.

260.

1312, 25. jula. U Senju.

Samostan Malobraćana u Senju odriče se prava na dvije kuće ostavljene mu oporukom Petra Barte iz Zadra i Mihajla Vazanella iz Krka.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, indicione decima, [mensis] iulii die septimo exeunte, tempore domini Karoli dei gratia serenissimi regis Hu[ngarie], fratrisque N[icolai] eadem gratia episcopi Sceniensis, virique egregii domini Federici comitis Vegle [Vinodoli], Modrusse, Gaçche ac Scenie perpetui potestatis, nati magnifici viri domini comitis Duymi, Raduci vicecomitis, Martini, Moysi et Dauid iudicum ciuitatis eiusdem, testibus ibidem rogatis: presbitero Bogdano de Pago, Jubigna filio condam Andree de Tragurio, Johanne filio condam Riçardi dicti Strombalaxi et aliis. Ibique frater Dominicus de ordine Minorum de ciuitate Tergeste vicarius custodis Arbensis de mandato sui ministri, scilicet fratris Antonii de Pola, in manibus procuratoriis fratrum de Scenia, scilicet Raduci et Andree de Vinea, fecit renuntiacionem, finem et quietacionem de ulterius se non intromittendo per se uel per alios fratres ordinis memorati ullo tempore de negociis seu introitibus domorum sibi relictarum per modum donacionis inter uiuos. Unam, quarum donauit olim bone memorie Petrus de Barte de Jadra sub tali condicione: non eam dimittendo fratribus, set procuratori eorum Çouello condam Nosdrogne de Jadra, quod idem Çouellus teneretur dictam domum dare ad fictus cum conscilio guardiani dicti loci et denarios pro dicto fictu daret fratribus dicti loci in adiutorium suorum

uestium; et ut dictus procurator predictum negocium bene procuraret, uoluit idem dominus Petrus donator predicte domus, quod annuatim pro labore suo habeat florenos quadraginta denariorum venetorum paruorum, ut patet in testamento scripto manu magistri Jacobi fysici condam Vidonis filii de Tuscia im[periali] autorittati notarii sic incipienti: In eterni dei nomine amen. A natiuitate domini anno millesimo ducentesimo nonagessimo tercio, indicione sexta, die tercio decimo intrante octubri, tempore domini Andree dei gratia serenissimi regis Hungarie, et domini N. eadem gratia episcopi Sceniensis, ac nobilis viri domini Johannis comitis Vegle, Vinodoli, Modrusse, Gaçche ac Scenie perpetui potestatis etc. ut in dicto testamento plenius continetur. Que donacio facta per dictum Petrum de Barte, ut superius dixi, nullo modo possit alienari, donari, vendi uel modo aliquo disolui nisi hidem (!) fratres nollent recipere decimam elymosinam(!), si nollent recipere, extunc dictus procurator teneatur dare decimam elymosinam fratribus monasterii sancti Grisogoni de Jadra; et si hidem (!) procurator moreretur, dictum negocium possit et teneatur dimittere atque committere procuratori fratrum, qui tunc esset semper cum conscilio guardiani. Propterea hidem frater Dominicus supradictus refutauit per se et pro aliis fratribus a modo in antea nec conscilium aut iuriamentum (!) in hec pre bere, ymo nullo modo seu ullo tempore se intromittere, sicut qui melius in huiusmodi facere videtur, habere de rebus non suis; et sic eciam refutauit et renunciauit quandam aliam donacionem de una alia domo data et donata fratribus minoribus de Scenia, que quasi per modum prime donacionis relicta fuit per Michaelem de Vaçanello de Vegla, ut patet publico instrumento scripto manu magistri Petri fisici notarii iurati Sceniensis sic incipientis (!): In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indicione quinta, die decimo octauo intrante aprili. Ibique Michael de Vaçanello de Vegla sponte et scienter per se et suos heredes, successores dedit, donauit et tradidit titulo pure et irreuocabilis donacionis, que dicitur inter uiuos, pro anima sua et uxoris sue Stasie quandam suam domum etc., ut in dicto instrumento plenius continetur.

(Drugi rukopis).

† Ego iudex Martinus condam iudicis Radouani examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego presbiter Nicolinus Corbus de Ancona cappellanus dominorum comitum Duymi et Federici ac imperiali auctoritate notarius hiis interfui, rogatus scripsi, publicaui et solito signo signaui.

Original u arkivu samostana na Trsatu no. 4. E.

261.

1312, 31. jula. U Grausellu.

Klement V. papa imenuje Nikolu reda dominikanskoga nadbiskupom zadarskim.

Clemens episcopus servus servorum deo. Dilecto filio Nicolao electo Jadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Debitum pastoralis officii etc. Olim siquidem ecclesia Jadrensi per obitum bone memorie Jacobi archiepiscopi Jadrensis pastoris solatio destituta, dilecti filii capitulum eiusdem ecclesie dilectum filium Alexandrum ordinis Predicatorum in eorum archiepiscopum elegerunt, ac postmodum huiusmodi electionis negotio ad audientiam nostram deducto, nos electionem ipsam et quicquid ex ea vel ob ipsam secutum forsan extitit, non vitio persone dicti Alexandri, sed certis aliis de causis auctoritate apostolica duximus mutandam. Ac demum ad provisionem ipsius ecclesie Jadrensis, ne prolixe vacationis remaneret detrimentis exposita, cepimus intendere diligenter, et post deliberationem, quam super hoc cum fratribus nostris habuimus studiosam, tandem ad te ordinem antedictum professum, in sacerdotio constitutum, litterarum utique scientia preditum, regularis observantie firmitate laudabilem morum ac vite honestate decorum, discretionis et alias virtutis multiplicis gravitate conspicuum, direximus aciem nostre mentis; quibus omnibus diligenti meditatione discussis, de persona tua nobis et eisdem fratribus tuorum exigentia meritorum accepta, predicte Jadrensi ecclesie duximus providendum, teque ipsi ecclesie de ipsorum fratrum consilio et apostice potestatis plenitudine in archiepiscopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem eiusdem ecclesie Jadrensis in spiritualibus et temporalibus tibi plenarie committentes, subsequenter tibi munus consecrationis nostris manibus impendendo, in eo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod dicta ecclesia sub tuo felici regimine, dextera domini tibi assistente propitia, regetur salubriter et prospere dirigetur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino suscipiens reverenter, curam et administrationem huiusmodi sic geras fideliter et sollicite prosequaris, quod prelibata ecclesia Jadrensis per tue vigilantie studium votivis, auctore domino, amplietur commodis et felicibus proficiat incrementis, tuque preter eterne retributionis premium nostram et sedis apostolice benedictionem et gratiam consequi uberius merearis. Datum in prioratu de

Grausello prope Malausanam Vasionensis diocesis, II. kalendas augusti, pontificatus nostri anno septimo.

In eodem modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Jadrensis, clero et populo civitatis et diocesis Jadrensis, et venerabilibus fratribus suffraganeis ecclesie Jadrensis.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. nr. 185. p. 131.—132. Iz reg. an. VII. ep. 786.

262.

1312, 13. oktobra. U Zagrebu.

Zulta sin Borenov prodaje pred zagrebačkim kaptolom svoju zemlju u Molunju za dvanaest maraka županu Draganu sinu Radoševu.

Capitulum Zagrabiensis ecclesiae omnibus Christi fidelibus praesens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad uniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod Zulta filio Boren ex una parte, ex altera vero comite Draghano filio Rados, iobagionibus castri de Podgoria, coram nobis personaliter constitutis; qualiter Zulta quandam terram suam haereditariam in districtu de Podgoria iuxta riuulum Molunna uocatum existentem, metis distinctam infrascriptis, dixit et confessus est se vendidisse, tradidisse et assignasse cum vtilitatibus, pertinentiis et appendiciis suis omnibus antedicto comiti Draghano et per eum suis haeredibus haeredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam, pro duodecim marcis bonorum denariorum banalium receptis ab eodem plenarie sicut dixit, obligans se expedire ipsum comitem Draghanum et haeredes suos ab omni, si quam ratione praedictae terrae per quempiam in futurum oriri contingeret questione, propriis suis laboribus et expensis. Metae autem eiusdem terrae, sicut homo noster fidedignus, quem ad reuidendam eandem terram miseramus retulit[1] . . . . Incipit prima meta ab oriente, vbi duo riuuli Molunna et Lukauecz uocati coniunguntur, inde iuxta aquam Lukauecz vadit versus occidentem et peruenit ad mlakam nomine Lipoua, et iuxta dictam mlakam vadit versus septentrionem et peruenit ad quandam viam vbi vicinatur terrae supradicti comitis Draghani Doliani uocatae, et perinde vadit ad orientem iuxta terram dicti comitis Draghani et peruenit ad aquam Moluna(!), vbi est pons, et ibi quidem alter fluuius Ore-

[1] Iza ove riječi slijedi u zaporci: hic una ferre linea, vetustate temporis consumpta legi non poterat, s toga smo ovdje stavili točke.

houecz nomine intrat in eandem aquam Moluna, inde exit ex ipsa aqua et peruenit ad quandam arborem hrazth meta terrea circumfusam, vbi vicinatur terrae Thomae et Jacou ac aliorum de generatione Cheuethkouichi, inde vadit ad partem dextram iuxta terram praedictorum Thomae et Jacou per arbores cruce signatas, et peruenit ad mlakam Rakitoua uocatam, vbi est meta terrea, inde vadit per quandam syluam iuxta terram Poligrad et peruenit ad quandam mlakam et sic per girum reuertitur ad metam primitus nominatam. Astiterunt etiam coram nobis personaliter proximi, vicini et commetanei venditionis supradictae, scilicet Lourant filius Borsech, Salanon(!), Endre et Mark per se de generatione eorum, qui processui metarum praedictarum in nullo contradicentes, huiusmodi venditioni suum consensum prebuerunt pariter et assensum. In cuius rei memoriam praesentes contulimus literas, sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria sexta proxima post octauas sancti Michaelis archangeli, anno domini millesimo trecentesimo decimo secundo.

Iz originalnog prijepisa kaptola zagrebačkoga od god. 1616. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

263.

1312, 17. oktobra. U Veneciji.

Dužd mletački nagovara Zadrane na predaju.

Marinus Georgio dei gratia Venetorum atque Croatorum dux, dominus quartae partis et dimidiae totius imperii Romaniae nobilibus viris, qui Jadrae rectores se asserunt, rectum in errore concipere intellectum. Duas litteras vestras, unam datam die ultimo septembris, alteram die 3. octobris, unam post alteram, quas nobis misistis inspeximus. In quibus inserentes verba plurima magnificentia nomen dei, finaliter in litteris ultimis conclusistis, quod pacem et concordiam totis viribus anhelabatis nobiscum, et quod propterea ad nos misissetis solemniter ambasciatores vestros, si de securitate eorum fuissetis confisi, sed inducebat terrorem vobis mors illius de Arbo, qui extinctus in nostra fuerat civitate, et ideo providistis nobis tutius literas destinare. Ad quas vobis rescribimus, quod si ad dominum intuitum mentis vestrae dirigatis, sapienter et provide agitis, et utinam oculos mentis convertissetis ad eum, ad quem nos in omni statu glorificamus devote et tanto propensius, quanto nobis licet aliquando sinistrum nobis afferat, vel permittat vires et potentiam ipsius honorem et gloriam et reprimendas quorumcunque iniurias reser-

vavit, et tamen de ipsis viribus et potentia nostra solum in tantum in ipsis confidimus, in quantum ipsius domini dei nostri beneplacitis credimus inhaerere, nec potest eius incomprehensibile iudicium facile concipi, quod causis latentibus permittit, fortunam aliquos blandiri, ut fortius eos laedat; sed verbis huiusmodi diutius immorari. Ad id, quod dicitis, quod pacem anhelatis et vultis, rescribimus, quod mandato dominico totis viribus adhaerentes illam voluimus, nec unquam pro nobis remansit, ut omnibus non extat incognitum. Nam ab initio, et postmodum saepe, et pluries nostros ambasciatores trasmisimus, et ad nos primo, et postmodum de nobilibus nostris saepe et saepius ad partes praedictas, et non pro nobis, sed pro vobis semper remansit bonum concordiae, ut vos scitis et novit deus, cui omnia sunt aperta et nunc etiam in eadem voluntate reconciliationis et pacis consistimus et consistere intendimus semper cum quibuscunque modo facta procedant, quae nec in prosperis, nec in adversis animum nostrum immutant; ita quod sicut et tunc, ita et nunc illam volumus, et ad illam intendimus, semper cum quibuscunque personis et ad ipsam habendam cum eo, quod convenit, dare operam efficacem et specialem reconciliationem et bonum cunctis nostrae Jadrae et uestrum quos tanta affectione dileximus, tanta caritate fuimus prosequuti, quantum (nouit deus) poterat pater naturalis erga filios gerere vel habere, nec multum est opus exempli, nisi vos cunctos et statum vestrum aspicere, qui in tantum aucti sub nostro suavi dominio fueratis, nec occasione mortis illius de Arbo, uel alia causa habeatis, vel habetis de mittendo ad nos timore, vel in aliquo dubitare, quoniam ipse occasione nostra, vel alicuius civis Venetiarum nunquam recepit iniuriam aliquam vel offensam, immo tractabatur, honorabatur et videbatur per nos et nostros tanquam carus et fidelis noster dilectus. Sed quidam inimici eius capitales, quorum insidiis nemo in mundo tueri secure se potest, illum lethaliter percusserunt, de cuius morte nos et tota Venetia doluimus et dolemus et statim persequi fecimus malefactores praedictos, et de aliquo invento iustitiam et vindictam sumi. Illos autem, qui fugerunt persequi mandavimus per omnes partes, et bona eorum omnia sub nostro dominio existentia intromitti, etiam multam pecuniae quantitatem statuimus dari exhibentibus nobis eos, quod pro dicta occasione, ut dictum est, nec habebitis, nec habeatis . . . ., si habetis illud desiderium, quod dicitis remanere de mittendo ad nos ambasciatores vestros, qui non minus, quam in propria domo poterant, et poterunt esse securi, qui si venient, in nobis reperient voluntatem pacis, quam dicimus, et totum quod convenit, pro bono tranquillitatis et pacis, aliter cognoscemus expresse, quod verba vestra nullum habent effectum, nec aliquam firmitatem; sed quod astutum

unum ore dicitis, et corde aliud cogitatis. Datum die 17. octobris, XI. indictione, 1312.

Lucius De regno Dal. et Croat. Lib. IV. c. 12. 197—198. — Katona Hist. crit. VIII. 240—242. Pray Annales III. 7—8. — Fejér VIII. 1. 481.—483.

264.

1312, 17. oktobra. U Zadru.

Stana udova Ivana Varikaše obvezuje se platiti u dva obroka 800 libara svomu zetu Andriji de Grisogonis kao dopunjak miraza od 1000 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, die decimo septimo, intrante mense octubri, indiccione vndecima, Jadre. Regnante domino nostro Karolo dei gracia illustri rege Hungarie, temporibus domini fratris Alexandri* electi, confirmati et consecrati in archiepiscopum Jadrensem, et magnifici viri domini Mladini secundi bani Chr[oacie] et Bosne, comitis Jadre et principis Dalmacie. Fateor ego Stana relicta Johannis Rainerii de Varicassis Jadratina per hoc instrumentum, quomodo remansi ad soluendum et dandum tibi Andree genero meo filio olim Federici Grisogoni ciui Jadre libras octingentas denariorum venetorum paruorum de dote Thomasine filie mee vxoris tue, que est librarum mille, ut de hoc apparet in quoddam publico instrumento scripto manu notarii infrascripti sub eodem anno, mense, indicione et die. Vnde instrumento predicto non obstante ego dicta Stana per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi dicto Andree genero meo uel heredibus aut successoribus tuis predictas libras octingentas hic in Jadra, saluas in terra, in duobus terminis: trecentas libras videlicet usque ad vnum annum ab hodie in antea numerandas, et reliquas libras quingentas post[1] obitum meum siue in uita mea aut in fine meo[1], et hoc sub pena quarti in quolibet termino et expensarum omnium, quas in curia uel extra feceris hac de causa super me et bona mea omnia habita et habenda, omnibus capitulis, statutis, consuetudinibus, iure, excepcione remotis. Et nos Nicola et Franciscus et Stasia filii dicte Stane et predicti olim Johannis Raynerii de Varicassis consencimus(!) omnibus et singulis supradictis et ea ratificamus acceptamus, et confirmamus. Actum

[1] od post — meo drugom tintom.

est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha Sculature et Vulçinna Miche Martinussi ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

† Ego Petrus de Bite exsaminator (!) exsaminaui (!).

Ego presbiter Guillelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis. predictis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 30.

---

* Ovaj Aleksander jest nametnik. Vidi br. 261. i Farlati V. 93. Neobična je i oznaka: »electus, confirmatus et consecratus«.

265.

1312, 11. novembra. U Zagrebu.

Augustin biskup zagrebački oduzimlje posjed u Vrbasu nasljednicima Ladihe, pa ga daje Petru kanoniku pojcu crkve zagrebačke.

Frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensiensis episcopus omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod, cum nos licet immeriti ad regimen ecclesie Zagrabiensis, volente domino, uenissemus, conperimus quandam possessionem ipsius ecclesie, in Vrbaz existentem, apud nobilem virum comitem Ladiha de eadem prouincia, quam idem comes Ladiha ad nostram requisicionem sibi per venerabilem patrem dominum Johannem episcopum, bone memorie predecessorem nostrum, per litteras infeudatam sub certis pactionibus et seruiciis asserebat. Quas litteras eo quod simplici uerbo suo credere nequiuimus, dum nos ab eodem comite Ladiha pluries et per diuersas amoniciones multiplicibus terminis ad id datis et per eum assumptis nec litteras nec copiam earum nobis presentauit, ymmo a solucionibus destitit faciendis contumaciter; et cum remordente consciencia talem contumaciam tollerare nequiremus, dictam possessionem nostram abstulimus ab eodem. Qua ablata modico elapso tempore dictus comes Ladiha debitum vniuerse carnis exsoluit. Demum per magnificos viros compatres nostros honorandos, videlicet Stephanum banum, Johannem et Radozlaum comiti (!), petiti orphanis eciam ipsius comitis Ladiha compacientes personaliter, dictam possessionem restituimus eisdem monentes eosdem, ut et litteras demonstrarent per patrem eorum super dicta infeudacione optentas et debita non soluta persoluerent, de cetero uero a solucione non desisterent; qui quidem orphani patrem imitantes

nec litteras presentare nec debita exsoluere curauerunt. Cumque nos nuper in colloquio cum[1] eisdem compatribus nostris in Zamobor constituti, supradictam possessionem a memoratis orphanis abstulissemus, iterum petícionibus ipsorum nobilium multiplicibus satisfacientes, ablacionem factam suspendimus et solucionem prorogauimus ad festum beati Michaelis archangeli tunc futurum, vt medio tempore ipsas litteras, vice nostra, discreto viro magistro Petro cantori ecclesie nostre Zagrabiensis presentarent et debita exsoluerent, eo quod nos ad partes proficiscebamur non propinquas; et cum dante domino ad propria fuissemus reuersi, inuenimus eos minime assumpta compleuisse, nam dictus Petrus cantor facie ad faciem in nostri presencia dixit eos nec litteras ostendisse nec debita exsoluisse. Nos itaque tot et tantas contumacias ulterius sustinere non ualentes, prout de iure et ex officio tenemur, memoratam possessionem tamquam rebellibus abstulimus, nullum ius ipsos de cetero habere decernentes in eadem; cassantes omnia instrumenta, que tociens ammoniti presentare non curarunt, si quando in lucem proferrentur. Suprascriptam igitur possessionem sic de iure ad manus nostras deuolutam et uacantem supradicto magistro Petro cantori, ne per incuriam nobis et ecclesie nostre infructuosa remaneret, quem ad hoc aptum comperimus, vsque ad terminos uite sue procurandam et tenendam commisimus, ac cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis vniuersis contulimus possidendam. Idem uero magister Petrus cantor, nobis et nostris successoribus seruicia consueta inpendere, aut eas, quas pro tempore collectas ipsi possessioni inposuerimus, soluere tenebitur ex eadem. In cuius rei memoriam et certitudinem presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Zagrabie, in festo beati Martini confessoris, anno domini MCCCXII⁰.

Iz kodeksa Liber privileg. eppatus Zagrab. list 37. — Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. 9. 167.

266.

1312, 16. novembra. U Zadru.

Matija sin Stjepanov potvrdjuje, da je primio od samostana sv. Krševana 50 libara kao ostavštinu brata Gjure.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indicione vndecima, die sexto intrante mense

[1] Pisano: »dum«.

nouembri, Jadre. Regnante domino nostro Karolo dei gracia illustri rege Hungarie, temporibus domini fratris Alexandri[1] venerabilis Jadrensis archiepiscopi, et magnifici viri domini Mladeni secundi Chroatorum et Bosne bani, comitits Jadre et principis Dalmacie. Fateor ego Matheus filius condam Stephani camparius monasterii sancti Grisogoni de Jadra, quomodo habui et recepi a te fratre Matheo abbate dicti monasterii libras quinquaginta denariorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti nomine et vice dicti monasterii quas suprascriptas libras quinquaginta mihi dare et soluere tenebatur dictum monasterium pro eo, quod eas dimisit mihi frater Gregorius olim Templarius et dedit eas fratribus predicti monasterii ad dandum et persoluendum eas mihi. Vnde ego dictus Matheus cum heredibus et successoribus meis facio uobis dicto abbati et uestris fratribus et successoribus plenam et irrevocabilem securitatem, finem, dimissionem, quietacionem de predictis libris quinquaginta et pactum de ulterius non petendo sub pena quarti petite rei; et pena soluta uel non, hec securitatis carta nichilominus in sua semper permaneat firmitate. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne Quali ciue Jadre et Laçaro riuario comunis Jadre.

(Drugi rukopisi).

† Ego Petrus de Vite[2] exsaminator exsaminaui.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana : Kaps. XIV. no. 218.

Na hrptu nešto kasnije: »Securitas Matheo Vodane de libris L.«

267.

1312, 6. decembra. U Čazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje iz listine kralja Andrije III. opis medja zemlje Čanjeva na molbu župana Jakova Malenoga.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini MCCC duodecimo, in festo beati Nicolay confessoris, comes Jacobus paruus ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium Andree dei gracia illustris regis Vngarie felicis recor-

[1] Vidi opasku pod br. 264. [2] Valjda: Bite.

dacionis super facto cuiusdam terre Chanho vocate in comitatu Crisiensi existentis, non cancellatum, non abrasum nec in aliqua parte sui viciatam, et petiit, ut terminos, metas et signa ipsius terre in eodem priuilegio contentas nostris in litteris patentibus inseri et transscribi faceremus. Cuius peticionibus annuentes metas eiusdem prout in eisdem vidimus contineri de uerbo ad verbum inseri et transscribi fecimus, sigilloque nostro consignari. Incipit prima meta a parte orientali tenditque ad montem Lupoglau vocatam(!) in commetacione comitis Olup et venit ad vnum puteum, inde ad fluuium Chano, deinde ascendit ad montem, vbi est meta terrea, inde procedens cadit in vnam vallem, vbi est arbor hrast cruce signata, inde procedens versus meridiem ad montem in vicinitate Andree et Moydrug venit ad viam vbi est meta terrea sub arbore hrast, et per eandem viam procedens venit ad arborem kastanee cruce signatam, inde uersus occidentem procedens transit viam et iuxta terram que dicitur Pakay venit ad aliam arborem kastanee cruce signatam meta terrea circumfusam, inde versus septemtrionem ascendit montem ad arborem cheer cruce signatam meta terrea circumfusam, inde ad aquam albam, inde ascendit montem ad arborem berekynhe cruce signatam, inde per montem procedens venit ad vnum puteum, de quo ad vnum fluuium, vbi est arbor byk cruce signata meta terrea circumfusa, inde per vnam vallem ascendit ad montem et venit ad priorem viam, vbi est arbor gertan cruce signata meta terrea circumfusam (!), inde transeundo viam venit ad arborem kastanee cruce signatam, deinde ad vnum puteum, vbi est arbor pomi cruce signata, inde per unum fluuium procedens ascendit iterum ad montem Lupoglau vbi est arbor byk cruce signata, inde ad priorem metam, ibique terminatur.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1312.

Na hrptu vidi se nejasan trag pritisnuta ovalnog pečata.

268.

1312, 15. decembra — 1315, 14. jula. U Dubrovniku.

Tripe Buča Kotoranin potvrdjuje, da je namiren kralj srpski od nekih dubrovačkih trgovaca.

Die XV. decembris.

Tripe de Buchia de Cataro nuncius domini regis Vrosii nomine et vice ipsius domini regis facit manifestum, quod dat Mençio filio quon-

dam Mathie de Mençe totam actionem, rationem et potestatem realem et plenam, quam habet ipse dominus rex super Gregorium Prodani de Monachi et Teodorum et Matheum et Nicolam filios quondam Jacobi de Crusi per omnes scripturas et cartas occasione mercatorum dicti domini regis; quod ipse Menç[e] habeat super predictos et [super] quemlibet predictorum et [super] ipsorum bona totam rationem et potestatem, quam habebat ipse dominus rex occasione predicta. Et hoc ideo, quia dictus Tripe nomine dicti domini regis fuit confessus, se recepisse a dicto Mençio pro predicto Gregorio et cognatis soluente yperperos V. C., qui deficiebant ad plenam solutionem debitorum dicti domini regis. Et dictus Tripe promittit et se obligat mittere unam poveliam cum sigillo dicti domini regis de satisfaccione et fine dictorum mercatorum illius tenoris, de quo est in una copia scripta per Stoianum usque ad sex menses proximos. Et si non mitt[er]et dictam poveliam ad dictum terminum, quod ipse Tripe teneatur soluere dicto Mençio yperperos V. C. Item quod dictus Tripe teneatur mittere dicto Gregorio omnes cartas de notaria, quas fecit dictus Gregorius super se et cognatum eius in Cattaro, quas cartas habet Paulus de Thoma. Et dicta povelia debet mitti scripta in carta de pergameno cum sigillo dicti domini regis.

Die VI. mensis marcii Junius de Mathia de Mençe procurator dicti Mençii fuit confessus, se recepisse a dicto Tripe predictam poveliam et cartas notarie supradictas secundum tenorem suprascripte scripture.

1315, die 14. iulii. Theodorus fuit confessus, quod ita est rei ueritas, sicut suprascriptum est, pro parte sua de dicto debito.

Diversa cancellariae 1313. u dubrovačkom arkivu.
Pucić Spom. srp. II. br. 1. str. 1.

269.

1312. U Potoku.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje Aleksandru od plemena Aba posjed križara sv. Martin kod Našica.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Qui boni sunt in suis fidelitatibus et seruiciis, condecet eos bonam remuneracionem obtinere, et qui fideliter regie celsitudini se

offerunt, dileccionem cum remuneracione perpetua debent adhiberi. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod consideratis fidelitatibus et seruiciorum meritis dilecti et fidelis nostri magistri Alexandri filii comitis Alexandri de Lypolch generis Aba, que nobis in nostris felicibus processibus et aduersis exhibuit et inpendit, videlicet a tempore nostre puberitatis seu puericie, ex quo ad gubernaculum serenissimi regiminis Hungarici uenimus domino concedente, idem magister Alexander periculum sui capitis non formidans, destruccionem suarum possessionem seu deuastacionem non pauesscens nec preciosis blandiciis nec diuersis minis quorundam baronum nostrorum infidelium inclinatus, ymmo atrocibus fortune casibus se committens totoque animo nostre serenitati adherens se fidelem exhibuit indefesse, et specialiter, dum filius regis Boemie ex quorundam nostrorum infidelium consilio contra nostram maiestatem accedendo gubernaculum culminis Hungarici obtinere nitebatur, et consequenter Ottho de Theotonia regimen eiusdem regni nostri possidere conabatur, tunc idem magister Alexander in omnibus nostrorum negociorum . . . . et processuum se fidelem obtulit nostre maiestati, preterea dum profugis recessibus idem filius regis Boemie in ipsam Boemiam iter arripuit, et nos cum magnitudine nostre multitudinis ipsum inuestigauimus, ipsamque Boemiam deuastantes, castra in eadem expugnando occupauimus, prenotatus magister Alex[ander di]uersis fortune casibus se opponens laudabiliter dimicauit, et insuper inter alias fidelitates et seruicia se manifestauit uirtuositer, tunc videlicet, dum Demetrius filius Nicolay cum omnibus suis et adiuncta sibi totali potencia de Tyrunchum Mathey, ac Johannes et alii filii Omodey infidelis nostri contra nostram celsitudinem strepitum pug[ne] uel conflictum circa Cassam commiserunt, pretitulatus magister Alexander sudore bellico perfusus, sanguine suo rubricatus in regie fama fidelitatis sub uexillo nostro regali non desiderans, ante nostre serenitatis aspectum et ad uisum nostrorum baronum feliciter triumphauit; nichilominus in quibuslibet premissorum nostrorum negociorum articulis intuicione nostri capitis specialis et continuus inuiligilator extitit et fidelis, cuius fidelitates et seruicia per singula menti nostre reuocando uix possumus enarrare, quibus exhibicionibus suis consideratis oportunum est, vt ad sumpme nostre dileccionis libamina ipsum inuocantes exaltemus; licet ergo presens nostre dileccionis regalis inpensio respectu suorum s[eruici]orum esse modica videatur, tamen in signum et memoriam future nostre dileccionis maioris habito[1] consilio baronum nostrorum fidelium, videlicet domini Thome dei gracia archiepiscopi Strigo-

[1] Odozgo kratica, ali brisana.

niensis eiusdemque loci comitis perpetui, ac domini Stephani Wesprimiensis ecclesie auleque domine regine karissime consortis nostre cancellarii, item domini Hemrici W[aradiensis] ecclesie, preterea domini Martini Agriensis ecclesie episcoporum, nichilominus magnifici viri Kopoz palatini, magistri Johannis iudicis curie nostre, necnon magistri Johannis prepositi Albensis et Nicolay woyeuode, aliorumque nobilium regni nostri pro multiplicibus meritis suorum fidelium seruiciorum ab etate tenera nostre puericie nobis inpensorum in confirmacione . . . . litterarum super possessione Cruciferorum milicie templi Scent Martun uocata de Nekche, per nos sibi collata emanatarum, karractere autentici sigilli nostri inpressarum duximus faciendam, quod ipsam possessionem, quam Ghula banus predecessor seu progenitor ipsius magistri Alexandri de possessione Nekche exceptam cum suis vtilita[tibus] . . . . tam ab aliis et separatam dicte ecclesie Templi dedit et contulit perpetuo possidendam, sed quia propter offendiculum ipsorum Cruciferorum ecclesia milicie Templi ubique in suis utilitatibus, possessionibus ac prouentibus est spoliata seu denudata, hac igitur racione cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuer[sis] . . . . [priui]legio nostro contulimus sub eisdem metis, ipsi magistro Alexandro et per eum suis posteris ac successoribus confirmamus ipsam donacionem nostram ac magis roboramus iure perpetuo, tum quia ipsa possessio a primeuo de possessionibus suorum progenitorum Nekche uocata excepta fuit et collata et [ad manus nostr]as per ruinam dictorum Cruciferorum reuolueretur, tum eciam quia fidelium seruiciorum merita ipsius magistri Alexandri ad hoc nos compellunt, vt ipsum huiusmodi prouisione diligamus et donacione ac ampliori teneamur, eandem donacionem libertate tali confirmamus, quod ab examine bana[li] . . . . videlicet marturinis, ponderibus et quibuslibet collectis ac descensu seu a iudiciis banalibus ipsam possessionem penitus et per omnia excipimus et liberamus, ac ipsa libertate eam confirmamus, in qua possessio predicta eiusdem magistri Alexandri et fratrum suorum Nekche vocata per . . . . et insuper ipsam confirmacionem ratificamus, licet propter multitudinem castrorum in regno nostrorum turbacio crescat per infideles et guerra, tamen ad maiorem certitudinem eidem magistro Alexandro hanc graciam duximus faciendam, quod si in ipsa possessione Scenmortun (!) uocata per nos sibi collata in perpetuum, cast[rum edificare] seu construere uoluerit, faciendi habeat facultatem et pecuniam suam ad opus castri in eadem expendere ualeat tanquam in sua propria hereditaria possessione; hoc adiecto, quod si idem magister Alexander aut totaliter aut particulariter alicui

ex fratribus suis consanguineis aut pro salute anime sue aut quibuslibet extraneis tam viuendo quam moriendo uoluerit dare, legare ualeat et donare; hoc autem eciam adiecto, quod si ordo dictorum Cruciferorum milicie Templi ab apostolica sede graciam posset rehabere, ac possessiones ab ipsorum ecclesiis separatas per ipsorum casum possent eisdem recuperare, ac eundem magistrum Alexandrum aliqualis mocio racione dicte possessionis per nos sibi collate ab apostolica sede uel ipsius auctoritate iidem Cruciferi ipsam attemptarent, extunc redempcionem seu solucionem pecunie congruam et condecentem aut possessionem talem et tantam pro dicta possessione sepedicto magistro Alexandro per nostram celsitudinem pro suis meritoriis seruiciis data et perpetuata in regno nostro pecuniam soluemus aut statuemus perpetuando ecclesie milicie Templi et Cruciferis prenotatis; si autem in nostro tempore uel uita iamdictum magistrum Alexandrum racione prenominate possessionis non attemptarent, extunc nostri successores uel posteri ipsam possessionem rediment et liberabunt modo premisso magistro Alexandro prenotato, et insuper ipsum nos et nostri posteri uel successores honus ecclesie nominate Templi subportando, contra omnes contradictores seu quamlibet mouentem questionem eundem conseruabimus in eadem uel eos omnes, quibus ipsa possessio per dictum magistrum Alexandrum data fuerit et legata, in premissis vniuersis articulis tenebimus nos et nostri successores. Nichilominus factam donacionem et confirmacionem nostram tali uigore et uinculo inodamus, quod si nos uel nostri successores in prescriptis confirmacionibus ipsum magistrum Alexandrum uel eos, quibus eadem possessio data fuerit et donata, per eundem immobiliter conseruando non protegeremus uel non defenderent, redempcionem congruam uel possessionem equaliter ualentem persoluendo uel assignando, legem et ordinacionem beati regis infringamus uel infringant, in hac parte indignacionem eiusdem incurrendo, cum pro multiplici effusione sanguinis et continuis fidelibus seruiciis ipsi magistro Alexandro et per eum suis posteris, quibus ipse uoluerit dictam possessionem [donare], duximus perpetuo condonandam; preterea licet in hoc consuetudo regni nostri non sit approbata, quod sigillum aliquorum nostrorum subditorum circa nostrum sigillum apponi debeat, tamen quia . . . . ecclesia separata sibi donauimus, onus ecclesie Templi nos subportando, idcirco nobis vnacum fidelibus baronibus nostris sic fuit uisum, ut ad maiorem rey memoriam existat sigillum predicti domini archiepiscopi Thome et Kopoz palatini presentibus duximus apponendum. In cuius rey memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus . . . . munimine roborando. Datum per manus honorabilis viri dilecti et

fidelis nostri magistri Johannis prepositi Albensis, presentibus prenotatis dominis ecclesiasticis viris ac baronibus nostris in villa de Potok, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1813. Stara sign.: N. R. A. fasc. 1505. no. 20.

Na listini vise odozdo tri svilene vrvce 1. zelena bez pečata, 2. zelena i crvena s ulomkom kraljevskog pečata i 3. zelena bez pečata.

270.

1313, 19. februara. U Zadru.

Nadbiskup Aleksandar dosudjuje prava na crkvu sv. Vigilija Gregoriju Bercigne.*

. . . . frater Alexius electus Jadrensis confirmatus et consecratus, arbiter, arbitrator . . . . ror et amicabilis conpositor comuniter electus et assumptus per Marinum presbiterum . . . . de Jadra et Gregorium Bercigne, clericum dicte ecclesie in causa seu lite, que . . . . de ecclesia sancti Vigilii de Jadra, prout de dicto compromisso apparet per publicum [instrumentum] scriptum manu infrascripti notarii, super qua causa ex uigore dicti compromissi et eciam ex . . . ordinaria iurisdictione sumarie procedendo, uisis et diligenter consideratis iuribus utriusque partis, habito eciam super predictis co[n]silio peritorum, Christi nomine inuocato, dicto Gregorio, cum nullum aliud beneficium ecclesiasticum habeat, tum ex uigore dicti arbitrii siue potesta . . . . eis nobis tradite, tum ex uigore nostre ordinarie iurisdictionis et omni modo iure . . . . melius possimus conferimus et confirmamus dictam ecclesiam sancti Vigilii cum[1] p . . . . iuris canonice eundem Gregorium de ipsa ecclesia sancti Vigilii cum omnibus suis iuribus spiritualibus et temporalibus per nostrum anulum inuestimus, dicto Martino(!) presbitero super dictam ecclesiam sancti Vigilii silencium inponendo. Comittimus quoque discreto viro Francisco Johannis, clerico sancte Anastasie, ut ad dictam ecclesiam sancti Vigilii personaliter accedens dictum Gregorium in corporalem tenutam et possessionem dicte ecclesie cum suis [iuribus spiritualibus et] temporalibus nostra auctoritate inducat. Et predicta dicimus, laudamus et pro[nunci]amus senten[ciam] . . . . scriptis mandantes per Nicolaum de Verona, imperiali auctoritate et nostrum

[1] Dva puta pisano.

* Vidi opasku pod br. 264.

notarium, de predictis confici debere plubicum (!) instrumentum et sigillo Johannis archidiaconi Faremsis(!) nostri vicarii, quia proprio adhuc non utimur, sigilari. Acta sunt hec in archiepiscopali palacio nostro, presentibus hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet discretis viris Johanne archidiacono Faremsi, et magistro Guillelmo Stephano de Sloradis, clerico sancti Stephani, et Francisco Forti clerico sancte Anastasie de Jadra et aliis.

(Signum not.)

Ego Nicolaus filius condam domini Johannis de Verona, imperiali auctoritate notarius et dicti domini electi scriba, predictis interfui rogatus et de mandato dicti domini electi presens instrumentum scripsi et roboraui et sigillo dicti archidiaconi sigillaui. Currentibus annis domini millesimo trecentesimo duodecimo a Christi incarnacione, indictione vndecima, die lune decemo (!) nono mensis februarii, tempore domini Clementis pape quinti.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 107. — Listina na mjestima (desni gornji ugao, lijevi rub djelomice, sredina) oštećena. Nema ni traga pečatu, o kom se veli, da bi imao biti.

271.

1313, 11. marta. U Zadru.

Benja kći Ljubšina prodaje Marinu Lovrinu zemlju u ulici sv. Jakova izvan zadarske luke.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, die vndecimo intrante mense marcii, indiccione vndecima, Jadre. Regnante domino nostro Karolo dei gracia illustri rege Hungarie, temporibus domini fratris Alexandri* Jadrensis electi, confirmati et consecrati, et magnifici viri domini Mladini bani Chroacie et Bosne, comitis Jadre et principis Dalmacie. Fateor ego Begna filia olim Lupse habitatrix Jadre, quomodo do, dono, trado, uendo atque transacto tibi Marino filio olim Laurencii ciui Jadre totam vnam terram meam positam in contrata sancti Jacobi ultra portum Jadre pro precio librarum decem et octo denariorum Venecie paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti; cui de trauersa est terra Lubislaui petrarii, de austro via publica, de quirina terra Milche sororis mee, et de borea terra Cipriani Bartholomei; a modo in antea cum plena uirtute et potestate intromittendi, tenendi, possidendi, uendendi, alienandi et pro anima et

* Vidi opasku pod br. 264.

corpore indicandi cum omnibus suis habenciis, iuribus et pertinenciis. Promitto eciam cum heredibus et successoribus meis ego dicta Begna terram predictam excalumpniare et defensare tibi dicto Marino et heredibus et successoribus tuis ab omni persona in racione super me et bona mea omnia habita et habenda. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo filio olim Desse et Natali filio olim Cosme ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Petrus de Zauatis iudex examinator examinaui.

Ego presbiter Guilelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis predictis interfui, rogatus scripsi et roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XV. no. 309.

272.

1313, 4. aprila. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim obavlja se zalog zemalja.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit universis, quod Stepk filio Stepk ex una parte, ex altera vero Ambrosio filio Chernoglau nobilibus de Blina coram nobis personaliter constitutis, idem Stepk omnes terras suas tam in Blina quam inter Zauam et Lonam nec non alias ubicunque existentes, ipsum videlicet iure hereditario porcionaliter contingentes, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis, salva tamen et excepta porcione ipsum Stepk in terris de Bodescua contingente, pro quadraginta marcis bonorum denariorum banalium singulis cum quinque pensis computando, ab eodem Ambrosio plenarie receptis et habitis, sicut dixit, nomine pignoris obligavit redimendas per eundem Stepk aut heredes suos cum eadem pecunie quantitate quandocunque eisdem ad hoc optulerit se facultas, utilitates vero et operas, si quas medio tempore iamdictus Ambrosius super terris prenotatis constituerit vel effecerit, easdem sepedictus Stepk facta et habita redempcione terrarum predictarum mediante extimacione condigna, si uoluerit redimendi, si vero non, extunc memoratus Ambrosius transferendi vel vendendi liberam haberent(!) facultatem. In cuius rei memoriam presentibus ad instanciam parcium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum feria quarta proxima ante dominicam ramispalmarum, annò domini millesimo trecentesimo tredecimo.

Géres Kalman Cod. dipl. comitum Károlyi de Nagy-Karoly tom I. 41. no. 40.

273.

1313, 14. aprila. U Zadru.

Petar de Matafaro gradjanin zadarski prodaje Vulcinji sinu Mihe Martinusija polovicu svoje zemlje u Rači.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tercio decimo, die quarto decimo intrante mense aprilis, indiccione vndecima, Jadere. Regnante domino Karolo dei gracia illustri rege Hungarie, temporibus domini fratris Alexandri* Jadrensis electi, confirmati et consecrati, et magnifici viri domini Mladini bani Chroacie et Bosne, comitis Jadre et principis Dalmacie. Fateor ego Petrus de Mattafarris ciuis Jadre per hoc instrumentum, quomodo do, dono, trado, uendo atque transacto tibi Vulçinne filio olim Miche Martinussii ciui Jadre totam integram meam medietatem pro indiuiso vnius terre posite in Racha cum omnibus suis pratis, pascuis, nemoribus, arboribus et pertinenciis et que sibi pertinere possunt pro precio librarum quingentarum denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti; cuius terre reliqua medietas est Jacobi Nicole de Raynerio et Mathelde sororis sue. Confines terre predicte hii sunt: de quirina via publica, de austro partim terra heredum Viti de Slorado et partim vinea et terre heredum Miche Galelli de Cerna, de trauersa terra predictorum heredum Miche Galelli et partim terra tui dicti Vulçinne, a modo in antea cum plena uirtute et potestate medietatem ipsius terre intromittendi, tenendi, possidendi, uendendi, alienandi et pro anima et corpore indicandi, nemine tibi in perpetuum contradicente. Promitto eciam ego dictus Petrus de Mattafarris medietatem terre predicte excalumpniare et defensare cum heredibus et successorrbus meis tibi dicto Vulçinne et heredibus et successoribus tuis ab omni homine et persona in racione super me et bona mea omnia habita et habenda. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono Vitaçe de Lemesso et Martino de Ritessa ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis.)

† Ego Andreas de Sloradis examinator exsaminaui(!).

Ego presbiter Guilelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis predictis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Sign. not.).

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1313.

---

* Vidi opasku pod br. 264.

274.

13[13],* 30. aprila. U Zadru.

Pavao de Galcigna prodaje Stani udovi Ivana Rajnerija ispravu, kojom je na dražbi kupio kuću nasljednika Gjure Vertigne.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo [tercio decimo], ultimo mensis aprelis(!), Jadre. Regnante domino nostro Karolo dei gracia illustri regis Vngarie, temporibus domini fratris Alexandri** venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac magnifici viri domini Maladeni secundi Chroatorum, Bosne bani et comitis Jadre. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Paulus de Galçigne ciuis Jadre quomodo do, trado atque transacto tibi quidem domine Stane relicte Johannis de Rainerio ciui Jadratine unum meum plubicum(!) instrumentum breuiarii incantus factum manu notarii infrascripti sub anno incarnacionis Christi millesimo trecentesimo tercio decimo, indicione vndecima, die octauo mensis aprelis(!) Jadre, in quo continetur, qualiter emi et habui ad incantum totam unam domum heredum olim Georgii Uertigne, positam Jadre in confinio sancti Stephani, pro libris viginti duabus denariorum venetorum paruorum etc., ut in eo legitur; cum omni meo iure et racione et accione reali et personali, utili et directa, robore, uirtute et vigore quodquam et que habeo et habere possum et mihi pertinet et pertinere potest quoquo modo et forma; et pono ac constituo te in ipsum instrumentum breuiarii incantus et in dictam domum in locum meum actricem, dominam et maiorem sicut in rem tuam propriam, ut possis libere cum heredibus et successoribus tuis ipsum instrumentum et dictam domum uti, agere, experiri, petere, placitare et respondere teque frueri et omnem aliam tuam uoluntatem et utilitatem ex eis facere sicut de tuo proprio absque contradicione alicuius persone de mundo; et meosque heredes et successores extraho foris de predicta domo et instrumento predicto et tibi tuisque heredibus et successoribus in omnibus et per omnia penitus relinquo. Precio cuius cessionis iuris et accionis, roboris et uigoris ego predictus Paulus confiteor, quia mihi bene et integre est satisfactum de predictis libris

* Ovdje može biti pitanje samo god. 1313., jer listina sadržaje u sebi spomen druge listine od god. 1313. 8. aprila.

** Vidi opasku pod br. 264.

viginti duabus per te predictam Stanam, de quo contentus sum. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicte Stane tuisque heredibus et successoribus predictam cessionem iuris et accionis, roboris et uigoris firmam et ratam habere perpetuo et tenere et nunquam eam reuocare de iure uel de facto sub bonorum meorum omnium obligacione presencium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uo[catis] et rogatis testibus, scilicet Andrea de Formino et Cancio de Calçigna ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Andreas de Sloradis exsaminator(!) exsaminaui(!).

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 23.
Listina je krnja na mjestu, gdje je bila zabilježena godina.

275.

1313, 8. maja. U Veneciji.

Duždmletački daje Trogiranima neke povlastice kod prodavanja vina.

Johannes Superantio dei gratia Venetiarum etc. nobili et sapienti viro Mattheo Sori potestati et capitanio, ac prudentibus viris . . . . . consilio et communi Traguriensi amicis dilectis salutem et dilectionis affectum. Recepimus litteras vestras, et tam eas, quam que discretus vir Daniel Vituri nuncius vester sapienter dicere et exponere voluit, intelleximus diligenter; qui petitiones infrascriptas pro parte vestra instanter requisivit a nobis. Primo enim, quod vinum de Tragurio tale datium solveret ad exitum civitatis nostre, quale solvere consvevit vinum de Arbo. Secundo, quod deputaretur locus specificatus in Venetiis, ubi vinum de Tragurio venderetur. Tertio quod homines de Tragurio a quarantesimo solvendo totaliter absoluti redderentur. Quarto, quod permitteremus de gratia, quod possetis extrahere de Veneciis, seu extrahi facere sine datio aliquo legnamen ad valorem libras 8 grossorum. Que omnia licet per ordines et statuta nostra strictam consiliorum solemnitatem requirant; tamen attendentes magne devotionis et amoris affectum, cognovimus et cognoscimus vos habuisse ad nostram magnificenciam et habere, propter quod vos magis dilectos et cariores inter alios

gerimus in visceribus caritatis. Et optantes singula operari pro posse, et efficaciter provocare, que vestrum statum respiciant atque bonum, benigne gratanter et gratiose petita per ambaxatorem vestrum duximus acceptanda, proponentes in omnibus, que amplificationem et conservationem vestram sapiant habere vos favorabiliter commendatos, et dare in predictis auxilium et favorem, sicut faceremus pro nostris. Datum . . . . . die 8. madii XI. indictione.

Lucius Mem. de Traù. 150.—151.
Fejér Cod. dipl. VIII. 6, 31.—32.

276.

1313, 8. juna. U Topuskom.

Fr. Augustin biskup zagrebački izabran od Babonića dijeli ih u njihovom imetku.

Frater Augustinus miseratione divina Zagrabiensis episcopus ad perpetuam rei memoriam. Magnifici viri Stephanus banus, Johannes et Radozlaus comites, filii comitis Baboneg inter se, que possidebant in terris, hominibus, proventibus ac iuribus aliis, nec non et peculio rebusque mobilibus, volentes iusta ratione dividere fraterna tranquillitate, ut ad usum quilibet, quod suum est, nosceret et ad opem mutuam amor individuus permaneret, viros nobiles, providos et discretos elegerunt, qui nobiscum insimul considentes tam in ipsa divisione, quam in omnibus aliis, que divisionis occasionem contingent, questionibus, que equitati et paci congrueret, diffinirent, proprio se iuramento positis super sacrosanctum altare in capella sancti Nicolai in monasterio de Toplica Cisterciensis ordinis, nostre Zagrabiensis diocesis manibus, obligantes, ut quicquid nos cum dictorum nobilium vel plurium ipsorum consilio et assensu in dividendo, distribuendo, decernendo, iudicando ac ordinando inter ipsos faceremus, hoc ipsi et eorum posteri iure perpetuo inviolabiliter observarent. Quorum nobilium nomina nominatorum per dictum banum Stephanum hec sunt: Petrus cantor Zagrabiensis, Dionysius filius Johannis, Baboneg filius Jacow, Dionysius filius Farkasii Nomana, Lucah de Zana, Nicolaus filius Penithe et Mark villicus de Dobicha. Nominatorum vero per comitem Johannem: Paris, Agk, Andreas filius Petri, Radamer, Stepbanus filius Koyzlau, Gurizlaus filius Begona, Nicolaus filius Endrey de Zana et Alexander filius Conizlai. Nominatorum autem

per comitem Radozlaum: Nicolaus filius Petri, Nicolaus filius Arlandi, Nicolaus filius Farkasii, Endrey filius Petri de Vodicha, Horuatinus Odolenus, Radozlaus filius Bogdozlai et Martinus frater eius. Nos igitur accepto a singulis iuramento, ut in toto arbitrio seu ordinatione nichil amore, gratia, pecunia, timore vel odio diffinitive dicerent, sed ea tantum, que equitati, paci ac statui dictorum magnificorum virorum Stephani, Johannis et Radozlai convenire crederent, ad arbitrandum seu ordinandum consedimus in eadem capella sancti Nicolai octavo idus iunii, quamvis in procinctu arbitri quidam nominatorum arbitrum perseverare nequierint, loco quorum erunt alii communi consilio ac assensu parcium presencium sub eadem iuramenti formula substituti. Inprimis igitur eorum redditus sic duximus ordinandos, ut Stephanus banus donec banatum ipsum gratia regali teneret, proventus camare Zagrabiensis solus percipiet, redditus vero de portibus, tributis ac etiam tricesimis inter eos equaliter dividantur; similiter que officiales communi voluntate disponunt; alia vero, que de terris seu mansionibus accipiuntur seu collecte, ita dividentur, ut quilibet pro portione habeat quidem de terra seu hominibus, qui apud ipsum scilicet noscitur provenire. Quantum autem ad iudicia, neque inter eos simultatis occasio nasci valeat, decernimus, ut in communibus ac minoribus iudiciis ad se pertinentes quilibet iudicandi facultatem habeat, grandia vero negotia communiter petractabunt; preterea omnes nobiles homines huius regni cum propriis terris suis liberos esse decrevimus et apud quem eclegerint deservire, non obstantibus donationibus seu pactis per ipsos factis, literis, iuramento vel quacunque alia firmitate roboratis in terra de Zana vel aliubi, que in preiudicium libertatis non convenit, observare. Ceterum nobili domine relicte condam Radozlai bani quecunquam possedit in terris, hominibus, proventibus ac iuribus ante divisionem eorum, libere ac cum omni integritate dimittant ad habendum et possidendum usque mortem que post eius obitum iuter eos sicut alia dividantur. Porro cetera omnia, que ipsi communiter possederunt, exceptis possessionibus nobilium, de quibus supra dictum est, et possessionibus ecclesiarum, super quibus dictos nobiles ac ecclesias pro suo arbitrio liberos esse censuimus, inter se equali ratione divident, nisi forte divisioni litera vel pactum obstaret. Quod vero super collatione facta de Zana, duabusque supis [in] Vozora, scilicet Modrina(!) et Chrincha quodam(!) Henrico ac fratribus eius, ipsorum bani Stephani, Johannis et Radozlai literas cum terribilibus iuramentis aspeximus, nos eas infringere nolumus, excepta libertate nobilium cum terris ipsorum, cui per predicta, ut supra dictum est, ullum decernimus preiudicium generari. Preterea, quia comes Johannes super ipsorum communitate octingentas marcas domine consorti sue debitas postulabat, ei

liti sacramento finem imposuimus, prout in aliis literis nostris continetur. Ea vero, que apud quemlibet eorum reposita sunt, super quibus singulorum iuramento credi concorditer ipsumque voluerunt, in divisione venire necesse est, debita autem pro communi utilitate contracta communi honere persolvantur. Et quod ad hec rationem poni necesse est, communi voluntate quinque nobiles homines, scilicet comites Radozlaum filium Bogdozlai, Martinum fratrem eius, Mark villicum, Nemana, Luchac de Zana ad rationem audiendam et etiam ordinandam designavimus, ad nostram presentiam revocantes, quicquid ipsi diffinire non possent, sicque finem arbitrii posuimus mandantes partibus, ut ipsum sub debito prestiti iuramenti inviolabiliter debeant observare, alioquin cum consilio eorundem electorum arbitrorum vel duarum partium ipsorum, dummodo tres de hiis, qui per reum nominati sunt, in hoc conveniant, poterint condempnari. Acta sunt hec sexto idus iunii, anno domini M. CCC. tertio decimo.

Thallóczy-Barabas Cod. Blag. 72.—74. no. 35.

277.

1313, 10. juna. U Topuskom.

Stjepan ban ugovara s kaptolom zagrebačkim o predaji Medvedgrada crkvi zagrebačkoj.

Nos Stephanus banus Sclauonie significamus universis quibus expedit presencium per tenorem, quod nos considerantes anime nostre detrimentum, quod ex retencione castri ecclesie Zagrabiensis, Medue vocati, incurrere possemus, volentes huic remedium prebere, assumpsimus ipsum castrum more castellani ex parte eiusdem ecclesie tenere et eciam conservare ecclesie supradicte, promittentes firma et bona fide nostra mediante reddere et restituere, habita tamen prius pecunia, quam pro redempcione ipsius castri nomine et vice ecclesie prefate magistro Marco fratri quondam Janini persolvimus plenarie et integre, ab ecclesia memorata. Si vero aliquo casu interveniente vel quomodocumque seu qualitercumque modo dictum castrum ecclesie predicte non reddiderimus vel non redderemus aut alienaverimus ab eadem, penam periurii in transgrediendo assumpta incurramus et eciam ecclesia sepefata a solucione totalis pecunie, quam pro redempcione castri predicti nobis tenetur et debet, sit libera penitus et expedita ipso facto, et nullo unquam tem-

pore nobis et nostris heredibus in toto vel aliqua sui parte teneatur pro eadem. Insuper dominus episcopus Zagrabiensis ecclesie contra nos et nostros successivos detentores predicti castri auctoritatem habeat per censuram ecclesiasticam procedendi. Ad conservacionem vero eiusdem castri totalem, quolibet anno petimus ab eadem ecclesia mille cubulos vini et quingentos cubulos de blado, necnon XL. marcas in denariis pro aliis necessariis vel opportunis, que ad conservacionem castri prefati dinoscuntur pertinere. Et si idem dominus episcopus, que inter nos et ecclesiam suam sunt ordinata super facto castri predicti, habito consilio cum fratribus suis si acceptare vel accedere voluerit, nobis litteras suas secundum formam presencium dare teneatur, alioquin presentes nobis remittere debeat infra mensem, negocium castri inter nos et dominum episcopum et ecclesiam suam in priori statu permanente. Datum in Thoplica, in octavis penthecostes, anno domini MCCCXIII.

Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 65. — Farlati Illyr. sacr. V. 397. — Kukuljević Ark. za pov. jugosl. III. 83. — Tkalčić Mon. episc. Zagrab. II. 70. — Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 84.—85. donosi odluku kaptola zagrebačkoga koja glasi:

Digna remuneracione existunt, que ad sedandas discordias subditorum in nostra communitate disponuntur, per quod eciam inter nos quietis materia preparatur. Qua consideracione cupientes statum nostrorum sub montibus colonorum, de quibus ab aliquo tempore et ex causa divisionem fecisse noscimur ad porciones viginti septem, per colonos quatuor tunc pro porcione qualibet conputando, in solvendis collectis et aliis honeribus subportandis ad maledictum castrum Medue, quod semper inviti, conpulsi et coacti fecimus, sicut et nunc, incipiens a tempore Stephani bani, filii Babonig, quod est dicere ab anno domini MCCC. et circa, moderare prout est possibile, taliter decrevimus observandum, quamdiu ipso honere gravamur, quod videlicet singularum porcionum predictarum coloni tempestive annuatim solvant quinque cubulos bladi, pro medietate de frumento et pro alia de avena, et quindecim vini cubulos, ac in denariis quinque pensas, nisi necessitas augmentandi premissa aliud inducat, deducendo ad ipsum castrum bredicta blada et vinum, sicut alias eosdem oportuit, ut est dictum.

278.

1313. 23. juna. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački javlja kaptolu pečuhskomu o ugovoru glede Medvedgrada.

Viris discretis et honestis, capitulo Quinqueecclesiensi, capitulum Zagrabiensis ecclesie omnimodam reverenciam cum honore. Discrecioni vestre notum facimus in presentibus protestando, quod pactum seu convencionem super conservacione castri ecclesie Zagrabiensis, Medwe vocati, inter magnificum virum Stephanum banum tocius Sclauonie et procuratores nostros habitam, parati simus quantum in nobis est ratam habere et firmiter observare, dummodo domini nostri Augustini dei gracia Zagrabiensis episcopi interveniat consensus legittimus et expressus, tum quia arduum negocium est, tum eciam quia castrum est episcopale, ad nos autem ex eo solummodo pertinet turris una. Petimus insuper discrecionem vestram instantissime per presentes, quatenus super protestacione nostra coram vobis facta litteras vestras memoriales cum pendenti sigillo concedere dignemini. Formam autem paccionis seu convencionis prout in litteris ipsius Stephani bani coram vobis exhibitis videritis contineri plenius inserentes. Datum in vigilia beati Johannis Baptiste.

Liber priv. eppatus. Zagrab. I. 65. — Farlati Illyr. sacr. V. 397. Katona Hist. crit. VIII. 285—286. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1, 515.—516. — Kukuljević Arkiv za pov. jugosl. III. 83. — Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 85.

279.

1313, 27. juna. U Pečuhu.

Kaptol pečuhski prepisuje ugovore glede Medvedgrada.

Nos capitulum Quinqueecclesiensis ecclesie memorie commendamus, significantes quibus expedit presencium per tenorem, quod anno domini millesimo trecentesimo decimo tercio, V. kalendas iulii, reverendus et discretus vir magister Dominicus, custos ecclesie Zagrabiensis, nuncius et procurator eiusdem ecclesie exhibuit nobis litteram ipsius capituli in hec verba: *(Vidi listinu od g. 1313. 23. juna).* Exhibuit eciam alias litteras magnifici viri Stephani bani tocius Sclauonie, cum pendenti sigillo, teno-

*

rem huiusmodi continentes: *(Vidi listinu od g. 1313. 10. juna)* Nos igitur ad iustam et legitimam peticionem eiusdem honorabilis capituli ecclesie Zagrabiensis, tenores predictarum litterarum de verbo ad verbum presentibus inseri facimus et sigillo nostro maiori communiri. Datum die et anno prenotatis.

Kercselich Hist. eccl. Zagrab. 72. — Farlati Ill. sacr. V. 398. — Fejér Cod. dipl. VIII. 1. 515.—518. — Fejér Codex dipl. Hung. VIII. 6. 26—29. — Kukuljević Ark. za pov. jugosl. III. 83. — Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 86.

280.

1313, 1. augusta. U Požegi.

Pred kaptolom požeškim biva prodaja zemlje izmedju sina Tome Kudonina i Petra Kupšina.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quod Thomen filio Kudona, nobili de Zuynna ab vna parte, comite Petro filio comitis Kupse ex altera, coram nobis personaliter constitutis, idem Thomen confessus est viua uoce, quod omnes terras suas, tam hereditarias in terra Kapalicha uocata existentes, quam empticias a filiis Paulus (!) in valle Zemenewelge uocata, existentes, porciones videlicet per modum diuisionis a fratribus suis ipsum contingentes, in hereditariis scilicet quartam partem, et in empticiis terciam partem, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis in eisdem porcionibus habitis, eidem comiti Petro et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus pro quindecim marcis, partim in denariis, partim in estimacione condigna, plene ab ipso receptis, sicut dixit, dedisset ac vendidisset, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas; hoc vinculo mediante, quod quicunque eundem comitem Petrum, racione memoratarum terrarum infestarent temporis in processu, idem Thomen expedire teneretur propriis laboribus et expensis. Itaque super premissis terris, diuisione facta inter ipsum et fratres suos, metas erigere debebit, et presentes priuilegio nostro confirmare. Si autem vsque ad mortem suam diuisionem predictam exigere non posset, extunc idem comes Petrus eandem possidendi tanquam ipso viuente habebit plenam facultatem. De terra eciam a filiis Dezyzlay, proximis suis, sibi et fratribus suis pro tribus marcis inpignorata, terciam partem pro vna marca sibi cedente (!), eodem ordine, quo sibi est inpignorata, eidem comiti Petro

tradidisset. Datum in festo ad uincula sancti Petri, anno domini M°CCC° tercio decimo.

Iz prijepisa kaptola požeškoga od god. 1336. u ugarskom narodnom muzeju.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 321.—322.

281.

1313, 17. augusta. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaje Vidčec sin Martinov posjed Blagušu biskupu zagrebačkomu Augustinu.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod constitutis in nostri presencia ex vna parte Vidchech filio Martini uentrosi, iobagione castri Zagrabiensis, et ex altera discreto uiro magistro Nicolao archidiacono de Kamarcha socio et concanonico nostro pro venerabili patre domino nostro fratre Augustino Zagrabiensi episcopo. Idem Vidchech dixit et confessus est, tradidisse et dedisse quidquid iuris uel proprietatis in possessione de Blagusa, iuxta possessiones nostras constituta habet uel habere posset, eidem domino nostro episcopo et per eum successoribus ipsius vniuersis in perpetuum, decem marcis denariorum banalium pro huiusmodi tradicione proprietatis et iuris receptis ab eodem domino episcopo plenarie, sicut dixit coram nobis. Litteras eciam et instrumenta, quibus mediantibus memorata terra per supradictum Martinum patrem suum optenta fuerat et possessa ad maiorem certitudinem tradidit ad manus domini episcopi antedicti. Assumens et obligans se coram nobis dictus Vidchech iamdicto magistro Nicolao archidiacono voce et nomine eiusdem domini nostri episcopi acceptanti, ad expediendum ipsum dominum episcopum ab omnibus racione huiusmodi proprietatis et iuris per eundem Vidchech traditis impetere uolentibus propriis laboribus et expensis. Voluit insuper, quod, si que littere per ipsum uel proximos suos, quas se habere plures denegauit in contrarium domini nostri episcopi predicti, in lucem proferentur, nullius sint efficacie, momenti uel uigoris. In cuius rei memoriam presentes ad instanciam parcium concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in octauis beati Laurencii martiris, anno domini millesimo trecentesimo XIII°.

Iz kodeksa: Liber privileg. eppatus. Zagrab. list 59.

Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

282.

1313, 29. augusta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje na molbu stranaka listinu kaptola čazmanskog (od god. 1307. 18. jula), u kojoj iste sklapaju prijateljstvo.

[K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Juris est explorati racionique congruit, ut contractus et pacta, que secundum temporis exigenciam iniuntur, perpetua stabilitate fulciantur et sanccionibus pragmatices principum in perpetue memorie argumentum roborentur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod discretus vir magister Petrus cantor ecclesie Zagrabiensis vice et nomine comitis Johannis filii Tyboldy ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis quasdam litteras capituli ecclesie Chazmensis patentes, super quibusdam contractibus et pactis seu conposicionibus inter eundem comitem Johannem filium Tyboldi ab vna parte, et inter Zerie filium Cosme quondam bone memorie confectas, petens a nobis cum instancia, vt ipsa pacta et contractus rata habere et nostris litteris confirmare dignaremur. Quarum litterarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola čazmanskog od god. 1307, 18. jula).* Nos igitur, qui ex debito suscepti nostri regiminis nulli in suo iure deesse debemus, ymmo quemlibet conseruare tenemur, ad peticionem et instanciam eiusdem comitis Johannis filii Tyboldi dilecti et fidelis nostri predicta pacta et contractus et supradictas litteras, quatenus rite et legittime inyta(!) extiterunt et legittime emanate littere fuerunt, eo modo ratas eas habentes, sine preiudicio iuris alieni ipsas litteras de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus et inserentes perpetuo confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archydiaconi de Kucullu dilecti et fidelis nostri, anno ab incarnacione domini M⁰CCC⁰XIII⁰, quarto kalendas septembris, regni autem nostri anno similiter tredecimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 1708. Stara signatura: N. R. A. fasc. 146. no. 1.

Na listini visi o svilenoj vrvci žute i crvene boje odlomak dvostrukog pečata kraljeva.

283.

1313, 17. oktobra. U Trogiru.

Pred magistratom trogirskim rješava se razmirica radi diobe plodova zemlje i vinograda.

1313. die 17. mensis octubris coram vobis domino potestate, vestro milite et vestris consiliariis et curia Tragurii proponit et agit Vincentius Ampleusi pro parte Peruene Proroe, et uxoris sue Mysce ipso Peruene presente, contra et aduersum Juuem Conradi, quod cum dictus Peruene et dicta uxor sua Mixa michi quaziarunt pro X. libris vnam suam terram, et vineam secundum quod apparet in instrumento scripto manu Superantii notarii communis dicto Juue, et promiserunt dare dicto Juue medietatem fructuum omnium de dicta terra et vinea paratam, provt in dicto instrumento plenius continetur, quod introduxit in iuditio cancellatum per duos mustos dare ei medietatem et dictus Juue accepit de anno preterito omnes fructus de dicta vinea, scilicet partem suam et meam, et hoc anno recepit suam partem, vt in instrumento continetur. Vnde peto partem meam, quam ipse Juue recepit anno preterito, que fuit decem mensuras musti, quam facio valoris decem libras, precor curiam domini potestatis, quod mihi faciat restitui, cum predictum instrumentum sit sibi solutum saluo iure addendi et minuendi vsque ad . . . . . .

Dominus miles et consiliarii statuerunt terminum Stepe Lupxe aduocato domini Juue sex dierum ad respondendum dicto libello.

Lucius Memorie di Traù. 199.

284.

1313, 29. oktobra. U Dubrovniku.

Pavao Tomin Kotoranin svjedoči, da je primio za kralja srpskoga svetodmitarski dohodak.

Die XXVIIII. octobris 1313.

Paulus de Thoma de Cataro nuncius domini regis Urosii ad infrascripta facienda, ut patet per literas ipsius domini regis Urosii, fuit confessus et contentus, se nomine dicti domini regis habuisse et recepisse a domino comite et comuni Ragusii yperperos M. M. grossos

venetos, quos comune Ragusii eidem domino regi dare debebat pro regalia ad festum sancti Dimitri proxime preteriti. In presentia Todori de Çiga et Mathei Basilii de Basilio de Cataro et plurium aliorum testium assignatorum.

(Adresa:)

Кралевьства ми любовьномȣ сȣродникȣ Картоломѣю Граданикȣ, кнезȣ дȣбровьничкомȣ и вьсои ѡбьщинѣ.

(Tekst:)

Кралевьства ми любѡвьномȣ сȣродникȣ кнезȣ дȣбровьчькомȣ Барьтоломѣю Граданикȣ и вьсои ѡбьщинѣ дȣбровьчкои. Что ѥ доходькь кралевьства ми тамо ȣ вась двѣ тисȣщє тамо порȣчи кралевьство ми кнезȣ Павлȣ, да ѥ ȣзьмє на Дьмитровь дьнь да дантє мȣ ѥ.

Стєфань краль.

Originalno kraljevo pismo na dugoljastoj pergameni u knjizi: »Diversa cancellariae« a. 1320. u dubrovačkom arkivu.

Pucić Spom. srp. II. br. 2, 1—2.

285.

1313, 31. oktobra. U Budimu.

Pred Karlom kraljem ugarskim i hrvatskim prodaju Ivan i Nikola posjed Trnavu crkvi zagrebačkoj.

Nos Karolus dei gracia rex Vngarie, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod discreti viri magister Petrus, cantor ecclesie Zagrabiensis et magister Nicolaus, canonicus eiusdem ecclesie vice et nomine venerabilis in Christo patris fratris Augustini, eadem gracia episcopi Zagrabiensis et capituli ecclesie eiusdem ab una parte, et Johannes ac Nicolaus filii ser Gerardi medici ab altera, ad nostram accedentes presenciam, iidem Johannes et Nicolaus confessi sunt proponendo coram nobis, quod quandam terram eorum Thornawa uocatam, in medio terrarum eiusdem capituli prope ecclesiam beate uirginis de Aprouch[1] sitam et existentem, quam titulo donacionis domini Ladizlai regis predecessoris patruelis nostri tenuerunt et possederunt, pro quinquaginta marcis monete Budensis, quas dixerunt, se plenarie recepisse, domino episcopo et capitulo supradictis et per eos eidem ecclesie Zagrabiensi vendidissent, dedissent et tradidissent nostro

[1] Aporouch (?).

regio consensu accedente, sub eisdem metis et terminis, iuribus et libertatibus, quibus per eosdem Johannem et Nicolaum ac ser Gerardum medicum patrem eorundem habita extitit et possessa, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam et habendam, ius dominii et proprietatis in eosdem dominum episcopum et capitulum ac ecclesiam Zagrabiensem plenarie transferendo. Presentes autem quandocunque nobis fuerint reportate, nostrum priuilegium eisdem episcopo et capitulo dari faciemus. Datum Bude, in vigilia omnium sanctorum, anno domini MCCCXIII°.

Iz potvrde od kralja Karla od g. 1323. 27. novembra u Liber privileg. eppatus. Zagrab. list. 55.

Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu I. B. 9. 167.

286.

1313, 20. novembra. U Ozlju.

Ban Stjepan daruje Jurju sinu Hozeja posjed Svarču na Korani.

Stephanus banus tocius Sclauonie vniuersis presens scriptum inspecturis tam presentibus quam futuris salutem in domino. Et ad uniuersorum noticiam harum tenore uolumus peruenire, quod cum nos meritoriis seruiciis et fidelibus comitis Georgii filii Hozey nobis et filiis nostris iugiter, quibus astitit assidue, uel eciam inpendendis, ut exhinc [a] nobis humane laudis premium diuineque gracie preconium requiratur. Uolentes pia recompensacione respondere uel occurrere, quamuis plus idem mereretur vel maioris esset stipendii, quandam terram nostram Zvarcha uocatam circa Coranam existentem, cum omnibus utilitatibus suis et appendenciis uniuersis, metis et terminis dedimus et contulimus ipsi Georgio et per eum suis heredibus [et] heredum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam. Et quia memoria ab homine sepius solet super huiusmodi facto tolli, uolumus litterarum nostrarum testimonio, nec eciam per filios nostros uel fratres collacio per nos comiti Georgio et filiis suis facta irritetur, append[end]o presentibus sigillum nostrum pendens, confirmare. Datum in Ozal, tercia feria proxima post octauas festi beati Martini confessoris, anno domini millesimo CCC. tercio decimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.280. Stara sign. N. R. A. fasc. 484. no. 4.

Na crvenoj, zelenoj i žutoj svilenoj vlaknatoj vrvci visi pečat na kojem se ništa ne raspoznaje.

Na hrptu bilješka: [svedo] [illegible]

Lopašić-Laszowski Oko Kupe i Korane 313.

287.

1313, 3. decembra. U Zadru.

Stjepan sin Dišin iz Zadra prodaje Jurgiju sinu Druškovu vinograd u Dubovici na velikom otoku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tercio decimo, indicione duodecima, die tercio intrante mense decembris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Alexandri venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fateor ego Stephanus filius olim Dise habitator Jadre, quoniam cum assensu et uoluntate fratris Marini de Cosane vicarii ordinis Predicatorum Jadre et tocius conuentus predicti ordinis vendo, do, trado atque transacto tibi quidem Jurgio filio olim Drusco habitatori Jadre omnes vites unius vinee mee cum arboribus eius, que posita est in insula magna in Dubouiça, reddendo pro terratico terre annuatim dicti conuentus quartum hic in Jadra de omnibus usufructibus ipsius vinee; cui de borea et de trauersa est vinea Drasogi filii olim Chreuatini, de austro est vinea heredum Dise de Fafogna, et de quirina est vinea Damiani de Mangaço; cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram; a modo in antea cum heredibus et successoribus tuis dictam vineam intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, uendendi, donandi, alienandi et pro corpore et anima indicandi et quicquid inde tibi tuisque heredibus et successoribus libere et perpetuo placuerit faciendi absque contradicione alicuius persone. Precio cuius uendicionis ego prenominatus Stephanus recepi a te predicto Jurgio libras septem denariornm paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde promitto cum heredibus et successoribus meis tibo dicto Jurgio tuisque heredibus et successoribus vineam predictam cum omnibus suis iuribus, habenciis et pertinenciis excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura; saluo semper omni iure predicti conuentus habente in ipsam vineam. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Chraniço filio olim Ruge et Dragoslauo filio olim Disogi habitatoribus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Petrus de Matafarro examinator manum missi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.).

Original u gubern. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Dominika no. 1521.

288.

1313.

Dujam i Fridrik knezovi krčki daruju Kartužanima godimice jedan sud (posudu) ulja i 40 starija soli.

Duimus et Federicus eius filius comites Veglae, Vinodol et Modrussae et civitatis Segniae perpetui domini pro salute sua et dominae Ursae matris praedicti Federici, ac dominae Elisabethae uxoris comitis Federici donant perpetualiter Carthusianis unam urnam olei omni anno, et 40 staria salis omni anno de propriis eorum reditibus, eosdem liberantes a solutione tributi in omnibus dominiis suis et districtibus.

Iz rukopisa Tomka Marnavića.
Farlati Illyr. sacr. V. 302.

289.

1314, 16. januara. U Čazmi.

Biva zamjena zemlje u županiji čazmanskoj.

Nos frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensis episcopus significamus vniuersis quibus expedit per presentes, quod Georgius filius Vlkota, tam pro se quam pro Nicolao fratre suo a parte vna, comes Johannes filius Noak ex altera coram nobis personaliter constituti. Idem Georgius dixit et confessus est se et predictum fratrem suum porcionem terre eorum hereditarie in comitatu nostro Chasmensi inter terras Petri filii Juan filii Hudus et eiusdem comitis Johannis ac fluuios Dobnicha et Chekneu adiacentem, uacuam et habitatoribus destitutam, cum omnibus pertinenciis suis dedisse et assignasse eidem comiti Johanni in concambium cuiusdam particule terre ipsius comitis Johannis a Thoma filio Pothochin conparate, irreuocabiliter possidendam iure perpetuo in filios

filiorum more et condicione aliorum predialium nostrorum et habendam. Quam quidem particulam terre dictus comes Johannes e conuerso assignauit ipsi Georgio cum tribus iobagionibus in eadem residentibus et vno molendino in aqua Dobnicha constituto, obligans se idem Georgius pro se et fratre suo supradicto ad expediendum ipsum comitem Johannem ab omni, si quam super dictam commutacionem per quempiam oriri contingeret questione in propriis suis laboribus et expensis. Mete autem terre date Johanni comiti hoc ordine distinguntur, sicut partes nobis retulerunt, videlicet: prima meta incipit a parte terre Petri predicti in aqua Dobnicha et ascendit uersus septentrionem ad arborem tul, de qua eundo transit viam et uenit descendendo ad arborem harazt, inde inferius ad arborem harazt iuxta fluium Chekneu ibique terminatur. In cuius rei memoriam presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Chasme, in festo beati Marcelli pape, anno domini millesimo trecentesimo quartodecimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Svilena vrvca zeleno-žuto-crvena ostala, pečat izgubljen.

290.

1314, 23. januara. U Montili.

Papa Klement V. dozvoljuje Grguru biskupu bosanskomu, da otstupi od biskupije.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Gregorio ordinis heremitarum sancti Augustini, olim episcopo Bosnensi seu de Diaco, salutem et apostolicam benedictionem. Nuper dilectus filius frater Petrus prior fratrum ordinis Heremitarum sancti Augustini Strigoniensium, procurator tuus ad hoc a te specialiter constitutus et ad nostram presentiam destinatus, nobis quasdam litteras tuo sigillo munitas presentavit continentes, quod tu tunc episcopus Bosnensis seu de Diaco, ac episcopalis dignitatis ex certis rationabilibus causis cedebas oneri et honori. Nos itaque receptis et visis litteris supradictis, cessionem huiusmodi ratam et gratam habentes, illam de fratrum nostrorum consilio duximus admittendam. Datum Montiliis Carpentoratensis diocesis, X. kal. februarii, anno nono.

Theiner Mon. Hung. I. no. 681. p. 445.

291.

1314, 8. februara. U Zadru.

Rava de Rava prodaje Mihi Skolaturi kuću svoju u gradu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tercio decimo, die octauo intrante mense februarii, indicione duodecima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Alexandri Jadrensis electi, confirmati et consecrati, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fateor ego Raua olim Andree de Raua ciuis Jadre per hoc instrumentum, Francisca matre mea ibidem presente et ad omnia et singula infrascripta sponte consenciente, quoniam do, dono, trado, uendo atque transacto tibi Miche Sculatura ciui Jadre totum hospicium meum positum Jadre in confinio Grappi siue Arsane, cum omnibus suis habenciis, iuribus et pertinenciis et que sibi quocumque modo pertinere possunt, pro precio librarum mille denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti; cui de borea est via publica, de trauersa partim domus et locus Georgii filii uel Obradi et partim domus et locus heredum Corradini, de austro partim domus Bogdini et partim domus Stanislaue vxoris Petri uocati Bachini, et de quirina partim via publica et partim domus dicte Stanislaue, a modo in antea cum plena virtute et potestate predictum hospicium totum cum iuribus et pertinenciis suis omnibus intromittendi, tenendi, possidendi, uendendi, alienandi et pro anima et corpore uoluntatem tuam omnimodam ex eo libere faciendi nemine tibi in perpetuum contradicente. Promitto eciam et me obligo ego dictus Raua, hospicium supradictum cum iuribus et pertinenciis suis omnibus excalumpniare et defensare per me meosque heredes et successores tibi dicto Miche Sculature et heredibus et successoribus tuis ab omni homine et persona et ratione super me et bona mea omnia habita et habenda. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco de Carbonesso et Martinussio Butuani ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Domaldus de Zadulinis examinator manum missi.

Ego presbiter Guillelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis predictis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru. Odio samostana sv. Dominika, no. 700.

292.

1314, 15. februara.

Karlo kralj ugarski i hrvatski oslobadja posjede Tome sina Petra iz Požege od podavanja bira i kunovine.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comaniae, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos ad instanciam et peticionem magistri Nicolai filii Gyleti dilecti et fidelis nostri et respectu suorum seruiciorum, que nobis ab introitu nostro in regnum Hungarie iure geniture nobis debitum a sua puerili etate penes nos continue commorando, in variis nostris negociis et expedicionibus regni nostri cum effusione sui sanguinis et multorum suorum seruientum interempcione in feruore sumpme fidelitatis alacriter et indefesse studuit complacere. Volentes pro eo et . . . . eiusdem peticionibus corespondere regio cum fauore, Thome filio Petri de Posoga seruienti eiusdem magistri Nicolai, qui eciam multiplices et graciosos vnacum eodem domino suo coram oculis nostre maiestatis exhibuit famulatus . . . . hanc graciam specialem de benignitate regia duximus faciendam, quod possessiones seu villas predicti Thome, videlicet Graynche et Zelrylch vocatas a collecta nostra marturali et eciam submarturali relaxantes, penitus duximus eximendas. Volentes et firmiter damus in mandatis, vt possessiones seu villas Thome prenotatas, quas graciose a tali collecta reddidimus exemptas, nullus comitum, iudicum vel collectorum racione collectarum, marturinarum audeat vel presumat contra graciam per nos factam per quempiam molestare seu eciam in aliquo aggrauare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem eidem Thome presentes nostras concessimus litteras, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi et archydiaconi de Kukullu, vicecancellarii nostri dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC^{0} quarto decimo, XV. kalendas marcii, regni autem nostri anno similiter quarto decimo.

Iz originalnog prijepisa kralja Sigismunda od g. 1407. 29. augusta u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.296. Stara signatura N. R. A. fasc. 1505. no. 26.

293.

1314, 15. februara.

Karlo kralj ugarski i hrvatski oprašta magistra Martina od plaćanja nekih dača.

[K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in salutis largitore. Ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Mortunus, filius Endre bani fidelis nostri, ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium domini Ladizlai condam illustris regis Hungarie, patruelis nostri karissimi, super exempcione et relaxacione collecte marturinarum, videlicet septem denariorum et victualium, qui vulgariter sulusma nuncupatur, confectum et concessum, petens a nobis cum instancia, ut ipsam relaxacionem ratam habere, ipsumque priuilegium confirmare dignaremur. Cuius quidem priuilegii tenor talis est. *(Slijedi listina god. 1289.)* Nos vero peticionibus ipsius magistri Mortunus iustis, legitimis et honestis de regia benignitate annuentes, quia ipsum priuilegium domini Ladizlai regis invenimus non cancellatum, non abrasum, nec in aliqua sui parte viciatum, de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, dictamque relaxacionem et exemptionem ratam habentes, auctoritate nostra regia duximus confirmandum. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi Albensis et archidiaconi de Kukullu, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M⁰CCC⁰ decimo quarto, regni autem nostri anno similiter decimo quarto, quinto decimo kalendas marcii.

Original, s kojeg visi na crveno-zelenoj svilenoj vrvci kraljev pečat u arkivu knezova Esterhazyja u Željeznom. Rep. 47. fasc. S. no. 4.
Vjesnik zem. arkiva. VII. 140.

294.

1314*, 10. marta. U Zadru.

Rada, Fumija i dr. obećaju dati Andriji de Sloradis dio od onoga što utjera od imanja pokojnoga Blaža njihovog brata i strica.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tercio decimo, indiccione duodecima, die decimo intrante mense marcio, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Alexandri venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fatemur nos Radda relicta Blagogne fabri et Fumia uxor Disc Dandulich sorores, filie condam Blasii et Draga uxor Marini cum assensu uirorum nostrorum, et Grisannus frater dicte Drage heredes condam Yuanni, Jurgius et Johannes filii condam Andree habitatores Jadre, quoniam ad tale pactum et concordium deuenimus tecum Andrea de Sloradis ciue Jadre, quod, si exigere uel extrahere poteris nomine nostro bona olym Blasii fratris et auunculi nostri, tu dictus Andreas habere debeas et habeas de predictis bonis extractis, uidelicet de terra posita ad Lucoranum, que fuit dicti olym Blasii fratris et auunculi nostri gonay quatuor ad mensuram comunis Jadre ex quocumque angulo uolueris eligere pro mercede tua. De quibus quatuor gonay terre predicte possis et ualeas facere omnimodam tuam uoluntatem sine alicuius persone contradiccione. Quam terram cum habueris, nos omnes supradicti fratres et sorores et quilibet nostrum in parte et in toto cum nostris heredibus et successoribus promittimus et nos obligamus tibi dicto Andree et tuis heredibus et successoribus excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super nos et quemlibet nostrum et omnia bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum et in parte presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Radoslauo filio condam Radoslaui et Matheo filio Luce Jadrensibus.

(Drugi rukopis.)

Ego Domaldus de Zadolinis examinator manum missi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboravi et signo consueto signavi.

(Monogram not.)

Original u gubernialnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika, no. 1601.

---

* Prema ind, (XII.), početak g. 25. marta.

295.

1314, 13. marta. U Dubrovniku.

Ivan biskup stonski i korčulski prepisuje listinu pape Bonifacija VIII. od 29. aprila 1299. provincijalu Franjevaca radi progona hereze.

Frater Joannes de Kerso ordinis Minoris miseratione divina episcopus Stagnensis et Corzulensis universis praesentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Noveritis nos vidisse et legisse, ac diligenter inspexisse quasdam litteras sanctissimi in Christo patris domini Bonifacii dei gratia summi pontificis, non abolitas, non abrasas, non cancelatas, non vitiatas in aliqua parte sui, cum vera bulla plumbea et filo serico bullatas tenorem huiusmodi continentes, quas quidem litteras conscripsimus propria manu, nihil addendo, non minuendo vel mutando. Ad maiorem autem omnium praedictorum firmitatem praesentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus. Datum Ragusii, tertio idus martii, anno domini MCCCXIIII.

Farlati Illyr. sacr. VI. 329.—330. — Papa veli: »Teneamur ex officii debito extirpare letiferam pestem haeretice pravitatis in partibus Serviae, Rasciae, Dalmatiae, Croatiae, Bosnae atque Istriae provinciae Slavoniae . . .«

296.

1314, 27. marta. U Dubici.

Loket meštar reda Ivanovaca u Ugarskoj i Hrvatskoj daje zaslužnomu za red Petku zemlju Gošću.

Nos frater Loketus magister domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani per Ungariam et Sclavoniam memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod nos intuentes visa utilitate ac profic[u]o domus nostre, Petkoni quandam nostram sessionem, in nostro territorio de Uodichan, Goscha vocatam, ac etiam communicato consilio karissimorum in Christo fratrum nostrorum, videlicet fratris Andree preceptoris de Dobicha, fratris Guellerimi preceptoris de Hreztua, fratris Johannis preceptoris de Gora prefato Petkoni et suis heredibus heredumque successoribus dedimus et contulimus dictam possessionem cum omnibus utilitatibus, pertinentiis eiusdem ad [h]abendam, tenendam et iure possidendam, donec nobis et domui

nostre fidelis extiterit, ita tamen, quod nobis vel preceptori nostro dictus Petk transactis tribus annis quolibet anno solvere tenebitur pro affictu duas marcas et pro decimis dimidiam markam(!) in festo pentekosten. Cuius quidem predicte terre prima meta sic incipit a dumo Petri videlicet a metis Kornouh, et deinde tendit infra ad unum rivulum et de rivulo per unam vallem et vergit ad montem ad arborem ulmi vocatam, et deinde per eundem montem infra proceditur et pervenit ad sessiones Milhani, deinde tendit et pervenit ad arborem ulmi stantem in medio vie, deinde vero protenditur et vadit circa Gay et pervenit intus Gay ad unam viam et per eandem viam peruenit ad metas Stephani bani, et deinde tendit per magnam viam et pervenit superius Chaplithi, et deinde vergit per viam inter metas magistrorum et vadit per magnam viam prope arborem fagi, et per eandem viam vergit inter Jelseunicham et in[ter] terras magistrorum et inter Dragotino per ea[n]dem viam et pervenit ad priorem metam, sic vero sunt mete compilate. Datum in domo nostra Dubicha, quarta feria post dominicam Judica. In cuius testimonio presentes dedimus sigillo nostro munimine roboratas, anno domini M. CCC. quarto decimo, mense februarii.

Thallóczy-Barabas Codex dipl. com. de Blagay 74—75.

297.

1314, 1. aprila.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje ponovno podložnike grada Zagreba od plemena Lastić i Stanković biskupu zagrebačkomu Augustinu.

Karolus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Lodomerie, Gallicie, Bulgarie, Cumanieque rex. Omnibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Solet iam facte collacionis innouata memoria uires tribuere et ex augusto nomine clariorem facere titulum possidendi. Hinc est enim, quod in prioribus nostris litteris privillegialibus[1] per venerabilem patrem dominum fratrem Augustinum episcopum Zagrabiensem nobis exhibitis uidimus contineri, iobagiones castri nostri Zagrabiensis de generacione Laztech et de generacione Stankouch cum omnibus terris, possessionibus ac iuribus suis, in quarum quieta et

[1] Vidi listinu kralja Karla od g. 1308. 31. oktobra.

pacifica possessione ecclesiam Zagrabiensem inuenimus, cum ad regie dignitatis fuimus apicem sublimati, in persona venerabilis patris fratris Augustini dicte ecclesie episcopi ipsi ecclesie perpetuo contulisse, quitquid in eisdem iobagionibus, terris, possessionibus ac iuribus eorum magestati (!) regie competebat, in ipsum episcopum ac eius successores totaliter transferendo. Nunc autem diuina prouidencia sacrosancte (!) corone (!) iuxta maiorum morem feliciter decorati, eandem nostram donacionem innouantes prefato episcopo ac successoribus eius, ipsique ecclesie prenominatos iobagiones cum omnibus terris, possessionibus, incolis ac eorum iuribus perpetuo applicantes, quitquid in hiis nobis competebat uel competere poterat de iure uel facto, in ipsum episcopum ac eius successores, eandemque ecclesiam cum omni plenitudine regia auctoritate transferimus; eximentes eos ab omni iurisdiccione ducis et bani Sclauonie vel eciam comitis Zagrabiensis, nunciorum seu legatorum regalium, quos in ipsos iobagiones, terras, possessiones ipsorum earundemque possessionum incolas ac eorum bona nullam volumus iurisdiccionem penitus exercere nec descensum, marturinas seu septem denarios nezyk wlgariter dictos, aut aliam quamcumque collectam quocumque nomine censeatur accipere uel eciam operas, uecturam aut aliam quamcumque angariam corporalem. Id enim est nostre donacionis intencio, vt sepedicti iobagiones cum omnibus possessionibus ac iuribus suis suarumque possessionum incolis ac bonis eorum ad Zagrabiensis episcopi et ecclesie ius totaliter pertinentes ab omni temporalis domini seruitute uel honore inmunes habeantur penitus et exempti, quia indignum nobis uidetur, ut secularis potencia molestiam inferat hiis, quos duximus deo famulancium usibus applicare. In cuius rei testimonium ac perpetuam firmitatem presentes concessimus duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri Johannis prepositi Albensis et archidiaconi de Kukulleu, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXIIII°, in kalendis aprilis, domino Thoma archiepiscopo Strigoniensem ecclesiam gubernante, Emrico Waridiensi (!), Johanne Nitriensi, Martino Agriensi, Petro Quinqueecclesiensi, Gregorio Boznensi, Benedicto Chanadiensi, Stephany Vesprimiensi, fratre Benedicto Transiluano, Nicolao Jauriensi, Georio (!) sancti Iriney episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus; magistro Kopoz palatino ceterisque, per quos regni nostri moderamina feliciter disponuntur.

Iz kodeksa: Liber privilegiorum eppatus. Zagr. list. 44. U arkivu nadbiskupije zagrebačke I. B. IX. 167.

Vidi biskupski arkiv u Zagrebu: Diplomata vol. I. — Farlati Illyr. sacr. V. 403.—404. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. 541—542. (reg.)

*

298.

1314, 23. aprila. U Zadru.

Grisogon sin Deše de Fafoneis župnik sv. Marije uz zamjenu prodaje Vulcinji sinu Mihe Martinusija, sve svoje zemlje na otoku Pašmanu u mjestu zvanom Konaplica.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quarto decimo, indiccione duodecima, die octauo exeunte aprelis(!), Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venetorum, et reuerendi patris domini fratris Alexandri Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Grisogonus filius condam Desse de Fafoneis plebanus ecclesie sancte Marie maioris Jadrensis, quomodo do, trado et transacto nomine cambii tibi quidem Volcigne condam Miche de Martinussio ciui Jadre omnes terraticos meos et terras mundas et immundas positas in insula Pestumano in loco uocato Longin siue Conaplica, quorum terraticorum et terrarum hii sunt confines: Ex borea est partim terra heredum condam Cusino et partim est boscum, ex trauersa est boscum et ex austro est partim mare et partim boscum, et ex quirina est mare; item unam terram positam in campo dicte insule Pestumani, de qua terra sunt circa gognay tres, et si plus uel minus erit tuum sit, cui ex austro est terra heredum condam Grisogoni de Scherluço, [et] ex quirina similiter ex trauersa est uia publica, et ex borea est terra olim Belle de Ossesico; cum omni longitudine et latitudine earum, cum omnibus suis certis terminis, habenciis, pertinenciis tam subtus terram quam supra terram a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis predictos terraticos et terras mundas et immundas et terram de campo intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi pro anima et corpore indicandi et omnia alia et singula faciendi sicut de tuo proprio nemine tibi tuisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante; nomine cuius cambii mihi pro concambio dedisti unam vineam et terram uacuam simul continuatas positam ad Bibanum, quibus ex austro terre Thomasii de Petrizo, ex trauersa est via publica, ex borea est vinea Çuane de Muscardello, et ex quirina est mare; insuper mihi dedisti solidos viginti grossorum venetorum, quos confiteor a te recepisse, idęoque terratici et terre mee fuerunt exstimate plus ualoris, quam vinea et terra tua: Vnde ego predictus plebanus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Volcigna

tuisque heredibus et successoribus predictos terraticos et terras mundas et immundas et terram de campo cum earum pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco filio condam Laurencii de Ziualellis et Martinussio de Butouano ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Petrus de Matafaro examinator manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu, Diplomata a. 1314. — Na hrptu savremenu nečitljiva bilješka.

299.

1314, 29. aprila. U Čazmi.

Čazmanski kaptol prepisuje listinu kralja Bele od g. 1260. 19. decembra, kojom dozvoljuje meštru Tiburciju slobodno razpolaganje svojim imetkom.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini M. CCC⁰ quarto decimo, in festo beati Petri, ad instanciam et peticionem proborum et nobilium virorum, videlicet Ladizlai filii Ramacha et Johannis dicti Echy, tenorem et formam cuiusdam priuilegii domini Bele quondam illustris regis Hungarie de uerbo ad uerbum presentibus insery (!) fecimus et transcribi, sigilloque nostro consignari. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina od g. 1260. 19. decembra.)*

Original u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.147. Stara signatura: Actor. monasterii Garigh fasc. I. no. 2 Na hrptu listine trag je pritisnutog ovalnog pečata.

Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 7, 110.—111.

300.

1314, 29. aprila. U Čazmi.

Kaptol čazmanski opisuje medje posjeda Stupne svojine Ladislava sina Ramače.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Ladizlaus filius Ramacha a parte vna, ab altera autem Johannes de Echi proximus eiusdem personaliter coram nobis constituti, idem Ladizlaus quoddam priuilegium domini Bele quondam illustris regis Hungarie super possessione ipsius Johannis Stopna vocate in Guersencha existentis, confectum, quandocunque et quocunque tempore ipsi Johanni necesse fuerit coram quo uel quibuscunque iudicibus, assumpsit exhibere loco et tempore oportunis. Mete autem ipsius possessionis prout in eodem priuilegio vidimus contineri sunt tales: Incipit sub vinea comitis Tyburcii ubi est meta terrea, inde per vallem uersus occidentem ubi intrat in riuulum Stopna et per riuulum transit in vallem que ducit in montem ad metam terream, ibique est commetaneus eius Tyburcius prefatus, inde uadit superius uersus aquilonem ad metam de berekunafa, deinde descendit per arbores cruce signatas in riuulum [S]cumecha et ibi erit(!) commetaneus Bobonyg(!), inde riuulus idem ducit superius versus orientem ad heremitas, inde exit ad viam que ducit ad montem uersus partem meridionalem et per eandem viam descendit ad priorem metam ubi fuit incepta ibique terminatur. Datum in festo beati Petri martiris, anno domini millesimo CCC°. quarto decimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. 35.164. Stara signatura Actor. monast. Garigh. fasc. I. no. 7.

Na hrptu listine vidi se trag pritisnuta pečata.

Na hrptu bilješka: »NB. haec possessio est illa, quam Gregorius nepos Joannis de Echi, nostris donauit.

301.

1314, 12. maja. U Topuskom.

Fr. Augustin biskup zagrebački nastavlja razdiobu Babonića.

Frater Augustinus miseratione divina Zagrabiensis episcopus ad rei geste memoriam pleniorem. Cum super ordinandis quibusdam negotiis inter magnificos viros Stephanum banum Sclavonie, Johannem et Radozlaum comites fratres suos, vocati per dictum comitem Johannem in Toplicam, quinto die intrante maio venissemus, tandem sequenti die partes compromittentes in nos totum negotium ordinandum, assignantes nobis consiliarios ex cuiuslibet parte tres, videlicet magistro Petro cantore Zagrabiensi, Presingario comite, Horuatino filio Retk ex parte comitis Johannis, comite Perhtoldo de Retumberg, Nicolao filio Arlandi et comite Martino castellano de Medue ex parte bani, Georgio filio Jacou, Gregorio filio Johannis et Alexandro de Gora ex parte comitis Radozlai, quibus mediantibus de ipso negotio perfectius instrui possemus, nos finem ipsi negotio imponere cupientes, prout cum eisdem nobis visum extitit, omnes singulos supradictos singillatim prestare fecimus sacramentum super sacras reliquias, que in capella nostra continentur et super imaginem crucifixi super eo, quod ipsi nobis veritatem dicent, iniustos prodent et quicquid unitatis et pacis inter dominos suos esse crediderint, nobis suggerent et postposito metu et favore nos instruent de negotiis proponendis. Similiter vero et ipsi Stephanus banus et Johannes et Radozlaus comites iuraverunt in nostri ac dictorum consiliariorum presentia, positis supra sacrosanctas reliquias manus(!), ea que a nobis in presenti negotio decreta fuerint, inviolabiliter observare. Nos igitur omnia decrevimus, cum tributa iniusta sub certarum penarum interminatione in regno Hungarie noscantur esse prohibita: falsam tricesimam de Zamobor, tributa sancti Martini Cruciferorum, sancti Jacobi de Portu Zaue, sancti Jacobi super Kolpam in Podgaz, de Brezouicha, de Dernek, Bituna et de Japra duximus penitus auferenda. Reliqua vero tributa inter ipsos ita divisimus: tributum sub castro Stenichnak tam commeantium, quam ipsius fori Stephano bano preter portionem, sicut et ipsum castrum Stenichnak, tributa autem de Zamobor, de Zomzed, portu regis ac portionem tributi in Kolpa, quam tenet Punek, itemque decem marcas de tributo Lippa in portionem bano; porro tributa de Glas, Vrbaz, Pukurtui, Hraztouicha, Jaztrebarzka et

Toplica, et tricesimam de Dobicha comiti Johanni, ita tamen, quod tributum de Jaztrebarzka non in villa Jaztrebarzka, que eidem Stephano bano in portionem obvenit, sed sub castro Oclich in strata publica, que eidem Johanni in portionem devenit, pro commodo suo exigatur; tributa quoque de Kual, Korana, Brumen, Zana, Gladusa, Lippa, Vuntu comiti Radozlao, ita tamen, quod de tributo de Lippa decem marcas Stephano annuatim dare teneatur, decrevimus; tributum de Radona communi voluntate coniugi comitis Radozlai dimiserunt. De liberis villis vero Perna et Kereztina, quas dictus banus sibi cum terra Zlath pervenisse asserebat, aliis econtra rogantibus, ut idem banus quod proponit de Kerztina, iuramento confirmet, de Perna vero comites Johannes et Radozlaus, quod nequaquam pertineat ad terram Zlath, alteruter iurare debeant; de Varmug Dol autem, quam banus dicit pertinere ad Hutinam, questionem ita decidimus: sex probi viri de Hutina proprio iuramento decident. De divisione iobagionum placuit, ut de novo fiet divisionis equalitas. At vero quia debitum constitutum in Theotonia propter obmissionem termini solutionis ad magnam quantitatem usurarum pervenit et hoc comiti Johanni imputabatur, eo quod collectam impositam super Zana vel aecepisset vel dimisisset, que ad eiusdem debiti solutionem fuerat ordinata, vocatis dicatoribus de Zana invenimus ex eorum confessione, Johannem comitem sexaginta tres marcas tantummode de eodem debito recepisse. Ad querelam autem, que contra servientes prefati comitis Johannis deponitur, quod dampna redeuntes de Theotonia ad banum pertinentibus intulissent, iudicatum est, quod quicquid comes bani, ubi dampna illata dicuntur, propter necessaria victualia iuraverit, hoc comes Johannes solvere teneatur. Quicquid autem in Vzura est preter possessiones nobilium, hereditarias videlicet vel per veros dominos de Vzura legitime collatas, sive sit habitum sive desertum, equaliter dividatur. Divisores autem ex parte domini bani comites Obrad, Stepk, item ex parte comitis Johannis Tepchin et Michael, ex parte vero comitis Radozlai Dragos et Bolezlaus cum homine ad partium petitionem per nos deputando. Super possessione autem Konortia comes Obrad reparabit iuramentum, quod ei adiudicatum fuerat. Preterea, quia sepenominatus St[ephanus] banus ad quantitatem duum millium trecentarum et septuaginta marcarum, predictus autem comes Johannes ad quantitatem mille centum et quinquaginta marcarum circiter, dum adhuc in communi viverent, pro communibus utilitatibus ac negotiis asseverarunt se debita contraxisse, communi omnium trium petebant contributione persolvi, ita decrevimus, ut banus St[ephanus] cum comite Perhtoldo supradicto et comes Johannes cum comite Presingario, quodquod iuramento firmaverint, usque ad quantitatem superius

expressam hoc omnes tres comites solvere tenebuntur. Dies vero iuramenti octava assumptionis, locus ecclesia monachorum de Toplicza, homines ac accipiendum iuramentum abbas Toplicensis vel celerarius maior in absentia abbatis, et magister Petrus cantor ecclesie Zagrabiensis ex parte nostra, comes Horuatinus filius Retk ex parte bani, comes Nicolaus filius Arlandi ex parte comitis Johannis. Verum quia comes Radozlaus dicebat, comitem Johannem magnam quantitatem eius pecunie recepisse, quam pro communium fuerat debitorum expeditione locata, predictus comes Johannes cum comite Horuatino predicto in loco prefato ac tempore coram eisdem a nobis datis personis, Salic abbate Toplicensi vel zelerario(!) maiori in absentia abbatis, et magistro Petro cantore prementionato iuramento firmabit, nichil de predicta pecunia in suas fuisse utilitates conversum, sed tantum ad communia negotia transivisse. Datum in Toplica, die dominica proxima ante quindenas apostolorum Philippi et Jacobi beatorum, anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo.

Thallóczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 76.—79.

302.

1314, 18. juna. U Zadru.

Mihajlo de Clemente i Matija Radčić zamjenjuje svoje vinograde.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quarto decimo, indiccione duodecima, die decimo octauo mensis iunii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolai venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fatemur nos Michael de Clemente et Matheus Radcich ciues Jadre, quomodo talem inter nos facimus concambium et comutacionem: quod ego dictus Michael do, trado et transacto tibi dicto Matheo in concambium et comutacionem totam unam vineam meam positam ad punctam Michebone; cui de borea est vinea Desace, de trauersa est vinea Cypriani, de quirina Çuytane peliparius, et de austro vinea Desse; cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram. Contra predictum concambium et comutacionem ego dictus Matheus do, trado et transacto tibi dicto Michaeli de Clemente recipienti, nomine et uice dicte vinee tue totam unam vineam meam positam ad sanctum Cle-

mentem super terram ecclesie dicti sancti Clementis, reddendam eiusdem(!) fideliter annuatim quartum pro terratico tocius redditus et fructus ex dicta vinea proueniencium hic in Jadra; cui de borea est vinea Cypriani filii condam Sterch, de trauersa, austro et de quirina est mare; cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram. A modo in antea una queque pars nostrum cum heredibus et successoribus nostris cum plena uirtute et potestate predictum suum concambium et comutacionem intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, uendendi, dandi, donandi, pro corporibus et animabus indicandi et omnia et singula faciendi sicut de suo proprio nemine nobis nostrisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente; saluo semper omni iure suprascripto dicte ecclesie et omni alio iure secundum statuta Jadre. Quem(!) concambium et comutacionem promittimus unus alteri nostrum cum heredibus et successoribus nostris firmum, ratum habere perpetuo et tenere et nunquam eum reuocare quoquo modo uel ingenio sub pena soldorum viginti denariorum venetorum grossorum, si quis contrafecerit, soluenda alteri parti nostrum fidem seruanti; pena soluta uel non, presens instrumentum semper suum robur obtineat firmitatis; atque dictum concambium ùnus alteri nostrum cum heredibus et successoribus nostris excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super nos et omnium bonorum nostrorum presencium et futurorum. Cuius concambii sunt confecta duo similia publica instrumenta, quorum suum habet quilibet nostrum suum (!). Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Johanne Piscopo et Symeone de Saracho Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Petrus de Çauatis iudex exsaminator (!) exsaminaui (!).

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 74.

303.

1314, 20. jula.

Pred srijemskim kaptolom biva prodaja i izmjena zemalja izmedju sinova bana Grgura i sinova Tominih.

Uniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis capitulum ecclesie sancti Irinei, salutem in omnium saluatore. Quia actum temporale, obliuione nouercante sepius solet lapsu temporum irritari et penitus annichilari, humana discrecio consueuit, vt et que in tempore aguntur, litterarum memorie commendantur. Ad uniuersorum noticiam igitur presencium tenore volumus peruenire, quod Gregorio bano, filio Endre, vnacum filiis suis, videlicet Stephano, Nicolao et Laurencio, ab una parte, Boko, Elya et Thoma filiis comitis Thome filii Myrk nobilibus de prouincia Syrmiensi, ab altera, coram nobis personaliter constitutis, ydem Gregorius banus et filii sui, medietatem possessionis Ryua vocata, a parte orientali, prout ipsam possessionem fluuius a parte septemtrionali ad meridiem decurrens, diuidit, cum omnibus suis vtilitatibus et feneto, tum propter fauorem cognacionis et carnis, tum eciam pro eo, quod iidem filii comitis Thome soluissent decem et septem marcas Petro et Gregorio filiis Gregorii filii Scemteu, racione particule seu porcionis ipsos filios Gregorii, in predicta possessione Ryua vocata contingentis, per eundem Gregorium banum pro quinquaginta et quinque marcis comparate, confessi sunt dedisse et reliquisse in filios filiorum pacifice possidendam. In cuius rei memoriam et robur perpetue firmitatis, nostras concessimus litteras priuilegiales sigilli nostri munimine roboratas, alphabeto intercisas. Datum in octauis beate Margarete virginis, anno domini millesimo trecentesimo decimo quarto. Discretis viris, Vyda preposito, Demetrio cantore, Johanne custode, Paulo, Andrea et Johanne archidiaconis, ceterisque canonicis in ecclesia dei fideliter famulantibus et deuote.

Original kod obitelji Révay.
Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 353 – 354.

304.

1314, 7. augusta. U Zadru.

Mauro i Filip de Grisogoni daju svojim kmetovima u Podiću zemlju, da nasade vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quartodecimo, indicione duodecima, die septimo intrante mense augusto, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecii, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fatemur nos Maurus et Phlippus fratres filii condam Frederici de Grisogoni ciues Jadre, quod cum uos Stanoius, Stephanus et Pribislauus fratres iobagiones nostri ad Podich filii condam Lubci, pastinaveritis ad vineam totam unam presaliam nostre terre posite ad Podich, circumdatam omnibus partibus terrarum nostrarum, ex qua pastinacione per uos facta instrumentum a nobis non habuistis, quare nos prefati Maurus et Phylippus uobis prefatis fratribus Stanoio, Stephano et Pribislauo uestrisque heredibus et successoribus in perpetuum damus et concedimus dictam vineam ad laborandum secundum consuetudinem statutorum Jadre, sub pena contenta in predictis statutis. Preterea si furtum manifestum uel dampnum fraudulentem(!) comisseritis(!) contra racionem nostram, quociens contrafeceritis, nobis yperperos sex pactabitis; verum tamen, quod terraticum quartum nobis dare teneamini tocius reditus et fructis(!) ex dicta vinea proueniencium, fideliter annuatim conductam partem nostram illuc in villa; et si de fructibus siccis uel recentibus uendideritis, nobis nostrisque heredibus et successoribus quartum denarium dabitis; si uero fructus recentas(!) domum portaueritis causa comedendi, ipsas libere habeatis. Et insuper eciam, si uites dicte vinee alicui uendere uolueritis, primo nobis nostrisque heredibus et successoribus denunciabitis; si eas emere uoluerimus et quantum ab aliis inuenire poteritis uobis dabimus, si uoluerimus; quod si eas emere noluerimus, tunc licitum sit uobis uestrisque heredibus et successoribus uendere cui uolueritis, saluo semper omni iure nostro suprascripto et omni alio iure secundum statuta Jadre. Quam terram nos dicti Maurus et Philippus promittimus et obligamus cum heredibus et successoribus nostris uobis prefatis Stanoio, Stephano et Pribislauo uestrisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super nos et omnium

bonorum nostrorum presencium et futurorum. Et nos prenominati Stanoy, Stephanus et Pribislauus omnia et singula suprascripta per nos laudamus et confirmamus. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Dragoslauo filio condam Radouani et Drusano filio condam Andree castaldiones(!) in villa dictorum Mauri et Philippi et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Johannes de Çiualelis examinator manum misi.

Ego Stephanus Petri pictoris imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 31.

305.

1314, 24. augusta. U Zadru.

Opat samostana sv. Krševana Toma i sbor samostanaca obraćaju se u razmirici nastaloj izmedju njih na nadbiskupa zadarskog i podvrgavaju se njegovu sudu.

In nomine domini amen. Anno a natiuitate domini millesimo trecentesimo quarto decimo, indictione duodecima, apostolica sede per obitum felicis recordationis domini Clementis pape quinti pastore uacante, die vicesimo quarto mensis augusti. Inimico homine procurante ab olim inter religiosum virum dominum fratrem Matheum de Qualis abbatem monasterii sancti Grisogoni de Jadra ordinis sancti Benedicti ex parte vna, et conuentum monasterii eiusdem uno dumtaxat excepto, scilicet fratre Thoma ex parte altera orta materia questionis, tandem ambo predicte partes ad venerabilem patrem dominum fratrem Nicolaum dei gracia Jadrensem archiepiscopum super questione predicta recursum habuerunt, et fuit eadem questio coram dicto domino archiepiscopo mota dicentibus monachis dicti conuentus in iudicio tum per se tum per suos procuratores seu syndicos, seu quocumque alio nomine dicuntur coram eodem domino archiepiscopo uel suo vicario, quod predicti abbatis confirmacio non tenebat, quia dominus frater Alexander olim Jadrensis electus, qui eum confirmauerat, electionem suam non potuit confirmare. Quodque cum per partem dictorum monachorum fuisset denunciatum dicto abbati, ne administraret in abbacia dicti monasterii,

quia sua confirmacio non tenebat, ut dictum est, et cum ipse post denuntiacionem ipsam administrauerit, ius, quod sibi dequisitum fuerat, per suam electionem ammiserat et electio de abbate dicti monasterii ad predictos monachos pertinebat; preterea dicentibus monachis eisdem seu procuratoribus eorum etiam, quod dictus abbas non erat aptus ad regimen ipsius monasterii, nec se moribus ipsius ipsi monachi poterant conformare propter incogruentem condicionem morum ipsius, ut dicebant, et quod propter hoc continue in dicto monasterio detenciones et iurgia non absque graui scandalo insurgebant, dicto abbate in omnibus predictis contrarium asserente, et quod propter maliciam monachorum predictorum et non culpa sua uel defectu predicta iurgia et scandala contingebant. Sanum inter predictum abbatem seu suos procuratores et syndicos seu quocumque alio nomine dicuntur ex parte una et dictos monachos et conventum predictum seu eorum procuratores et syndicos, seu quocumque alio nomine dicuntur ex parte altera coram dicto domino archiepiscopo uel suo vicario agitata dicta questione usque ad conclusionem cause et obseruatis omnibus que obseruari debuerunt, ut asseritur circa omnia et singula predicta, tandem dictus abbas pro se ex parte vna, et dicti monachi seu conuentus, scilicet frater Vitco prior, frater Johannes, frater Marinus, frater Lucas, frater Franciscus Mesco, frater Franciscus Mercadini, frater Thomas, frater Marcus, frater Laurencius senior, frater Laurencius iunior, frater Michael et frater Symon conuersus, absentibus fratre Drasco et fratre Stephano extra Jadram, ut asseritur, set pro eis existentibus dictis eorum et dicti conuentus procuratoribus et syndicis seu quocumque alio nomine dicuntur, scilicet dictis fratre Luca et fratre Marino ex parte altera congregati insimul et diligenti deliberacione et tractatu prehabito, et affectantes quietem et reformacionem dicti monasterii in spiritualibus et temporalibus, quod quidem summe necessarium existebat, sperantes quoque, quod per prouidenciam dicti domini archiepiscopi loci ordinarii pocius, quam per alium predicta salubria poterant prouenire et ordinari, maxime quia hoc idem dominus archiepiscopus an[h]elabat, vnanimiter et concorditer et sponte et ex certa sciencia super predicta questione et omnibus et singulis predictis et omnibus contingentibus, incidentibus et emergentibus et pertinentibus insimul et sigillatim et omni modo quo melius potest fieri, compromiserunt et se dimiserunt totaliter in dictum dominum archiepiscopum, tanquam in suum arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem, seu quocumque alio nomine dici posset et deberet, et maxime et nominatim super prouidendo dicto abbati et facienda sibi prouisione de bonis dicti monasterii, si eidem domino archiepiscopo uidebitur et placebit, et super reformacione dicti monasterii et generaliter de omnibus

et super omnibus aliis controuersiis, dubiis et contentionibus, que uerti et esse quoquomodo possent occasione premissorum uel alterius premissorum inter partes predictas expressis uel non expressis, nec non super omnibus contingentibus, emergentibus et pertinentibus ad omnia et singula predicta, retenta semper eidem domino archiepiscopo sua ordinaria iurisdiccione ita, quod ipse libere et plenarie possit auctoritate ordinaria in premissis et quolibet premissorum facere, quod fuerit faciendum et etiam auctoritate huiusmodi compromissi possit facere, quod sibi uidebitur et placebit alte et basse, tam per liberum arbitrium quam laudum et amicabilem composicionem seu quocumque alio modo, qui dici posset et excogitari. Preterea ambe predicte partes et dictorum monachorum procuratores seu syndici, seu quocumque alio nomine dicuntur, dederunt plenam potestatem et auctoritatem dicto domino archiepiscopo, salua semper sibi et retenta sua ordinaria iurisdiccione in omnibus et singulis predictis et in omnibus contingentibus, u[enien]tibus, emergentibus et pertinentibus quoquomodo, ingenio et causa per se uel per alium arbitrandi, iudicandi, laudandi, componendi, cognoscendi, percipiendi, ordinandi et faciendi breuiter quicquid sibi uidebitur et placebit, alte et basse de plano et sine strepitu et figura iudicii, ordinarie, extraordinarie, iuris et iudiciario ordine seruato et non seruato, diebus feriatis et non feriatis, partibus presentibus et absentibus, dum tamen citatis, auditis et non auditis partibus, maxime quia huc usque audite fuerunt, ut dicitur stando, sedendo, in scriptis et sine scriptis ubicumque, quandocumque, qualitercumque et quocienscumque sibi uidebitur et placebit tam in iudicio quam extra et tam ordinaria quam arbitraria, seu quocumque alio nomine dici posset iurisdiccione insimul et sigillatim. Item ambe predicte partes et dictorum monachorum procuratores seu syndici, seu quocumque alio nomine dicuntur, insimul et sigillatim solemni stipulacione interueniente, sub omni obligacione, quam prestare possunt, et nominatim bonorum dicti monasterii una parte alteri consenciente promiserunt stare et parere et obedire omni dicto, pronunciacioni, sentencie, laudo, arbitrio et composicioni et prouisioni nominatim et maxime quos, quas et que dictus dominus archiepiscopus tam auctoritate ordinaria, quam arbitraria et arbitratoria et compositoria et omni alia in premissis et quolibet premissorum duxerit faciendum modo et ordine predictis, quodque emologabunt(!) et confirmabunt sine mora quicquid faciet dictus dominus archiepiscopus omni modo et ordine predictis et nunquam contrafacient uel uenient de iure uel de facto, nec contrafacienti consencient publice uel occulte, nec appellabunt nec appellacionem prosequentur, nec institucionem in integrum petent sub pena excomunicacionis et suspensionis. Ad quas penas unusquisque dictorum compromictencium

sponte se obligauerunt et in eas uoluerunt incidere, si contrafacient et quas dictus dominus archiepiscopus absque aliqua monitione in contra facientes possit ferre, si incidetur in dictas penas, et nichilominus omnia et singula contenta in hoc compromisso et hoc compromissum et quicquid factum fuerit ipsius auctoritate et potestate et per dictum dominum archiepiscopum, semper in sua maneant firmitate, et dicte pene tociens commictantur, quociens fuerit contrafactum. Item predicti monachi seu conuentus predictus fecerunt duos ex se ipsis apud acta et aliter sicut melius et firmius fieri potuit, scilicet dictum fratrem [Luca]m et dictum fratrem Marinum suos procuratores et syndicos, seu quocumque alio nomine dici possent et deberent a modo in antea in omnibus et singulis predictis, non preiudicando alicui procuracioni seu syndicarie seu quocumque alio nomine diceretur facte in predictis et quolibet predictorum, nec eisdem procuratione seu syndicaria seu quicquid aliud esset huiusmodi procurationi facte apud acta preiudicante. Renunciantes expresse ambe predicte partes omni iuri, actioni, defensioni, excepcioni, cuiuscumque generis appellacioni, peticioni, in integrum restitucioni, cauillacioni legum et canonum auxilio, constitucioni, consuetudini et statuto, per que uel eorum aliquod contra hoc compromissum et omnia et singula contenta in eo et contra ea, que per eius uirtutem et potestatem fient per predictum dominum archiepiscopum modo et ordine predictis facere poterint tam de iure quam de facto. Actum Jadre in camera dicti domini archiepiscopi, presentibus venerabilibus et dicretis viris domino Sauio canonico Trigestino vicario dicti domini archiepiscopi et domino Nichiforo archidiacono Jadrensi, et fratre Andrea nacione de Jadra ordinis fratrum Predicatorum de Jadra, Guidone de Mediolano et Mathiolo de Montefalco seruitoribus domini archiepiscopi supradicti et pluribus aliis testibus ad predicta uocatis specialiter et rogatis.

Et ego Romanus Stephani de Secia publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens interfui et ea fideliter scripsi, publicaui et meo signo signaui rogatus.

(Signum not.).

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XIV. no. 188.

306.

1314, 5. oktobra i 1. novembra 1347. U Lastovu.

Dioba zemlje.

In dei nomine amen. Hec est copia cuiusdam instrumenti diuissionis(!) reperti in libro comunis Laustee(!), tenor cuius talis est: In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo decimo quarto, indictione duodecima, die quinto octubris, actum Laguste, presentibus testibus infrascriptis. Hec est quedam diuissio patrimonialis quarundam possessionum iacentium in Lagusta per Dobrichnam Desienich et Michaelem Grubenich de Lagusta comunales partitores electos ab infrascriptis, facta inter Dragomillum Cirinacich de Lagusta et Radenum de Ragusa nepotem suum filium condam Prodane fratris eiusdem Dragomilli. In primis de quadam terra posita in loco, ubi dicitur Crestena gonauy (!) sex uel circa, illa medietas que est a parte tramuntane proxime presbytero Radeno et allia (!) medietas remanet dicto Dragomillo. Item de quadam terra posita Nastudenec gonayi quattuor uel circa, illa medietas que est ex parte leuantis remanet dicto Radeno et allia dicto Dragomillo; item quedam terra posita in Nadosirendol circa gonay duo, hec tota remanet dicto Radeno; item quedam terra posita Nadesyendole (!) gonayi duo uel plus, hec tota remanet dicto Radeno; item quedam terra que est Naudouinedole (!) gonai duo uel minus, hec tota remanet dicto Radeno; item de quadam terra posita Napergone Podograde circa tria gonayi, illa medietas que est a parte borre remanet dicto Radeno et alia dicto Dragomillo; item de quadam terra posita Napojaniça Nastenac que confinat cum Prisimiro de Lagusta gonai quattuor (!) uel circa, illa medietas que est a parte afraciri remanet dicto Radeno et alia dicto Dragomillo; item vnum gognay terre uel circa, quod est in Pergoua a parte greci, hec tota remanet dicto Radeno; item gognayi duo uel circa quedam terra in loco ubi dicitur Vgornin Pergoue a parte maris, que confinat cum Dobrochna Desieuich, hec terra tota remanet dicto Radeno; item quedam allia terra gognay unum uel circa in dicto loco Vgornin Pergoue, que confinat a parte greci cum Dobrichna Stanisich, hec tota remanet dicto Radeno; item de quadam terra que est Vlasec, que confinat cum Gregorio Goisce, illa medietas que est a parte leuantis remanet dicto Radeno et allia dicto Dragomillo; item de quadam terra in loco ubi dicitur Podmaslino, que confinat cum dicto Gregorio, illa medietas que est a parte scirocii remanet

dicto Radeno et allia dicto Dragomillo; item de quadam terra Vsmocouombrede(!), que confinat cum Dragano Desenich, illa medietas que est a parte maris remanet dicto Radeno et allia dicto Dragomillo. Supradicta autem diuissio distincta et facta fuit per ambos partitores predictos concorditer et per predictos Dragomillum et Radenum de sua bona uoluntate laudata et confirmata, saluo omni iure rerum eorum mobilium. Et insuper promisserunt unus alteri, hec omnia suprascripta habere et tenere per se et suos heredes firma et rata semper et nullo tempore contrafacere uel uenire per se uel per alium aliquem ratione uel causa, modo uel ingenio sub pena dupli de eo, quod unus imperent(!) alii(!), et pena soluta uel non, nichilominus hec omnia firma durent. Acta et firmata fuerunt omnia et singula supradicta coram me Dominichino de Fraganesco, de mandato magnifici dicti Petri Zeno comitis Ragusii, comitis Lauste et coram Gerdomillo Pribislauich et Obrado Draganich et comunis Laguste iudicibus, presentibus Dobreno Butero, Radeno Gisel et Brateye Ziuetnich et aliis pluribus et

Ego Dominichinus comes predictus Lagustee(!) carrente(!) tunc insula notario, hec omnia supradicta propria manu scripsi, secundum consuetudinem insulle(!).

Ego Jacobus de Montealto comes Lauste mea manu misi.

Et ego presbyter Georgius Andree de Albania iuratus notarius comunis Lagustee, prout inueni in dicto libro, nil adens uel minuens preter puntum uel silabam, quod sensum uel substantiam imutet, set de licentia et auctoritate domini Jacobi de Montealto ipso sedente pro tribunali transcripsi, copiaui et exemplaui et in publicam formam rede[g]i sub anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione decima quinta, die prima mensis nouembris. Actum in Lagusta ante domum domini comitis, presentibus Marino Bogdenich et Dechuno Cataianich testibus ad hec uocatis et rogatis.

Ovjerovljen savremeni prijepis u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIV.

307.

1314, 11. novembra. U Trogiru.

Kaptol trogirski daje punomoć svojim kanonicima Lamprediju i Marinu, da urede razmiricu s biskupom Liberijem.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo decimo quarto, indictione duodecima, vniuersalli(!) ecclesia va-

cante pastore, nec non regnante domino Karullo (!) serenissimo rege Vngarie. Temporibus quidem venerabillis patris domini Liberii episcopi Traguriensis, egregii viri domini Paulli(!) de Briberio comitis et nobillis viri domini Matei Sori potestatis et capitanei ciuitatis Tragurii, die vndecimo mensis nouembris, in presencia mei notarii et infrascriptorum testium. Domini Kasariça archidiaconus et Lampredius primicerius Traguriensis nec non Marinus condam Anblassii, Possilus condam Theodori, Johannes condam Petri, Cibrianus condam Gregorii, Matheus condam Luciani pro se et procuratorio nomine Marini condam Uiti, Dominicus condam Petroxii Carbe, supradictus primicerius nomine Sabolini Peruexe Tragurienses canonici et Cibrianus supradictus nomine Johannis Sterbine et Martini Dessimiri absencium Traguriensium canonicorum postmodum ueniencium ad me notarium infrascriptum reptificancium(!) et nomine eorundem et suo nomine tanquam canonici Tragurienses fecerunt, constituerunt et legitime ordinauerunt supradictos dominos Lampredium Traguriensem primicerium et Marinum condam Anblaxii(!) canonicum presentes et sponte susipientes (!) infrascriptam procurationem et sindicatum siue iconomiam inreuocabiliter suos procuratores, actores, sindicos uel yconomos siue negociorum gestores et nunpcios (!) speciales vice et nomine capituli et tanquam capitulum Tragurienso et quemlibet eorum principaliter et in solidum ita, quod non sit melior condicio occupantis, set uno uolente altere (!) ipsorum prosequi ualeat atque posit (!) negocium supradictum, specialiter in causa uel causis, litibus uel controuersiis, quam uel quas habent uel habet ipsum capitulum suo nomine et ecclesie sancti Laurentii cathedrallis(!) Traguriensis cum domino Liberio Traguriensi episcopo uel sunt abituri (!), tam in agendo quam in defendo (!) cum ipso uel aliquo aut aliquibus coram quocumque iudice tam ecclesiastico quam seculari, siue in curia Romana siue legati ipsius aut delegati super quibuscumque negociis a[d] libellos offerendos, recipiendos, lites contestandas, excepciones proponenendas, terminos et dilaciones petendas et recipiendas, testes, instrumenta productenda (!) et reprobanda et ad iurandum de caplumnia (!) et de veritate dicenda semel uel pluries, quocienscumque videbitur expedire in animabus suis et ipsorum quorum sunt procuratores sindici, yconomi, neg[ociorum] gestores et nunpcii specialles, iudices eligendos, suspectos dandos, sentencias audiendas, apelandas . . . . . das et prosequendas et ad omnia et singula facienda et exsercenda, que merita causarum exigunt et requirunt; item ad petendum, exigendum et recipiendum omne id et quicquid ipsi capitulo et ecclesie supradictis ex quacumque causa debetur ab ipso episcopo uel ab aliquo alio cuiuscumque condicionis aut status existente, et ad soluciones faciendas, paciscendum, exponendum, transsigendum(!) et com-

*

promitendum et ad laudem et arbitrium audiendum et prosequendum, ad contratendum debita, et ad constituendum ipsi capitulo et ecclesie alios debitores et ad vendiciones, emciones, locaciones, conductiones et permutationes et cuiuscumque generis contractus faciendos de bonis capituli et ecclesie supradictis, et ad obligandum se nomine ipsius capitulli et ecclesie sepedictis (!) et bona capitulli et ecclesie prelibatis (!) super quocumque contratu (!) rerum mobilium et immobilium presentium et fucturorum et generaliter ad omnia ipsorum capituli et ecclesie contraenda et gerenda; item ad omnia et singula fatienda, que circa predicta uel aliquod predictorum eis utilia videbu[n]tur, et que per quoslibet ueros et legitimos procuratores, sindicos, yconomos, negociorum gestores et speciallles nunpcios fieri posunt; dantes predicti canonici et capitulum eisdem plenam et liberam potestatem, mandatum et administrationem predicta omnia et singula facienda et super quolibet predictorum et infrascriptorum quociens expedierit et [opus] erit procuratorem unum uel plures instituendi. Promitentes dicti canonici et capitulum se firma, rata et grata perpetuo habituros quemcumque dicti domini Lampredius primecirius(!) et Marinus canonicus Traguriensis procuratores, sindici, yconomi, negociorum gestores et specialles (!) nunpcii capitulli et ecclesie supradictis (!) aut alius uel allii substituendi ab ipsis circa predicta uel aliquod predictorum duxerint faciendum, sub obligatione bonorum capitulli et ecclesie memoratis. Et ad maius robur omnium predictorum supradicti domini Lampredius primicerius et Marinus canonici Tragurienses et procuratores uel sindici, ut supra, capitulli et ecclesie memoratis (!) tacto libro sacramentali corporaliter ad sancta dei euangellia iurauerunt omnia et singula cum omni diligiencia (!) facere et exercere supradicta per se et suos sucesores (!), nec per amiciciam aut fauorem aliquem relinquere negocium supradictum, quin suo posse procurabunt, ut ad finem negocium sepedictum producatur. Et e conuerso supradicti domini Kasariça archidiaconus et canonici Tragurienses, videlicet Possilus condam Theodori, Johannes condam Petri, Cibrianus condam Gregorii, Matheus condam Luciani, Dominicus condam Petroxii Carbe et supradictus Cibrianus condam Gregorii nomine Marini Dessimiri et Johannis Sterbine, Mateus supradictus nomine Marini condam Jure et dictus primicerius nomine Sabolini Peruexe Traguriensium canonicorum, et ipsi canonici suo et eorum nomine et in animabus suis et ipsorum, quantum sunt procuratores, corporaliter ad sancta dei euangellia tacto libro sacramentali iurauerunt dictam ipsorum procurationem uel sindicatum non re . . . . . per aliquod tempus, oram uel momentum quousque dictum negocium finietur per laudum, arbitrium siue difinitiuam [sentenciam iudi]cum quantumcumque conpetencium de hac

causa iudicare ualencium, sedis appostolice uel legatorum a . . . . ipsius cuiuscumque sint uel existant generis, set omnia et singula, que per ipsos procuratores siue sindicos . . . . . facta fuerint uel fuerit in predictis uel aliquo predictorum, firma et rata atque grata perpetuo abebunt et tenebunt [pro] se suisque supcesoribus(!) et contra ea non facientes neque uenientes aliqua racione uel causa de iure uel de facto sub [obligacione] predicti iuramenti et periurii(!) et nichilhominus(!) sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum, preter penam predictam iuramenti obligantes. Actum Tragurii in ecclesia sancti Martini, presentibus nobilibus viris dominis Dessa condam Anblaxii, Dessa condam Doymi Morsiçe, Dessa condam Doymi Cege, Juancha condam Jacobi laicis, Martino Cibriani Pobrene, Goge Selauich clericis testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri capituli apensionis munimine fecimus roborari.

(Signum not.)

Ego Petrus condam domini Leonardi dicti Diui, qui fui de Padua inperialli (!) auctoritate notarius interfui, rogatus iussu eorum hec scrip si

(Signum not.)

Et ego Johannes condam Petri Traguriensis canonicus imperiali auctoritate notarius de mandato supradictorum dominorum ad pleniorem fidem me subscripssi (!) et signo meo consueto signaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 39.
Na listini visi svilena vrvca zelene i žute boje, pečat je otpao.

308.

1314, 8. decembra. U Zadru.

Stana kći Paskve de Varikaša daje Gjuri [Ci]veliju zemlju u Dobrojpoljani na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quarto decimo, die octauo intrante mense decembris, indicione tercia decima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fateor ego Georgius filius [Ci]uelli per hoc instrumentum, quomodo tu Stana Jadratina filia olim Pasque de Varicassis dedisti et concessisti ad laborandum in vita m[ea], siue donec vixero in hoc mundo, to[tam] vnam

tuam vineam et ter[ram] [in]simul se tenentes positas in Dobropollane; et quibus de borea est derrum Tho[ma]sii Cuçille, de austro vinea et terra Desislaui, de trauersa terra Johannis Dimini et de quirina terra Marci filii Stipco. Quam quidem vineam et [terram], secundum quod ad inuicem concordes fuimus, ego debeo laborare uel [labo]rari facere meis expensis, donec vixero in hoc mundo secundum consuetudinem Jadre, et de toto redditu quem exinde deus dederit annuatim medietatem hic in Jadra tibi tenear dare et assignare. Preterea ego dicta Stana ex parte vna et ego dictus Georgius ex altera promissimus(!) ad inuicem dictam concessionem et omnia et singula predicta super nos et bona nostra omnia habita et habenda attendere et obseruare, et non contrafacere [uel] venire de iure uel de facto aliqua ratione uel causa sub pena librarum triginta [denariorum ve]netorum paruorum a parte non obseruante parti alteri soluendarum, penaque soluta [uel non, pre]sente nichilominus instrumento in sua firmitate manente. Et [ego dicta Sta]na per me meosque heredes et successores me obligo et promitto predictam [terram] excalumpniare et defensare tibi dicto Georgio in vita tua . . . . . . [sub obligac]ione super me et bona mea habita et habenda. Actum est hoc et firmatum [coram his] uocatis et rogatis testibus, scilicet Paulo diacono sancti Petri veteris, ... olim Petri Ruga Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Cande de Cerne [de Ra]gne iudex examinator examinaui.

Ego presbiter Guillelmus Castrensis canonicus et notarius Jadrensis omnibus [interfui], rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 75.

309.

1314, 21. decembra. U Montili.

Klement V. papa imenuje biskupu zagrebačkomu Augustinu štitnike protiv nasilnika.

Clemens episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus [Nicolao] archiepiscopo Jadrensi, ac Gurcensi et Quinqueecclesiensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc nos deus protulit in familiam domus sue, ut opportuna singulis provisionis auxilia fidelis servitutis iniuncte prudentia pro tempore dispensantes, eorum presertim

necessitatibus intendamus, occurramus dispendiis, ipsosque ab oppressionibus relevemus, qui assumpti in partem sollicitudinis potioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane venerabilis fratris nostri Augustini episcopi Zagrabiensis conquestione percepimus, quod nonnulli clerici seculares et religiosi, nec non marchiones, duces, comites, barones, nobiles et alii laici civitatis et diocesis Zagrabiensis et partium vicinarum nuper occupaverunt et occupari fecerunt castra, villas, terras, possessiones, redditus et proventus, iurisdictiones et iura ac nonnulla alia bona immobilia et mobilia ad mensam episcopalem Zagrabiensem spectantia, et ea detinent occupata, seu huiusmodi detinentibus prestant auxilium et favorem, quodque inhibent, ne clerici ecclesiasticeque persone ac vidue vel alie miserabiles persone, quibus iura defensionem spiritualis iudicii favorabiliter concesserunt, habeant ad dictum iudicium spirituale recursum, ac ne idem episcopus molendina et alia utilia edificia in locis ad dictam mensam spectantibus construere seu edificare quoquomodo presumat, nonnulle quoque alie persone ecclesiastice, seculares et regulares, ac universitates et singulares persone civitatum nec non castrorum et villarum diocesis et partium vicinarum de redditibus, proventibus, censibus, iuribus et rebus aliis ad mensam spectantibus supradictam eidem episcopo vel eius vicariis nolunt aliquatenus respondere. Nonnulli etiam civitatum, diocesis et partium predictarum, qui nomen domini recipere in vacuum non formidant, eidem episcopo in castris, villis, terris, iurisdictionibus, iuribus, bonis et rebus aliis ad mensam predictam spectantibus multiplices molestias inferunt et iacturas. Quare dictus episcopus nobis humiliter supplicavit, ut cum valde difficile reddatur, eidem, pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, providere sibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitus adversus occupatores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo volentes ei remedio subvenire, per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur, mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis conservatores et iudices, prefato episcopo, quoad vixerit, efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eum super premissis ab eisdem vel quibuscumque aliis occupatoribus, detentoribus, molestatoribus, presumptoribus et iniuriatoribus indebite molestari, vel sibi gravamina seu dampna vel iniurias irrogari; facturi dicto episcopo, cum ab eo vel vicariis aut procuratoribus suis vel eorum aliquo requisiti fueritis, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione castrorum, villarum, terrarum, possessionum, iurisdictionum, iurium ac bonorum immobilium et mobilium, reddituum quoque ac proventuum, censuum et aliorum quorumcumque bonorum predictorum,

nec non de quibuslibet molestiis, iniuriis atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet, que iudicialem requirunt indaginem, de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas ipsorum exegerit, iustitie complementum; occupatores seu detentores, molestatores seu presumptores et iniuratores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque status, dignitatis, ordinis vel conditionis extiterint, quandocumque et quotiescumque expedierit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc etc. Non obstantibus felicis recordationis Bonfacii pape octavi predecessoris nostri, qua cavetur, ne iudices et conservatores a sede deputati predicta extra civitates et dioceses, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorumdem trahere presumant; seu quod de aliis, quam de manifestis iniuriis et violentiis, et aliis, que iudicialem indaginem exigunt, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis, conservatores se nullatenus intromittant, et tam de duabus dietis in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam aliquis extra suam civitatem et diocesim auctoritate presentium non trahatur, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis quam conservatoribus aut aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare; seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi vel interdici, seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo etc., et qualibet alia indulgentia dicte sedis generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel toto tenore non insertam vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data presentium sit vobis et unicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdictio attributa, ut in eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent, et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset. Constitutione predicta super con-

servatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Datum Montiliis Carpentoratensis diocesis, XII. kal. ianuarii, anno nono.

Theiner Mon. Hung. I. 444.—445. no. 680. Iz reg. orig. an. IX. ep. 43.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 86.—88.

310.

1314, 24. decembra. U Zadru.

Blaž de Soppe zamjenjuje kuću svoju za tri komada zemljišta samostana sv. Krševana.

In Christi nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo tr[i]centesimo(!) quardecimo (!), die octauo exeunte decembri, indictione tercia decima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fateor ego Blassius(!) de Soppe ciuis Jadre quomodo tractatu et deliberatione prehabita inter nos et habita licencia et assensu venerabilis patris domini fratris Nicolay predicti Jadrensis archiepiscopi, nec non habita licencia et consensu a nobili viro domino Vitale Michaele comite Jadre predicto et suis iudicibus et insuper capto per consilium Jadre maius, quod deberet, non obstantibus aliquibus statutis Jadre, fieri permutatio ista sicut in reformatione dicti consilii plenius continetur, cuius consilii tenor est notatus inferius, do, dono, trado et transacto nomine cambii et permutationis vobis fratri Luche vicario monasterii sancti Grisogoni ordinis sancti Benedicti et toto conuentui fratrum eiusdem monasterii recipientibus nomine dicti vestri monasterii totum vnum meum hospicium siue domum positum Jadre iuxta monasterium vestrum, quod fuit Dause relicte Desse zuparii; cui de austro domus heredum Gregorii claudi et partim via puplica (!), de quirina via puplica, de borea hospicia dicti vestri monasterii et de trauersa murus ciuitatis; cum sua coquina, balatorio et cum omni longitudine et latitudine sua et cum suis omnibus certis terminis, confinibus, iuribus, habenciis et pertinenciis tam subtus terra (!) quam supra terram cum plena uirtute et potestate cum successoribus uestris intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, dandi, donandi, vendendi, alienandi et pro anima et copore indicandi, nemine uobis in perpetuum contradicente sicut de re uestra propria. In concambium cuius cambii ego dictus Blasius plenam habui et recepi a uobis dictis vicario et monachis tres

pecias derrorum siue terrarum positarum in Petrizano confinatas, prout in meo instrumento facto super ista permutatione plenius continetur. Vnde ego dictus Blasius per me meosque heredes et successores me obligo et promitto vobis dictis vicario et monachis recipientibus nomine dicti monasterii, uestris successoribus dictum hospicium cum suis omnibus predictis excalumpniare et defendere in ratione ab omni homine et persona et uniuersitate super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Tenor autem dicti consilii seu reformationis talis est: Die vigessimo quarto decembris, in generali consilio ciuitatis Jadre ad sonum campane et uocem preconis more solito congregato. In quo fuerunt consiliarii sexaginta vnus, misso partito ad piscides (!) et balotas non sinceri fuerunt septem, de non sex, captum fuit per reliquos, quod monachi monasterii sancti Grisogoni de Jadra libere possint facere cambium cum Blasio de Soppe dando ipsi Blassio tres derros suos popitos[1] in Petrizano et recipiendo ab eodem vnam domum, que fuit Dause, non obstantibus ambabus partibus aliquibus statutis Jadre. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Cerne de Cande et Marino Simonis de Saracho Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

† Ego Stephanus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Franciscus condam Stephani Jadrensis notarius predictis omnibus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula IX. masso T. no. 17.

311.

1315, 8. januara. U Spljetu.

Opravdanje nadbiskupa spljetskoga Petra, da nije oštetio crkvu, već radio za njezinu korist.

In nomine domini amen. Anno quidem MCCCXV., indictione XIII., die vero VIII. mensis ianuarii, regnante domino nostro Karolo Roberto serenissimo rege Ungariae. Temporibus venerabilis domini fratris Petri archiepiscopi Spalatensis, magnifici viri domini Georgii comitis, egregii viri domini Bartholamaei Michael de Venetiis potestatis, honorandorum etiam nobilium virorum dominorum Petri Petrache, Damiani Nicole et

[1] Mjesto: positos.

Joanis Chuzoli iudicum civitatis Spalatensis. Hoc est exemplum responsionum factarum per dominum archiepiscopum supradictum domino potestati et communitati Spalatini super quadam notificatione sive reductione ad memoriam facta per potestatem praedictum, iudices et alios nobiles dictae civitatis de voluntate et de consilio ipsorum, qui deputati sunt a generali consilio ad tractandum honorem et bonum statum civitatis praefatae, domino archiepiscopo praelibato; assumptum ex actis curiae Spalatensis ad petitionem et instantiam capituli Spalatensis et scriptum per me notarium infrascriptum. Quarum tenor talis est. Quia ultimum mandatum derogat primo, et speciale generali, postquam dominus Arnaldus de Pelagnia dictus, fuit legatus in provincia Spalatensi, per speciales litteras domino archiepiscopo et cuilibet episcoporum transmissas, et hoc post adventum domini Gentilis legati anno I. (III.) transacto, qui habet mandatum generale per Ungariam et Slavoniam, ac alias partes; nulli dubium, quod auctoritas domini Gentilis expiraverat nec potuit excommunicare aliquem in provincia Spalatensi, nec processus suus valuit aliquid, etiamsi non fuisset appellatum per totam provinciam Spalatensem tam pro clericis quam pro laicis. Quando . . . . . processus regius fecit sive pro collecta, sive pro quolibet alio, cum appellatum fuerit, ab eo semel et secundo, ab omni gravamine, quod ipse credebat inferre; quae appellationes fuerunt legitime per dominum archiepiscopum prosecutae. Constat igitur, nec dominum archiepiscopum, nec aliquem de provincia ista excommunicatum fore vel fuisse, prout constat omnibus episcopis de provincia; et quicumque aliter dicunt, male loquuntur. Item dicitur, quod dominus archiepiscopus alienasset quamdam possessionem sancti Bartholomaei in Tininio, quod falsum est, quia non alienavit, sed alienatam per negligentiam vel incuriam a tempore pene quinque archiepiscoporum vel praedecessorum dicti domini archiepiscopi, laborando diligentius reinvenit. Et quia in ipsa terra iam per dominum Tiniensem episcopum Nicolaum bonae memoriae solemnis ecclesia episcopalis fuerat effecta, ut patet nunc, non contradicente praedecessore dicti domini archiepiscopi, nec capitulo, dominus archiepiscopus aliud facere non potuit; quin ex consensu et voluntate sui capituli pro tempore possessionis, quae licet modica sit, cum grandi labore extorsit potius, quam accepit quadringentas libras parvorum denariorum venetorum. Et maxime quia tam dominus banus, quam successores eiusdem prohibebant praefatum episcopum dare pecuniam, asserentes, quod numquam auditum fuerat a temporibus patris ipsorum, quod praedicta possessio fuerit ecclesiae sancti Domnii; de quibus dictus dominus archiepiscopus obligavit se per litteram empturum ecclesiae suae aliquam tranquillam possessionem. Et quia tam possessiones, quam ipsi denarii sunt ad usum

ipsius domini archiepiscopi, et non ad restaurationem ecclesiae, non est mirum, si usus est ipsis, decenter etiam, donec aliquid emat in recompensationem pecuniae praedictae. Falsum est igitur, ut aliqui dicunt, ipsum fore excommunicatum ratione praedicta. Item dicitur dominum archiepiscopum recepisse centum quinquaginta libras parvorum venetorum . . . de ecclesia . . . . sacristiam sancti Domnii de restauratione ecclesiae, et in suum usum convertisse; quod falsum est, ut in suum convertisset, quia ex voluntate omnium archiepiscopus . . . . . quae fuit accommodata cuidam nobili pro sua necessitate urgente, et in termino assignato ipsi archidiacono fuit restituta; de qua pecunia memoratus archidiaconus coram capitulo reddidit rationem. Et quia ad praelatum ecclesiae spectat dispensare de rebus ecclesiae maxime mobilibus, non est mirum, si ductus pietate fecerit gratiam de praedicta pecunia, quia tunc episcopo ad aliquod opus necessaria non erat. Falsum est igitur, quod hac de causa ipse dominus archiepiscopus fuerit excommunicatus, Item dicitur, quod accepit centum libras dictorum parvorum similiter de restauratione, et in suum usum convertisse, quod etiam falsum est in parte, quia ipse dominus archiepiscopus misit Venetias pro paramentis. Verum et nuntius non inventis talibus rebus, quas archiepiscopus volebat, pecuniam restituit, aliquid pro se de ipsa pecunia expendendo. Cui pecuniae addendo usque ad centum viginti libras parvorum venetorum per Micham filium Gerdi suum capellanum misit Romam ad redimendum privilegia valde gratiosa, quae dominus Benedictus papa ad maximam instantiam domini archiepiscopi pro utilitate maxima concessit ecclesiae Spalatensi; qui presbyter malo spiritu ductus aufugiit cum ipsa pecunia, nec reversus ad Spalatum toto tempore vitae suae, cum tamen Spalatensis fuisset; non est ergo propter hanc causam excommunicatus, quia dicta pecunia fuit missa pro utilitate ecclesiae. Item dicitur, quod accepit dominus archiepiscopus quoddam privilegium de ecclesia, datum per regem Ungariae pro utilitate ecclesiae et civitatis Spalatensis, quod non est verum, quia idem dominus archiepiscopus plus intendit ad promotionem status ecclesiae et civitatis, quam ad diminutionem, quod patet in his, quia ipse cum magnis fatigationibus recuperavit possessiones subscriptas ab eis . . . . . temporibus praedecessorum suorum, scilicet praedium de Stolech; item praedium de Cinina; item terram de Monte Grasso; item praedium de Sacnina; item praedium de Labena . . . . . possessiones reperit per certa scripta, quae sunt donationes regum antiquorum. Unde non est verisimile, quod ipse alienavit aliquod privilegium ecclesiae. Item dicitur . . . . . dominus archiepiscopus unum privilegium de monasterio sancti Benedicti, datum per dominum Gentilem legatum in favorem ipsius monasterii; super hoc

dicit idem dominus . . . . . est, accepisse eum quasdam litteras revocatas et cassatas per eumdem dominum Gentilem malitiose impeditas, quales et monasterio sanctae Mariae concesserat . . . . . quarum revocationem et capitulo ipsi et fratribus Minoribus, in quorum fratri Gabrieli tum episcopo Farensi, cuius littera missa fuit, ad revocandum dictas litteras per dominum Gentilem supradictum, quin malitiose revocant differentiam ex parte canonicorum de Spalato. Coram multis verba plurima dicta fuerunt. Scripsit tum archiepiscopus idem episcopo in quadam cedula, quam grave fratribus dilationem revocationis. Expectabat enim adventum ministri. Item dicitur, quod idem dominus archiepiscopus non fecit aliqua bona de suis reditibus, aliqua aedificia construendo; sed expendit inutiliter, ducendo malam vitam et turpem, quod falsum est, quia ea, quae habet in reditibus, ita sunt exigua, quod cum paucis famulis, non, ut decet archiepiscopo, vix valeat sustentari.

Farlati Illyr. sacr. III. 305.—306. — Katona Hist. crit. Hung. VIII. 309.—314. — Feiér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. 569.—573.

312.

1315, 2. februara. U Senju.

Krčki knezovi Dujam i Fridrik daju povlastice redovnicima reda kartuzijskoga u sv. Mavru na Krku.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit Duymus et Fridericus eius filius, comites Vegle et Vinodoli, Modrusse ac civitatis Segnie perpetui domini, in presenti bonam uitam et in futuro gloriam consequi sempiternam. Cum, vt ait sapiens, generacio preterit et generacio aduenit, necesse est ea, que pro durabili sunt iudicio literarum et testium deduci ad noticiam posterorum. Nos igitur pro speciali remedio animarum felicium progenitorum et heredum nostrorum defunctorum, ac pro salute et sanitate nostra, ac nobilis domine domine Vrse, uxoris nostre, scilicet Duymi, matris nostre, videlicet Friderici comitis, et domine Elyzabet uxoris nostre, comitis Friderici, filiorumque nostrorum, tam presencium quam futurorum, deliberato animo et maturo consilio ordinamus liberaliter uenerabilibus et religiosis uiris priori et conuentui domus vallis sancti Mauricii in Gyrio, ordinis Carthus[iensis], Aquileiensis diecesis, vnam salmam olei omni anno in epiphania domini perpetuo dandam, ceterum uero, ut predictos fratres sorti dei super omnes religiosos quos assumptos propinquius credimus, pro nobis

circa dei clemenciam soliciores(?) perpetuo senciamus, eisdem donacione irreuocabili inter uiuos concedimus quadraginta staria salis omni anno in ascensione domini assignandas perhemniter eo modo, quod ad utilitatem predictorum fratrum potest comodius intelligi siue dici, que omnia reddi debent predictis fratribus supradictis terminis de nostris propriis reditibus in Segnia civitate. Renunciantes nos predicti Duymus et Fridericus omni iuri et iurisdictioni, quo uel quibus posse contra predictam donacionem in aliquo contraire. Preterea quiquid et cuiuscumque condicionis a predictis fratribus emptum seu comparatum fuerit, debet sine teloneo, tributo, uel tergovina et qualibet alia exaccione in omnibus dominii districtibus libere et dimitti, addimus quoque bona et sincera fide obligacione hereditaria firmiter statuentes, quod singula, que predicta sunt a nobis, a nostris heredibus ac succesoribus eorum atque rectoribus officiorum omnium nostrorum in perpetuum debeant inviolabiliter obseruari. Quare prefati fratres promiserunt pro se et eorum successoribus, quod pro salute et sanitate nostra et omnium nostrorum, quam vivorum tam defunctorum, et specialiter pro incliti memoria patris nostri domini comitis Friderici, matris nostre domine Agne comitisse, omniumque defunctorum nostrorum in principio quadragesime omni anno tricenarum missarum incipere, et pro nostris et omnibus, pro quibus orare intendimus, semel anno anniversariam deuotissime celelebrare. Nos igitur in testimonium premissorum tradidimus predictis fratribus presentes literas nostrorum sigillorum munimine roboratas. Datum et actum Segnie, in festo purificacionis beate uirginis Marie, sub anno a natiuitate domini M°CCC°XV° indicione XIII.

Savremeni prijepis. Rep. 42. fasc. G. no. 47. u arkivu knezova Esterhazya u Željeznom.

Vjestnik zemalj. ark. god. VII. 140.—141. — Lucius Note chronologiche. Bullettino 1884. p. 71.

313.

1315, 10. marta. U Pečuhu.

Pred kaptolom pečuhskim izmiruju se župan Jakov sin Ambrosija de Nempti, pa Ivan i Mojsija sinovi Matije i dr. zbog zemlje Gevry.

Nos capitulum Quinqueecclesiense memorie commendamus, quod comes Jacobus filiis Ambrosii de Nempti ab una parte, Joachynus, Johannes et Moys filii Mathey, Echelleus(!) et Thomas filii Belosay ex altera

in nostri presencia constituti sunt confessi, quod in causa terre seu possessionis Geury uocate, quam possessionem Petrus filius Johannis de Bugka vtrisque partibus supradictis per diuersas litteras vendiderat et ob hoc contencio inter eos diucius fuit ventilata, taliter inter se propter bonum pacis concordassent, quod in quarta feria proxima post resurreccionem domini coram homine nostro, videlicet sacerdote de Nekche partes accedunt super faciem predicte possessionis Geury uocate, et diuident ipsam possessionem ab oriente incipiendo uersus occidentalem plagam equaliter ad duas partes, quarum vna pars versus plagam septemtrionalem adiacens cedit in partem et porcionem ipsius comitis Jacobi uo[cati] perpetuo et irreuocabiliter per eum et suos successores possidendam, tenendam et habendam, et altera uero pars uersus plagam meridionalem adiacens cedit et deuoluitur in porcionem Joachyni, Johannis et Moys supradictorum, videlicet filiorum Mathey similiter iure perpetuo et irreuocabiliter possidenda, tenenda et habenda, ita [uidelicet], quod nulla pars alteram partem racione dictarum porcionum in litem trahere uel aliqualiter ualeat molestare. Hoc non pretermittimus, quod predictus Petrus filius Johannis antedictus, predictam possessionem eisdem partibus taliter diuisam reliquit coram nobis iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam pacifice et quiete; obligarunt se et partes antedicte, quod si qua parcium in predicto termino ad diuidendam ipsam possessionem non accederet, parti aduerse decem marcas absque strepitu iudicii soluere teneretur. Datum secunda feria proxima post dominicam qua cantatur iudica me, anno domini MCCC decimo quinto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1315.

Na hrptu vidi se nejasan trag pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

Na hrptu savremena bilješka: »Pro comite Jacobo super diuisione terre Geury« k tomu poznijom rukom pridodano: »Ei filiis . . . . asey de Fyzess.

314.

1315, 30. marta. U Čazmi.

Augustin biskup zagrebački daruje zemlju u županiji ivaničko Blažu Petrovu.

Frater Augustinus miseracione diuina episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino.

Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum medietas terre seu possessionis cum quinque iobagionibus per mortem Andree filii Mathye in comitatu nostro de Iwanych sine solacio heredis decedentis, de iure et de consuetudine ad manus nostras sit libere et plene iure dominii deuoluta, nos ob meritoria, grata ac accepta seruicia Vide familiaris et seruientis nostri dedimus, donauimus et contulimus sub metis et terminis infrascriptis ipsi Vide et Blasio fratri suo filiis Petri de Turbyne, reseruatis nobis et nostris successoribus daciis, seruiciis et debitis prouenientibus ab eadem, et per eos ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus irreuocabiliter habendam et perpetuo possidendam. Addicimus eciam, quod si ipse Vyda et Blasius frater suus notam infidelitatis incurrerent, iure, quod in ipsa possessione optinent, cadant ipso facto, vllo vmquam tempore ad eosdem eadem medietas possessionis reuersura. Cuius quidem terre seu medietatis possessionis prout nobis magister Stephanus capellanus noster in scriptis presentavit meta talis est: Prima meta incipit a quadam via, que vadit ad siluam versus occidentem et peruerit ad arborem harazth cruce signatam et inde ad arborem gertan cruce signatam et inde ad arborem tul cruce signatam et inde procedit ad quandam arborem tul cruce signatam, que mete procedunt in vicinacione Jacobi et Zore, deinde ad arborem has versus orientem cruce signatam, deinde ad arborem zug cruce signatam prope viam antiquam et per eandem viam declinat versus septemtrionem ad metam terream iuxta terram Herkech filii Iwanka; deinde per eandem viam venit ad priorem metam iterum ad siluam in vicinacione Herkech filii Iwanka ibique terminatur. Item secunda meta eiusdem terre incipit a lacu Nachkowech vocato et declinat ad viam iuxta villam Jacou filii Blagone et peruenit ad terreas metas et per easdem metas procedendo peruenit ad arborem harazth cruce signatam, deinde versus occidentem similiter ad arborem harazth cruce signatam, deinde per viam procedendo cadit in magnam siluam et de silua exeundo procedit versus orientem in quendam riuulum in vicinacione comitis Elye filii Lok iuxta viam ipsius comitis Elye et venit ad priorem riuulum ibique terminatur. In cuius rei memoriam presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Chasme, in octauis pasce, anno domini millesimo trecentesimo quinto decimo.

Iz prijepisa Eberharda biskupa zagrebačkoga od 8. jula 1416.

Prijepis nalazi se u arkivu zagrebačke nadbiskupije: Donationalia fasc. 7. no. 5.

315.

1315, 2. aprila. U Zadru.

Dobre i Jakov dijele svoju imovinu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quinto decimo, indicione tercia decima, die secundo aprelis(!), Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venetorum, et reuerendi patris domini fratris Nicolay Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis [Michaelis egregii comitis. Manifestum facimus per hoc pre]sens instrumentum nos quidem Dobre . . . . [Jacobu]s olim Damiani de . . . . facimus . . . . [Stephani] Petri pictoris imperiali auctoritate [notarii] . . . . sub anno incarnacionis Christi millesimo trecentesimo quarto decimo, indicione . . . . octauo mensis ianuarii, Jadre et cetera, ut in eo legitur, positum in insula Gelane. Item michi dicto Dobre accidit in parte mea vinea que fuit Radoslaui Rafnig, ex qua sunt gognay duo et quarta pars super terram Damiani condam Pauli de Begna ad quartum, cui ex omnibus partibus sunt terre dicti Damiani; item michi dicto Dobre accidit in parte mea vinea que fuit olim Nicole Chagig super terra Heufemie relicte Johannis de Semergoto ad quartum, cui ex omnibus partibus est terra dicte Heufemie; item michi dicto Dobre accidit in parte mea vinea que fuit olim Bogdani Remetig, de qua sunt duo [gognay] super terra monasterii sancti Michaelis de Monte et reddit quartum eidem monasterio, cui ex . . . . de Georgio et ex austro est ecclesia sancti . . . . vinea, que fuit olim Martini . . . . quinque minus passus . . . . [tra]uersa . . . . possidet dictus . . . . que fuit olim Nigoy et Dmince Prodançig, de quo sunt gognay sex minus passus triginta super terram Margarite relicte Marini de Ossesico ad quartum, cui ex austro et ex borea possidet Barte olim Rainerii de Uaricassis, et ex trauersa est vinea Stance. Ita tamen, quod quilibet nostrum de parte sua, ut superius est experssum, possit facere et dicere a modo in antea suam in omnibus et per omnia uoluntatem, utilitatem, comodum et profectum. Quam diuisionem nos predicti Dobre et Jacobus cum heredibus et successoribus nostris promittimus unus alteri et tenemur firmam habere

perpetuo et tenere et nunquam eam reuocare de iure uel de facto sub obligacione bonorum nostrorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano condam Ranerii de Varicassis et Andrea filio condam . . . . . , . . Slorado ciuibus [Jadre et aliis].

(Drugi rukopis).

Ego Cande Cerni de Ragno iudex examinator examinaui.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u biblioteci Paravia u Zadru no. 248. — Listina je na mnogo mjesta uništena taninom.

316.

1315, 27. aprila. U Zadru.

Lazar glasonoša zadarske kurije prodaje po nalogu sudišta na dražbi Mihajlu sinu Deše de Fafoneis neku zemlju Mihe Martinusija.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo tricentesimo(!) quinto decimo, die quarto exeunte aprilis, indiccione tercia decima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancio incliti ducis Venetorum, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Testificor ego Lazarus Jadrensis curie preco in salutem animo mee, quod habito uerbo et mandato a prenominato domino comite et iudicibus Jadre ad incantandum et deliberandum vnam terram cum omnibus pertinenciis suis Vulcine filii condam Miche de Martinussio ciuis Jadre positam ad Racham in loco uocato Firini Lassi(!), cui de borea partim terra dicti Vulcine et partim terra Thomasii de Petrizo, de trauersa uia puplica(!), de austro pasculus Thomasii de Cuzilla, Thomasii de Petrizo et aliorum consorcium et partim terra monasterii sancti Nicolay de Jadra, et de quirina terra Jadrensis archiepiscopatus; qui predicti uicini contenti fuerunt de dictis confinibus coram iudice infrascripto, pro debito librarum trecentarum paruorum per cartam pro complemento librarum octingentarum paruorum, quas idem Vulcina dare tenebatur Michaeli filii(!) condam Desse de Fafoneis et iam terminus sit elapsus in festo natiuitatis domini nostri Jesu Christi

nuper preteriti, in quibus libris trecentis paruorum dictus Vulcina sentençiatus fuit per maiorem curiam Jadrensem, dare debere dicto Michaeli de Fafoneis pro complemento solucionis dictarum librarum octingentarum paruorum; ipsam ergo terram cum omnibus pertinenciis suis per plateas Jadre et loca consueta per unum mensem et ultra incantaui, notifficando diebus festiuis per solempnes ecclesias Jadre alte dicens, quod plus danti et offerenti daretur et deliberaretur; de qua terra cum suis pertinenciis omnibus nemo dare uoluit plus Michaele de Fafoneis predicto ciue Jadre, obtulente se daturum de ipsa terra cum suis pertinenciis libras trecentas denariorum uenetorum paruorum; tandem notificato die deliberacionis eidem Vulcigne nolenti soluere, quod debebat, de precepto dicti domini comitis et iudicum Jadre sub logia Jadre in presencia Candi de Ragno iudicis ad hoc deputati predictam terram cum pertinenciis suis dicto Michaeli de Fafoneis pro predictis libris trecentis paruorum dedi, uendidi et deliberaui cum omnibus suis certis terminis, confinibus, iuribus, habenciis, pertinenciis tam subter terram quam supra terram cum plena uirtute cum heredibus et successoribus suis intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, alienandi, pro anima et corpore omnimode indicandi nemine sibi in perpetuum contradicente; quas libras trecentas paruorum dictus Michael de Fafoneis excomputauit de predicto sui debito complementi dicte solucionis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha condam Pasque de Varicassa et Nicolao de Cande ciuibus Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopisi).

† Ego Vitalis Michael comes Jadre manum missi.

† Ego Stephanus de Osessico iudex manum missi.

† Ego Cande Cerni de Ragno iudex manum missi.

Ego Nicolaus condam Johannis Jadrensis notarius interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1315.

317.

1315, 6. — 27. maja. U Trogiru.

Trogirani se brane od bana Mladena.

Die 6. maii.[1] Contra personas, que palam et clam contra bonum et pacificum statum ciuitatis tractarunt, procedant cum domino potestate . . . decem qui eligentur, qui cum quatuor, qui cum eo sunt omnimodam habeant auctoritatem. Quatuor: Ciprianus Marini, Franciscus Valentini, Dessa Bastiani, Marcus[2] Julle. Decem: Lompre Cortenie[3], Nicola Mulie[4] Suste, Micus Stepe[5], Ciprianus Buble, Petrus Susci, Mirsicam Dobrouani[6], Vincentius Ampleusi, Nicola Joannis Starosii, Petrus Comlice[7], Jacobus Nicole.

Die 24. maii. Banus petit, vt ei detur carta alba, et facere et scribere possit quidquid vult de dicta ciuitate. Deliberandum de deruinandum locum(!) fratrum Minorum pro bono statu ciuitatis et defensione.

Die 25. maii.[1] Jan[tius](?) Petrus de Venetiis socius et miles sit amiralis et conductor exercitus Tragurii cum omnimoda potestate. Ad petitionem bani, quod potestas renuntiet et vadat extra Tragurium, et quod mittantur bano 40 homines ad eius electionem, qui vadant quo ipso bano placuerit. Quod nemo audeat id loqui vel proponere palam vel secreto, pena capitis.

Die 27. maii. Prouideatur de nouo loco dando fratribus Minoribus.

Lucius Memorie di Traù 152.
Notae Joannis Lucii fol. 8. b. Starine XIII. 225.

318.

1315, 13. maja. U Zagrebu.

Augustin biskup zagrebački objavljuje, da je Mikša sin Dionisijev, prodao svoj posjed kod crkve Svih svetih županu ivanićkomu Donku.

Frater Augustinus miseracione diuina episcopus Zagrabiensis significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod magister

Notae I. L. [1] imadu mjesto datum: »Potestas et capitaneus dominus Matheus Zori«.
[2] Marius.
[3] Cortegie.
[4] Mutii.
[5] Stipe.
[6] Dobromiri.
[7] Complice.

Mixa filius Dionisii a parte una, ex altera vero Donk comes noster de Juanch personaliter coram nobis constituti, idem magister Mixe(!) quandam possessionem suam inter terras Nicolai filii Sauli et Nicolai filii Pauli Rufi, predialium nostrorum, ac terras ecclesie Omnium Sanctorum constitutam, ad eundem per concambium ex parte Junosk filio (!) Rodik deuolutam, cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis vniuersis, metis et terminis infrascriptis distinctam, pro quinquaginta marcis bonorum denariorum banalium dixit et confessus est ipsi comiti Donk et per eum ipsius heredibus, heredumque suorum successoribus uendidisse, dedisse, tradidisse et assignasse iure perpetuo tenendam et habendam, receptis plene ipsis quinquaginta marcis, ut retulit, ab eodem, auctoritate et consensu nostro interuenientibus, more et condicione ceterorum predialium nostrorum debitis daciis et seruiciis consuetis nobis et nostris successoribus in ea reseruatis. Hoc adiecto, quod si canonem infra byennium non solueret aut notam ingratitudinis uel infidelitatis tempore aliquo ipse uel sui heredes incurrerent, ex tunc omni iure et proprietate, quod in ipsa possessione habere dignoscuntur, caderent eo facto, nunquam ad eandem reuersuri. Mete autem et termini predicte possessionis, prout Thomas sacerdos plebanus ecclesie beati Martini de Dombro, quem ad reambulandum eandem miseramus, qui conuocatis omnibus commetaneis et uicinis et ipsis presentibus eam reambulans postmodum ad nos rediens nobis in scriptis aportauit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in aqua Glogoncha circa metas Nicolai filii Sauli, inde exiendo uersus meridiem uenit ad arborem harazth cruce signatam, de qua uenit ad unum fenile, circa quod uadit per metam terream et uenit ad arborem nir, inde asscendit ad arborem eger, de qua directe uenit ad arborem harazth cruce signatam, inde similiter directe uenit ad viam et per eandem viam uadit in paruo spacio uersus occidentem et uenit ad arborem eger, inde circa unam uallem uenit ad arborem nir cruce signatam, de qua asscendendo in magno spacio uenit ad viam, quam pertransiendo uadit similiter in unam uallem, per quam asscendendo uenit ad caput uallis ad arborem harazth cruce signatam, inde per terram arrabilem venit ad vi[a]m, circa quam est arbor pomi cruce signata et per eandem viam uadit uersus septemtrionem in bono spacio et uenit ad metas Nicolai filii Demetrii et Pauli Rufi et uenit per antiquam viam ad arborem cruce signatam et ibi uicinatur terre[1] Omnium Sanctorum, de quibus cadit in uallem qui dicitur Gradech, per quod(!) uenit ad unum fossatum et per eundem fossatum uenit ad viam, per

---

[1] Očevidno ispušteno: »ecclesie«.

quam viam uadit uersus aquilonem et uenit ad metam terream que dicitur Hatar[1], inde inter terras arabiles uadit in siluam et uenit ad arborem harazth cruce signatam, de qua uadit per siluam directe in bono spacio et uenit in aquam Glogoncham, et per eundem fluuium uenit ad priorem metam ibique terminantur(!). In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, tercio die post festum pentecostes, anno domini M⁰ trecentesimo quinto decimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1315.

Na listini visi svilena vrvca jasno i tamno-crvene boje; pečat je otpao. — Ovu listinu nešto skraćenu potvrdio je Ladislav namjesnik biskupa zagrebačkoga god. 1396. 5. februara. Original ove potvrde nalazi se u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: Donationalia fasc. VII. no. 22.

319.

1315, 15. maja. U Zadru.

Na javnoj dražbi kupuje Blaž de Soppe polovicu vinograda pokojnog Radca.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quintodecimo, die quintodecimo mensis madii, indictione terciadecima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Testificor ego Raymundus Jadrensis curie preco, in salute anime mee, quod habito uerbo et mandato a prenominato domino comite et suis iudicibus ad incantandum medietatem vnius vinee pro indiuiso condam Radzi, villam monasterii sancti Nicolay de Jadra, cuius reliqua medietas est Jacobi sui fratris, posita ad Blatam. Cui de austro est vinea heredum Vesselle vxoris Bratoslaui, de quirina vinea Dobre vxoris Bani, de borea vinea Fumie [de Za]dulino, et de trauersa terra dicti monasterii sancti Nicolay, pro libris quinque denariorum paruorum et expensis, in quibus dictus olim Radez fuit sentenciatus per curiam de mobili dare debere domine Suo-

[1] Hacar?

nichne relicte Bogde de Lourechna. Ipsam medietatem uinee incantaui per plateas Jadre per unum mensem et ultra notificando per sollempnes ecclesias Jadre diebus festiuis dicens, quod plus danti et offerenti daretur et deliberetur. De qua medietate vinee nemo dare uoluit plus Blassio de Soppe ciue Jadrensi, obtulente se daturum de ipsa medietate vinee libras sex denariorum paruorum. Tandem requisitis prius conuicinis et contentis fuisse de confiniis predictis et notificato die deliberationis successoribus dicti Radçi de mandato dicti domini comitis et sue curie sub logia Jadre in presencia Dobri de Begna iudicis, dictam medietatem vinee eidem Blassio de Soppe pro dictis libris sex paruorum dedi, vendidi, deliberaui et transactaui cum omnibus suis certis terminis, confinibus, iuribus, habenciis et pertinenciis eidem medietati contingentibus cum plena uirtute et potestate habendi, tenendi, gaudendi, dandi, donandi, uendendi et pro anima et corpore omnimode indicandi, nemine sibi imperpetuum contradicente, salua semper quarta parte pro terratico et omni alio iure dicti monasterii sancti Nicolay. Qui Blasius dedit et persoluit dicte domine Suonichne libras quinque paruorum et expensas pro dicto debito dicti Radez. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Petro de Dregia et Tomasio de Nozdrogna, ciuibus Jadrensibus.

(Drugi rukopisi).

† Ego Vitalis Michael comes Jadre manum meam misi.

† Ego Dobre Damiani de Begne iudex manum misi.

† Ego Stephanus de Osessico iudex manum misi.

† Ego Cande Cerni de Ragno iudex manum misi.

Ego Franciscus condam Stephani Jadrensis notarius, predictis omnibus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum notarii.)

Original u gubernialnom arkivu u Zadru. Odio samostana sv. Nikole no. 108.

320.

1315, 21. maja. U Zagrebu.

Dominikanci zagrebački zalažu posjed Bliznu.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod religiosus vir

frater Johannes prouincialis ordinis Predicatorum, necnon frater Benedictus prior claustri beati Nicolai in Zagrabia cum procuratoriis litteris capituli nostri predicti, onus et grauamina claustri memorati et per consequens vniuersorum fratrum ordinis ipsorum in se ipsos assumpmendo, personaliter nostram veniendo in presenciam confessi sunt oraculo uiue uocis in hunc modum. Quod ipsi pro quibusdam ipsorum necessitatibus ipsos permaxime ad presens urgentibus euitandis, prius inter se matura omni deliberacione prehabita, quandam possessionem ipsorum Blyzna vocatam cum montibus Warheg vocatis, ex donacione felicis memorie domini Bele condam regis Vngarie, vt dicitur ipsis in perpetuam elemosinam fuisse collatam, in tenutis castri Medwe sitam et existentem, demptis quibusdam prediis siue terris arabilibus, videlicet Crathkidol et Lonca vocatis in territorio predicte possessionis Blyzna habitis et existentibus, egregio viro magistro Renoldo de Wyuar protunc capitaneo castri Medwe predicti, pro ducentis et septuaginta sex florenis puri aur vngaricalis veri et iusti ponderis, plene ut dixerunt fratres predicti ab eodem magistro Renoldo habitis et receptis, pignori obligassent, tali obligacionis vinculo interserto, quod si infra annualem reuolucionem ipsam possessionem Blyzna ab eodem magistro Renoldo sepenominato redimere non possent uel non curarent, extunc predicta possessio Blyzna eidem magistro Renoldo capitaneo sepedicto pro eisdem pecuniis per predictos viros religiosos fratres, videlicet Johannem et Benedictum, ut dixerunt ab eodem magistro Renoldo receptis et plenarie habitis, ipso anno reuoluto in uim perpetuitatis omni eo iure, quo per eosdem fratres Predicatores tenta et possessa fuisset, absque omni contradiccione deuoluatur iure perpetuo et irreuocabiliter harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria quarta proxima ante festum sacratissimi corporis Christi, anno domini M° trecentesimo quintodecimo.

Iz originalnog prijepisa kaptola zagrebačkog od god. 1376. u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi. a. 1315.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 88.—89.

321.

1315, 25. maja. U Trogiru.

Vijeće trogirsko izabire Marka Julle svojim punomoćnikom, da učini zajam u Veneciji.

1315. die 25. maii nobilis et potens vir dominus Matheus Sori potestas et capitanius generalis populi et communis civitatis Traguriensis

una cum suis duodecim sapientibus, et aliis, quibus dicto domino potestate(!) et capitanio et XII. sapientibus placuerunt, et eligendi fuerunt et omnes et singuli, quos eis placuerunt cum XII. sapientibus una cum dicto domino potestate et capitanio unanimiter et concorditer ex auctoritate et bailia eis attributa per consilium generale dicti communis, ut asseruerunt mihi notum esse dictam auctoritatem scriptam in reformatione dicti consilii per magistrum Angelum de Monticulo notarium dicti potestatis et dicentes voluisse dictum dominum potestatem et consilium totum cum eodem, fecerunt, constituerunt, ordinaverunt eorum et dicti communis legitimum sindicum, procuratorem, factorem et nuncium specialem, vel si alio nomine de iure melius dici potest, discretum virum dominum Marcum Julle dilectum civem nostrum ad comparendum coram magnifico et potenti domino domino Johanne Superantio duce Venetorum et coram communi Venetiarum et ad faciendum et tractandum atque firmandum, cum eis et ad faciendum eis promissionem tam de promittendis per eumdem dominum Marcum, quam de quibuslibet aliis prout ipsi sindico melius et utilius visum fuerit pro dicto communi Traguriensi, et ad contrahendum pactum cum dicto domino duce et communi Venetiorum, et ad obligandum dictum commune Traguriense et habere ipsius communis et super dictum commune pecuniam mutuo sumendi, et quod possit eligere rectorem vel potestatem de Venetiis, quos et quem ipse voluerit pro tempore presenti atque futuro cum illa conditione et salario, quo sibi placuerit et utilius visum fuerit ad paciscendum, componendum et cuiuscumque generis contractus faciendum et ad obligandum se nomine dicti communis super quocumque contractu, et generaliter ad omnia eorum negotia tractanda et gerenda palam et occulte, et ad omnia alia et singula facienda et exercenda, que dicta sunt et que ei commissa sunt et imposita per eosdem dominos potestatem et suum consilium generale facere possit; de quibus omnibus ei credatur, et que ad utilia et necessaria conducere videbuntur ratum et firmum perpetuo habituri quidquid per dictum sindicum factum et procuratum, promissum gestumve, tractatum, ordinatum fuerit in premissis et quolibet premissorum sub obligatione bonorum dicti communis Traguriensis. In quorum omnium testimonium et plenissimam firmitatem presens instrumentum est appensione sigilli dicti communis Traguriensis communitum et manu mei subscripti notarii roboratum. Actum Tragurii in palatio ipsius communis, presentibus dominis Cebriano Marini, Francisco Valentini, Dessa Basti, Cebriano Bubule, Petro Marano et Johanne Petri de Venetiis testibus rogatis et Dessa Marci examinatore.

Lucius Memorie di Traù 152.—153.

322.

1315, 30. maja. U Klisu.

Gjuro Šubić daje povlastice općini Omiškoj.

Uniuersis et singulis ad quos littere presentes peruenerint Georgius secundus ciuitatum Dalmat[ie] comes salutem in omnium uerissimo saluatore. Justum est enim et consonum rationi, quod dominus suos fideles non solum in suis iuribus et consuetudinibus antiquis conseruet, uerum etiam eis ampliores et sp[eci]aliores gratias ac libertates condonet, ut ex hoc fideliores efficiantur et prompt[i]ores ad seruiendum ac etiam ceteri animentur sibi atque desiderent famulari. Quocirca uobis presentium declaramus tenore, quod considerantes fidelitatem et continua fidelitatis obsequia, que nobis et domui nostre nobiles et populus ac tota comunitas Almisii iugiter et maxime in necessitatis tempore prebuerunt suis non parcentes expensis, laboribus uel personis, set pocius eas periculis et morti liberaliter exponentes, ipsis donauimus libertates et gratias infrascriptas, videlicet, quod tractantes et sedentes cum nobilibus Almisii ponemus eis placibilem inibi castellanum, qui si eis molestias ac iniurias fecerit depositione condignas, quas sufficienter probare possint, ipsum deponemus eligentes alium sicut prius; item, quod iudices et alios ciuitatis officiales, nobiles et consiliarii de anno in annum eligant ad sue arbitrium uoluntatis; item, quod similiter iuxta uoluntatem suam sibi sumant et recipiant sacerdotem; item, quod omnes terre, uinee domus et alie ipsorum possessiones, a quocumque ac quomodocumque occupentur iniuste, ipsis libere reuertantur, et quod de cetero non auferatur aliqua res ab aliquo uiolenter; item, quod usque Salonam et non ultra in nostro seruitio cum ligno XVIII. remorum ire teneantur omnibus suis expensis, longius autem nobiscum et ad nostras expensas quotquot uoluerimus, si potuerint, ire per mare penitus teneantur; ab exercitu uero per terram ac alia seruitute facienda tam per mare quam per terram uolumus eos esse liberos et exemptos; item, quod castellanus uel uicecastellanus quemquam eorum iudicare non possit absque iudicibus, nec aliquem constringere ire ad castrum ad iustitiam coram eo, set sedens cum iudicibus inferius questiones audiant et iudicent secundum suas consuetudines et statuta; item, quod coram nobis ad iustitiam ultro Sernouniça[m] uel alium uice nostri proficisci minime teneantur; item, quod dictus castellanus uel alius loco sui non possit aliquem eorum capere seu captiuare, qui suas terras uel alias possessiones

habet aut potest fideiussionem dare sufficientem; item, quod nullus possit aliquam uineam a festo natiuitatis domini usque ad festum sancti Michaelis de mense septembris circuire, set qui uineam circuire uoluerit, eam a dicto festo dicti Michaelis usque ad natiuitatem ualeat circuire; terram autem aratoriam, que seminata fuerit circuire similiter nemo possit, quousque fruges existentes in ea collecte non fuerint siue messe, et si per aliquem aliter circuiretur, talis circuitus sit irritus et inanis; item, quod quando aliquis eorum sine heredibus morietur, possit libere sua bona hereditaria, s[cilic]et diuisa et bona acquisita siue diuisa siue indiuisa, cui sibi placuerit dimittere ac indicare, si uero ab intestato decederet, omnia eius bona plene remaneant suis proximioribus propinquis usque ad sextum gradum et non ulterius computando; item, quod datium macelli siue aliud comunitati pertinens colligi et recipi fatiant sicut uolunt; item, quod a portantibus salem uel alia mercimonia Alm[issam] siue sint ciues siue hospites, nichil per uiolentiam auferatur; item, quod si quis eorum iret extra ciuitatem ad recipiendum aliquid alicui et probare posset per ydoneos testes, quod castellanus uel vicecastellanus misit eundem, tantum quantum de re accepta sibi retinuisse ac habuisse dignoscetur et non plus, reddere teneatur; item, quod ipsorum iobagiones nichil nobis uel nostris officialibus soluere teneantur, saluo quod quando accederemus ad eos, nobis cenam uel prandium preparabunt; item, quod in ciuitate Alm[isse] nullam collectam inponi penitus permittemus; item, quod de tributo ciuit[atum u]lt[ra]marimarum nos medietatem habeamus et aliam medietatem c[omunita]s Almisien[sis]; item, quod, quando irent in cursum cum ligno XL remorum et ultra, lignum sextam partem habeat expensarum et quintam partem lucri et lignum a XXIIII remis usque ad XL sextam partem lucri et sextam partem habeat expensarum, set lignum a X remis usque XXIIII pro duobus hominibus partem recipiat, a X autem remis infra de parte unius hominis contentetur. Que quidem omnia supradicta et alias eorum consuetudines et libertates antiquas, quas habuerunt temporibus domini regis Bele et aliorum comitum confirmamus; promittentes sub iuramento cum filiis et nobilibus nostris ipsis et heredibus suis per nos et heredes nostros nunquam contrafacere uel uenire. Et has omnes libertates et gratias uolumus etiam, quod Cuchani, Yfnien[ses], Rogosnicen[ses], Brolanen[ses] et alii intra ipsorum positi metas habeant pleno iure. In quorum omnium testimonium et firmitatem perpetuam presentes litteras nostri sigilli appensione fecimus communiri. Datum Clissie, anno domini M^{o}CCC^{o}XV°, indictione XIII., die penultimo madii.

Original na dugoljastoj pergameni u knjižnici narodnoga muzeja u Budimpešti (prije zbirka Jankovićeva).

Na listini visi o tankoj pletenoj uzici od svile okrugli pečat Gjure Šubića utisnut u crvenom vosku, u sredini trostrani štit (neizrazito) naokolo obli ornamenti takodjer neizrazito. [Georgi]us secundus co[mes] ciuitatum Dalm[atie].

Lucius De regno Dalm. IV. c. 13. 263. — Regest kod Fejéra Codex dipl. VIII. 1. 590.

323.

1315, 30. maja. U Čazmi.

Kaptol čazmanski ustanovljuje, da Stjepan Ipekov može prodati svoju zemlju komu hoće.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendamus, quod cum Stephanus filius Ipoch vrgente necessitatis articulo quandam possessionem suam, in qua ecclesia in honore beati Laurencii martiris est constructa in comitatu Crisiensi adiacentem vendicioni exponere voluisset, comes Johannes filius Junk vicinus et commetaneus dicte possessionis nos personaliter et demum per plures seruientes et nuncios suos speciales prohibuit, ut sine scitu et uoluntate eiusdem super vendicione dicte possessionis litteras nostras nullo modo emanari faceremus, wnde(!) ad emendam ipsam possessionem dicto comiti Johanni terminos quamplurimos iam preteritos ad maioris rei certitudinem, licet in preiudicium dicti Stephani fierit peremptorie assignauimus, coram nobis comparendo, videlicet festum beati Mychaelis archangeli, octauas beati Martini confessoris, festum beati Thome apostoli, octauas epyphaniarum domini, diem mediiquadragesime, octavas beati Georgii martiris et festum penthecostes ac vltimum octauas festi sancte trinitatis, qui quidem comes Johannes licet dilacionem fecerit et homines suos miserit, tamen personaliter venire et possessionem memoratam comparere(!) non curauit, nos vero inhibicionibus eiusdem comitis Johannis et prohibicionibus ulterius astare non ualemus dictamque possessionem idem Stephanus cuicunque poterit liberam habebit de cetero vendendi facultatem. Datum feria sexta proxima post festum beati Wrbani pape, anno domini M⁰CCC⁰ quinto decimo.

Iz prijepisa zagrebačkog kaptola od g. 1317. 28. septembra kako ga prepisao zagrebački kaptol g. 1351. 16. juna.

Original potonjega u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.336. Stara sign.: N. R. A. fasc. 446. no. 10.

324.

1315, 1. juna. U Trogiru.

Vijeće trogirsko uz privolu klera izmjenjuje neke samostane zbog navala bana Mladena.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1315., indictione 13., regnante domino Karolo serenissimo rege Ungarie, et temporibus quidem venerabilis patris domini Liberii episcopi, egregii viri domini Pauli de Breberio comitis, et nobilis viri domini Matthei Zori potestatis et capitanei populi, et communis civitatis Tragurii, die primo iunii. Cum nobilis et potens vir dominus Mladinus banus Croatorum et Bosne pararet se cum exercito tam per mare quam per terram, ad veniendum contra civitatem Traguriensem ad impugnandum, offendendum et capiendum eam, sicuti tandem hoc fecit, videlicet, quod venit, offendit, impugnavit non quidem de iure, sed per libitum voluntatis; nobilis vir dominus Mattheus Zori potestas et capitaneus civitatis predicte, cum iudicibus et consilio generali eiusdem civitatis, per quos dicta civitas regitur, congregato in palatio eiusdem civitatis more solito et de iure debito, volentes precavare sibi et sue civitati et civibus periculum et preiudicium, quod minatum est, et evenire poterat civitati pro eo, quod quidam locus seu monasterium fratrum Minorum cum ecclesia, officinis et orto, curia et aliis erat prope civitatem predictam, ante portas et pontem ipsius civitatis, qui locus si ad manus hostium deveniret, poterat de levi capi dicta civitas, aut enormiter impugnari; ceperunt, voluerunt et deliberaverunt pro salute dicte civitatis et defensione, nemine discordante, quod destrueretur dictus locus seu monasterium usque ad terram et ipsum totaliter destruendo, et quod darent ipsis fratribus alium locum in civitate, predicta terra loci destructi semper remanente dictorum fratrum et structura ecclesie iam destructe. Sane venerabilis pater dominus Liberius dei gratia episcopus Traguriensis cum capitulo suo, scilicet p. Pusillo Theodosii, Joanne Cavaluccio, Andriolo Manerii de Ancona et Joanne Stepi Duymi canonicis Traguriensibus, nec non universo clero suo, qui presentes erant congregati in ecclesia sancti Joannis de Tragurio de ipsius capituli voluntate, consilio et assensu, ad instantiam et lacrimosam petitionem prefati domini potestatis et capituli, totiusque consilii generalis dicte civitatis nec non de voluntate et assensu fratris Primi abbatis monasterii sancti Joannis de Tragurio ordinis sancti Benedicti, et conventus ipsius monachorum, scilicet fratris

Radovani, fratis Sabini Gregorii, fratris Francisci, fratris Desse, fratris Petri Guvo et fratris Leonardi, monachorum dicti monasterii sancti Joannis ibidem presentium congregatorum more solito et debito, ac etiam de voluntate et assensu sororis Draghe abbatisse monasterii sancti Niccolai de Tragurio ordinis sancti Benedicti et totius conventus et dicti monasterii, nec non de voluntate et assensu sororis Anastasie abbatisse monasterii sancti Petri de Tragurio ordinis sancti Benedicti, et totius sui conventus, et dicti monasterii propter predictam causam, ut supra, daretur locus conveniens dictis fratribus Minoribus pro predicto loco eorum destructo pro liberatione defensionis dicte civitatis; et etiam quia dicta tria monasteria sancti Benedicti consideratis circumstantiis civitatis predicte et necessitate predicta superflua videbantur, et erant in ipsa civitate, tractatu itaque et deliberatione diligenti prehabitis, primo univit dicta duo monasteria monialium hoc modo, ponendo scilicet moniales et personas dicti monasterii sancti Nicolai in dicto monasterio sancti Petri et dando omni modo et iure, quo melius potuit, bona et possessiones, actiones et iura dicti monasterii sancti Nicolai integraliter dicto monasterio sancti Petri et monialibus ipsius et successoribus eius in perpetuum predictum locum seu monasterium ipsius sancti Nicolai, quem locum dedit, ut infra sequitur. Per modum vero transtulit, dedit et concessit, quocumque modo melius potuit seu dici debet et potest, dictum locum seu monasterium sancti Nicolai prefato abbati Primo et monachis predictis sancti Joannis et eos et conventum dicti monasterii sancti Joannis transtulit ad dictum locum seu monasterium sancti Nicolai in perpetuum cum successoribus suis, et dando eis et successoribus eorum, seu tranferrendo, aut quocumque modo, ut melius fieri potuit, bona, possessiones, iura et actiones monasterii prefati sancti Joannis integraliter et in perpetuum, predictum locum seu predictum monasterium sancti Joannis cum domibus, stationibus, orto et aliis iuxta ipsum monasterium positis et ad dictum monasterium pertinentibus, de quibus disposuit in hunc modum, videlicet, quod dedit, donavit et transtulit seu quocumque alio nomine et modo melius dici potest et debet, fratri Antonio de Polla ministro ordinis fratrum Minorum provincie Sclavonie et fratri Mattheo de Arbo vardiano fratrum Minorum de Tragurio, presente domino Mattheo potestate et capitulo recipiente nomine dicto fratrum Minorum et pro ipsis fratribus dictum locum seu monasterium sancti Joannis, cum predictis domibus, stationibus, orto et aliis iuxta dictum monasterium positis et ad dictum monasterium pertinentibus, de voluntate et assensu predicti fratris Primi et predictorum monachorum monasterii sancti Joannis ibidem presentium et capituli canonicorum predictorum, scilicet Poxille Joannis Cavaluccii, Andrioli Marini

de Ancona et Joannis Stepi Duymi predicti, predicta bona, possessiones, iura et actiones datas dicto fratri Primo abbati et dictis monachis eximendas predictus episcopus consentientibus dictis canonicis et capitulo predicto, consentiente dicto domino episcopo, a se et a successoribus suis et a iurisdictione Traguriensis ecclesie et episcopatus, dictum monasterium et locum sancti Joannis generaliter et specialiter et nominatim a correctione, visitatione et procuratione debita ratione visitationis et cathedratice, scilicet, quod habere debeat in dicto loco seu monasterio Traguriensis ecclesie et episcopatus.

Lucius Mem. di Traù 153. — Farlati Ill. sacr. IV. 371. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. 588.—590.

325.

1315, 1. juna. U Zadru.

Gvido glasonoša zadarski prodaje na dražbi otok Mauni, vlasništvo samostana sv. Krševana, Krševanu de Sope.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quinto decimo, indictione tercia decima, die primo mensis iunii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancio incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Testificans testificor ego Guidus Jadrensis curie preco et riuarius in salutem anime mee et in ueritate qua Christus est dico, [quomodo] habito uerbo et licencia a prenominato domino Vitale comite Jadre et suis iudi[cibus] ad incantandum et preconiçandum totam insulam Mauni monasterii sancti Grisogoni de Jadra cum omnibus suis iuribus, attinenciis, proprietatibus, habenciis et pertinenciis ad instanciam et peticionem domini fratris Johannis abbatis monasterii sancti Grisogoni predicti et fratrum conuentus dicti monasterii pro urgenti necessitate eiusdem monasterii ad soluendum debita illis quibus dictum monasterium et conuentus dare tenetur[1]; ipsam insulam cum omnibus suis iurisdictionibus incantassem et preconicassem (!) per plateas Jadre in locis consuetis diebus dominicis et festiuis alte dicens, quod plus danti et offerenti quod sibi da-

[1] Slijedi poznijom rukom premda jednakim kraticama pisano iznad linije: »sicut predicto domino comiti et eius curie euidens et notorium ac manifestum est.«

retur et deliberaretur. Tandem presentauit se Grisogonus filius Andree de Soppe ciuis Jadre daturus de predicta insula libras sexcentas et duas denariorum venetorum paruorum cum pactis et condicionibus infrascriptis, et sic iterum per unum mensem et ultra predictam insulam incantaui et preconiçaui per plateas Jadre in locis consuetis diebus dominicis et feriatis requirens, quod, si aliquis esset qui uellet dare ultra pecuniam iam promissam, quod sibi daretur et deliberaretur. Et cum nemo appareret, qui de ipsa insula uellet plus dare nec eciam tantum, seruata omni solempnitate statutorum, Jadre iurium et consuetudinum, que solent in talibus obseruari; [pre]notificato ipso incantu per ecclesias Jadre consuetas diebus dominicis et feriatis, ut moris est, denique de mandato et licencia predicti domini comitis et suorum iudicum et cum uoluntate et assensu prenominati domini fratris Nicolai Jadrensis archiepiscopi ac de voluntate et asensu predicti domini abbatis et fratrum conuentus monasterii predicti, ac de assensu et uoluntate domini Madii de Varicassis aduocati dicti monasterii predictam insulam cum omnibus suis iuribus, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram dedi et deliberaui atque transactaui predicto Grisogono filio dicti Andree de Soppe sub logia magna Jadre, die dominico feriato, pro predictis libris sexcentis et duabus cum pactis infrascriptis in presencia Candi de Ragno iudicis, cui predictum negocium fuit comissum. Quas libras sexcentas et duas dictus Grisogonus dedit et persoluit dicto domino abbati et fratribus conuentus dicti monasterii. Vnde de cetero plenam habeat uirtutem et potestatem dictus Grisogonus cum heredibus et successoribus suis predictam insulam habendi, tenendi, gaudendi, possidendi et usufructuandi sicut de re sua propria nemine sibi contradicente. Dum predíctus dominus abbas cum monacis(!) suis satisfaciat dicto Grisogono de predictis libris sexcentis et duabus: postquam uero solutum fuerit sibi a predicto domino abbate uel a fratribus conuentus dicti monasterii predictam peccuniam, tunc predictus Grisogonus habeat potestatem, si uoluerit habendi dictam insulam in se per decem annos pro libris centum in quolibet anno; ceterum, si dictus dominus abbas uoluerit habere medietatem dicte insule in se[1], tunc prefatus Grisogonus promissit et obligauit se ex sua spontanea ac gratuita uoluntate ob reuerenciam beati Grisogoni martiris prote[ctoris] Jadre dare medietatem bestiarum cuiuscumque generis sint dicto domino abbati pro illo precio, quod iustum et conueniens fuerit, vocatis duobus bonis hominibus uno per predictum dominum abbatem et fratrum(!) dicti monasterii et alio

---

[1] Slijedi isto kao gore: »et libere possit eam habere pro medietate dicti precii scilicet librarum C.«

per predictum Grisogonum. Et hec omnia ita esse testificor coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Paulo condam Stani de Varicassis et Domaldo filio Stephani Çadulini Jadrensibus et aliis.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Capsula XVIII. no. 433.

326.

1315, 8. juna. U Trogiru.

Vijeće trogirsko ponovno izabire Matiju Sori knezom.

1315. die 8. mensis iunii.

Generali et speciali consilio communis et hominum civitatis Traguriensis in palatio communis ad sonum campane et voce preconis congregato more solito, mandato et auctoritate nobilis et potentis viri domini Matthei Sori de dicta terra honorabilis potestatis et capitanei. Prefatus dominus potestas et capitaneus proponit et proponi facit, quod videtur et placet ipsi consilio providere faciendum super electione novi rectoris pro anno futuro. Super quibus omnibus et singulis dictus dominus potestas et capitaneus sibi petit pro communi utile consilium exhiberi. In reformatione cuius consilii facto diligenti partito per me Franciscum notarium ad bussulas et baloctas secundum formam statutorum, placuit centum de dicto consilio, qui miserunt suas baloctas in bussulam rubeam, quod dominus Mattheus Sori sit et esse debeat potestas civitatis Traguriensis pro 5 annis proxime futuris cum salario ordinando per dictum consilium, et sit et esse debeat perpetualis capitaneus dicte civitatis et populi secundum electionem de eo hactenus factam, non obstantibus 25, qui miserunt in bussula alba in contrarium predictorum; qui quidem dominus Mattheus Sori die predicta ad petitionem et instantiam omnium de dicto consilio in loia(!) communis Traguriensis constitutus, presentibus omnibus de dicto consilio et universo populo dicte civitatis narrato sibi sacramento per dominum Franciscum Valentini et lecto sibi per me notarium statuto officii potestarie et capitanie vulgari sermone diligenter tacta sacrosancta cruce ad sancta dei evangelia corporaliter iuravit, se facturum verbo et opere offitium capitanie et potestarie secundum formam statuti et ad probatas consuetudines et iure, bona fide, sine fraude; presente dicto Francisco Valentini, Georgeo Marini, Jacobo Vechico, Zubriano Buble, Marco Julle etc.

Lucius Mem. de Trau. 155.

327.

1315, 25 juna. U Požegi.

Pred kaptolom požeškim svjedoči Toma Kudonin, da je prodao trećinu zemlje sinovima Petra Kupše.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quod Thomen filius Kudona de Zuynna ab vna parte, comes Petrus filius Kupse ab altera coram nobis personaliter sunt constituti; idem Thomen confessus est viua uoce, quod terciam partem cuiusdam particule terre Zemen uocate in Zuynna existenti (!) ab Andrea Mortun et Paulus filiis Paulys (!), per ipsum et per Bude, Petrum et Thomam fratres suos vterinos, cum vna vinea in fine ipsius particule totalis a parte meridionali inter Dragal Telky adiacenti, pro sex marcis conparatam, nondum per metas et terminos sibi a fratribus suis separatam, cuius quidem tercie porcionis terre predicte, simul cum aliis porcionibus fratrum suorum supradictorum, metas in litteris nostris priuilegialibus, per dictum Thomen nobis exhibitis, vidimus contineri, ipsi comiti Petro pro tribus marcis plene receptis, sicut dixit, vendidisset iure perpetuo possidendam. Itaque quicunque eundem comitem Petrum processu temporum, racione ipsius tercie porcionis terre infestare attemptaret, idem Thomen expedire tenebitur laboribus propriis et expensis. Et quia prefata particula terre per predictos filios Kudona adhuc est indiuisa, propter huius rei cautelam, ut tempore diuisionis ipsa tercia pars sepefata, supradicto comiti Petro iuste ualeat separari, ipsam terram secundum quod in ipsis litteris nostris priuilegialibus continetur, hoc ordine vidimus metis esse circumcinctam: Prima meta incipit a parte occidentis de terra Domchyn, vbi est arbor piri meta terrea circumfusa, inde ad metam terream que est in mege, inde tendit versus orientem et asscendit (!) ad montem ad arborem harast, sub qua est meta terrea, que stat iuxta vnam semitam, quam quidem semitam pertransit et cadit ad magnam viam Tysk vtha uocatam, ad modum crucis iacentem, iuxta quam est meta terrea. Inde versus meridiem peruenit ad viam, per quam itur ad vineas, inde ad paruam vallem, de qua exit versus orientem ad arborem cerasi sub qua est meta terrea, inde per ipsam viam Tysk tendit versus meridiem et cadit ad aliam magnam viam, que currit iuxta terram Lukach, inde declinat per berch nemorosum versus aquilonem ad arborem byk, inde descendit ad campum, ad truncum cerasi, subtus quem est meta terrea. Inde adhuc asscen-

dendo, venit ad arborem cerasi iuxta Elya Telky stantem, sub qua est meta terrea, parum eundo venit ad priorem metam et ibi terminatur. Datum in crastino beati Johannis Baptiste, anno domini M^{0}CCC^{0} quindecimo.

Iz prijepisa kaptola požeškoga od god. 1336. u narodnom muzeju u Budimpešti.

Fejér Cod. dipl. VIII. 1, 591.
Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 383.—384.

328.

1315, 25. juna. U Požegi.

Pred kaptolom požeškim Toma Kudonin i Petar Kupšin izmjenjuju i prodaju te utrdjuju izmjenu trećine zemlje Zemen zvane.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quod Thomen filius Kudona ab vna parte, Petrus comes filius Kupse ab altera coram nobis personaliter sunt constituti; idem Thomen filius Kudona confessus est viua uoce, quod terciam partem cuiusdam particule terre Zemen uocate, et vinee in eadem existenti, quam a Paulus filio Paulisi (!) albi pro tribus marcis, Bude Petrus et Thomas fratres sui vterini cum eodem conparaverant, nondum per metas et terminos sibi a fratribus suis iamdictis separatam, cuius quidem tercie porcionis terre predicte simul cum aliis porcionibus fratrum suorum supradictorum, metas in litteris nostris priuilegialibus per dictum Thomen nobis exhibitis, vidimus contineri, ipsi Petro comiti pro vna marca plene recepta, sicut dixit, vendidisset iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Itaque si aliquis antedictum Petrum comitem processu temporis racione ipsius tercie porcionis terre infestare attemptaret, idem Thomen expedire tenebitur laboribus propriis et expensis. Et quia prefata particula terre per predictos filios Kudona adhuc est indiuisa, propter huius rei cautelam, ut tempore diuisionis ipsa tercia pars sepius dicta iam memorato comiti Petro iuste ualeat separari, ipsam terram litteris nostris priuilegialibus nos edocentibus, hys metis vidimus esse circumcinctam: Prima meta incipit a parte orientis iuxta terram Kudona, ubi est arbor cerasi sub qua est meta terrea. Inde tendit ad partem meridionalem ad arborem harast sub qua est meta terrea, inde ad vnam paruam vallem, in qua est vinea prenotata et peruenit ad finem eiusdem vinee ubi est arbor piri, sub qua est meta terrea. Deinde per mege uadit inter vineas ad monticulum, ubi est arbor nucis.

*

sub qua [est] meta terrea. Inde versus partem septemtrionis, inter vineas eundo ascendit ad monticulum, in medio cuius est meta terrea, [inde] ad arborem harast sub qua est meta terrea. Inde per vnam viam versus septemtrionem peruenit ad aliam viam Tysk uocatam, per quam versus orientem eundo peruenit ad metam antedictam et ibi [terminatur]. Datum in crastino festi beati Johannis Baptiste, anno domini millesimo CCC⁰ quindecimo.

Iz prijepisa kaptola požeškoga od god. 1336. u narodnom muzeju u Budimpešti.

Fejér Cod. dipl. VIII. 1. 592.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I., 381—382.

329.

1315, 8. jula. U Trogiru.

Odluke općine trogirske glede zahtjeva banovih.

Mittatur comiti Georgio unum lignum cum XX. hominibus. Mittatur Sibenicum unus ambassiator, faciat querimoniam de detentis ibi in carcere. Eligantur octo super petitionem scribe bani millia tria librarum. [Ellecti]: Dessa Bastiani, Marcus Julle, Petrus Suste, Mersica Dobromiri, Zubrianus Buble, Nicola Mathei Dobre, Rivice Belle, Micoe Stepe. Pro prima paga millia decem. Solutio bano: millia decem librarum. Hi octo deliberaverunt, ut infrascripti solvant in dominica ventura infra memoratam sumam, alias sint baniti per X. annos extra Tragurium: Matheus Lucii D libras. Dessa Morsice CCC libras, uxor Duimi Domiche cum filiis D libras, uxor Petri Castrafori cum Gausigna CCC, Sore Juue. Lupxa Amblasii et soror D, Simon Marini D, heredes Gausigne Marini D, Juue Desse Jaxa Yuanche CCC, Franciscus Valentini CCC, uxor Marini Cippico C, Donatus Nicole C, Dessa Juue Julle C, Gregorius Salinguerre C, Frana Luce C.

Notae Joannis Lucii fol. 9. a. Starine XIII. 226.

330.

1315, 15. jula. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu Herrika pivničara samostana topličkog darovnicu bana Stjepana, koja je učinjena za crkvu topličku, a tiče se zemlje izmedju Granje, Bročine i Maje (od g. 1302. 30. maja.)

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod religiosus vir frater Herricus cellerarius conuentus monasterii Toplicensis ad nostram personaliter accedens presenciam, exhibuit nobis quoddam priuilegium Stephani quondam bani et Ladizlay nec non Stephani filiorum eorundem, petens a nobis cum instancia ipsum priuilegium transcribi, nostroque sigillo consignari. Cuius quidem priuilegii tenor talis est: *(Slijedi listina bana Stjepana od g. 1302. 30. maja).* Nos itaque supradicti fratris Herrici congruis et honestis peticionibus annuentes, maxime quia prefatum priuilegium inuenimus non abrasum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatum, ideo ipsum priuilegium de uerbo ad uerbum transcribi fecimus et transsumi, nostroque sigillo consignari. Astitit eciam coram nobis personaliter supradictus comes Ladyzlaus, qui donacionem per patrem suum prenominatum factam suo consensu ratificans, supradictam terram cum omnibus suis utilitatibus iuxta uotum et ordinacionem iamdicti patris sui ecclesie Toplicensi et fratribus commorantibus in eadem pacifice admisit et reliquit perpetualiter possidendam. In cuius rei memoriam presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Actum et transsumptum feria tercia proxima post festum beate Margarete virginis, anno domini MCCCXV°.

Iz potvrde kralja Karla od g. 1323. 31. decembra.

Potonja potvrda nalazi se u kodeksu: Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica no. 41.

Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I. B. XI. 15.

331.

1315, 27. jula. U Zadru.

Martinusio sin Barta Petri Claudi kupuje na javnoj dražbi svoju vlastitu zemlju ili vrt.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quintodecimo, indictione terciadecima, die quinto exeunte iulii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Nicolay Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Testificans testificor ego quidem Guido Jadrensis curie preco et riuarius, in salute anime mee et in ueritate, qua Christus est, dico, quomodo habita licencia et uerbo a prenominato domino Vitale Michaele comite Jadre, suisque iudicibus et curia ad incantandum et preconiçandum totam unam terram seu ortum Martinusii condam Barti Petri Claudi ciuis Jadrensis, positum ad Caualaram, cui ex borea est terra Çoilli condam Çipriani de Bartholomeo, ex trauersa est terra ecclesie sancti Michaelis de Jadra, ex austro est terra Grisogoni condam Johannis Butadey, et ex quirina est mare. Et fuerunt ipsi vicini requisiti per iudicem infrascriptum et contenti de predictis confinibus ita esse, ut predicuntur. Ad instanciam et peticionem Agapis relicte Andree de Falincanço ciuis Jadratine, pro quodam euidenti debito librarum quinquaginta denariorum venetorum paruorum cum lucro earum, pena et expensis, quas dictus Martinusius dare tenebatur eidem Agapi per puplicum instrumentum in sua terra, dicta Agapis posita fuit in tenuta et pacamento, ut moris est, per sentenciam dicti domini comitis et iudicum. Et cum plures dies predictam terram seu ortum incantassem alta uoce clamando, requirens per plateas Jadre in locis consuetis, quod plus danti et offerenti, quod sibi daretur et deliberaretur. Tandem presentauit se dictus Martinusius de ipsa terra, daturus libras centum et viginti denariorum venetorum paruorum. Et sic iterum per unum mensem et ultra predictam terram incantaui alta uoce clamando, requirens per plateas Jadre in locis consuetis, quod si aliquis esset, qui uellet dare ultra precuniam iam premissam, quod sibi daretur et deliberaretur. Et cum nemo apareret, qui de ipsa uellet plus dare nec eciam tantum, seruata solempnitate statutorum Jadre, iurium et consuetudinum, que solent in talibus obseruare et notificato ipso incanto per ecclesias et monasteria Jadre diebus fereatis (!), ut moris est, et de mandato et licencia suprascripti domini comitis et iudicum, pre-

dictam terram seu ortum cum suis iuribus, habenciis et pertinenciis dedi, uendidi et deliberaui sub logia magna Jadre, die dominico fereato, in presencia Martinusii de Butouano iudicis, cui predicta deliberacio fuit comissa, predicto Martinusio condam Barti pro predictis libris centum viginti, ex quibus dictus Martinusius dedit et persoluit dicte Agapi libras quinquaginta cum lucro earum, pena et expensis pro predicto debito. Vnde a modo in antea predictus Martinusius cum heredibus et successoribus suis plenam habeat uirtutem et potestatem predictam terram seu ortum cum suis iuribus, habenciis et pertinenciis intromittendi habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi, et omnia alia et singula faciendi sicut de suo proprio absque contradictione alicuius persone de mundo. Et hec omnia per veritatem dico coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo condam Bogdi de Lourechna et Jacobo condam Petri de Georgio ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopisi).

† Ego Vitalis Michael comes Jadre manum meam misi.
† Ego Cande Cerni de Ragno iudex manum misi.
† Ego Martinuscius Butouani iudex manum misi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 109.

332.

1315, 28. jula. U Zadru.

Stane Jurišin gradjanin zadarski izmjenjuje neki posjed na otoku Pašmanu za posjed Vulcine sina Mihe Martinusija.

In Hristi(j) nomine amen. Anno incarnactonis eiusdem millesimo trecentesimo quinto decimo, indiccione tercia decima, die quarto exeunte mense iulio, Jadere. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Fateor ego Stane de Juriso ciuis Jadrensis, quomodo nomine permutacionis seu boni cambii permitto atque transacto tibi Vulcine Miche Martinusii ciui

Jadrensi totam unam meam terram, que est circa gonayorum trium, et si plus uel minus est tuum sit, positam in Pisçimano, cui de austro est mare, de trauersa et borea terra heredum condam Stanici et heredum condam Vulcoy, et de quirino terra Petri Businich, cum omnibus suis certis terminis, habenciis, iuribus et pertinenciis tam subter terram quam supra terram a modo cum plena uirtute et potestate omnimodam tuam et tuorum heredum et successorum ex ea in perpetuum faciendi uoluntatem sine alicuius persone contradiccione; et insuper tu dictus Vulçina addisti mihi libras nou[em denariorum] paruorum, in contra cuius cambii concambium ego dictus Stane habui et recepi a te dicto Vulcina totam unam terram unius gonay positam ad dictum Pisçimanum, cui de borea est vinea tui dicti Vulcine, de austro derrus mei dicti Stane, de quirino verum mei Stane, et de trauersa partim derum tui Vulcine et partim derum Cusme de Cigalis. Vnde ego dictus Stane cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Vulcine et tuis heredibus et successoribus predictam terram excalumpniare et defensare in racione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Creste de Grubogna et Marino filio condam Damyani Ursulini ciuibus Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

Ego Domaldus de Zadolinis examinator manum missi.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monogram not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a 1315. — Na hrptu bilješka nešto kasnija: »Carta de Pisçimano«.

333.

1315, 27. septembra. U Trogiru.

Odgovori trogirski Splećanima.

Spalatinis, qui requirunt mutari penam in pecuniariam, respondetur non posse. Rescribatur, quod insula Boue non pertinet ad pascationem, in ea non habitetur ullo modo, sed in his stetur; et equi ultra 15 dies non pascantur.

Notae Joannis Lucii. 9. b. — Starine XIII. 226.

334.

1315, 29. septembra. U Zagrebu.

Augustin biskup zagrebački riješava pravdu izmedju zagrebačkih Cistercita i koludrica radi dohodaka od sv. Jakoba na otoku Save.

Nos frater Augustinus miseracione divina episcopus Zagrabiensis significamus quibus expedit universis memorie commendantes, quod Perhtoldus abbas et monachi in capella sancte Marie Zagrabie residentes, litteras suas inter ipsos et inter dominam . . . monialem et alias moniales super insula sancti Jacobi confectas, pecierunt nostris et Zagrabiensis capituli confirmari; sed Alexander archidiaconus de Kemluk et Georgius archidiaconus Zagrabiensis ecclesie cathedralis pro capitulo responderunt, quod ecclesia sancti Jacobi in insula Zaue et ipsa insula monachis Cisterciensis ordinis per Petrum quondam archidiaconum cathedralem et per ecclesiam Zagrabiensem non simpliciter, sed sub certis condicionibus sive modis date fuerant vel donate, ita videlicet, ut monachi illam insulam pro beneficio Zagrabiensis ecclesie in perpetuum recognoscant et tres marcas thuris ad cameram capituli dare in festo sancti regis Stephani annis singulis teneantur, et culturis, quas laboribus suis propriis vel eorum rustici fecerint, ad duas partes marturinarum rusticorum suorum in eadem insula manencium capitulo dare et solvere teneantur. Insuper ecclesia sancti Jacobi episcopum Zagrabiensem et capitulum recognoscere debeat pro patronis, que condiciones et modi a sexaginta annis et supra usque hodie per monachos sunt servati. Cum igitur in littera, que confirmari petitur nichil ex predictis iuribus sit expressum, non videtur confirmanda sed infirmanda. Licet autem in hac disceptacione predictus abbas et capitulum fuerint aliquamdiu inmorati, ad ultimum tamen abbas et monachi consenserunt, ut tres marcas thuris predictas racione illius insule debitas, non moniales, sed ipsimet capitulo dare debeant annuatim, quamvis ipsam insulam ad usum monialium converterint vel convertant, moniales vero cetera honera seu debita insule subportabunt, videlicet decimas de cultura super propria et rusticorum suorum ac duas partes marturinarum de suis rusticis proveniencium annuatim solvent capitulo, prout usque hodie observatum extitit per monachos et solutum. Ius eciam patronatus in ecclesia sancti Jacobi apud ecclesiam Zagrabiensem remanebit pacificum et quietum. In cuius rei memoriam presentes contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, in festo beati Mychaelis, anno domini MCCC quintodecimo.

Liber statut. capit. Zagrab. part. IV. c. XVIII.

Farlati Illyr. sacr. V. 403. — Katona Hist. crit. r. Hung. VIII. 507.—508. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 1. 567.—568. — Tkalčić Mon. episc. Zagrab. II. 138. — Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 89.—90.

335.

1315, 3. oktobra. U Zadru.

Ustanove mirovnog ugovora medju otocima Rabom i Pagom.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quinto decimo, indicione quarta decima, die tercio intrante mensis octubris(!), Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancio incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Nicolai Jadrensis archiepiscopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Cum inimico homine seminante çiçaniam inter homines Arbi et Pagi orta esset questio et discordia odiosa, sed quia humilitatis filius dominus noster Jesus Christus, qui toti mundo pacem suam reliquit et eam semper verbo et opere predicauit, hac concordie pace corda illuminauit eorum, idcirco discretus vir magister Johannes de Mutina notarius Arbensis, sindicus et procurator egregii viri domini Nicolai Sanudo comitis Arbensis, iudicum, consilii et communis eiusdem ciuitatis sicut de eodem procuratorio constat publico instrumento, a me notario infrascripto uiso et lecto, scripto et roborato manu Jacobi de Benuinuto de Treuisio imperiali auctoritate et Arbensis curie notarii, ibi anno natiuitatis domini millesimo trecentesimo quinto decimo, indicione tercia decima, die ultimo mensis augusti, Arbi etc., ut in eo legitur, ex parte una, et Beleta Scomrasi et Dominicus Plaueç Pagensis(!) sindici et procuratores nobilis viri domini Michaelis Zadulini comitis Pagi, iudicum, consilii et uniuersitatis loci Pagi, sicut de eodem procuratorio constat publico instrumento scripto et roborato manu Francisci condam Stephani Jadrensis notarii, ibi anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo quinto decimo, die quinto exeunte mense augusti, indicione terciadecima etc., ut in eo legitur, a me notario infrascripto uiso et lecto, ex parte altera, procuratorio et sindicario nomine pro predictis fecerunt, firmauerunt et ratificauerunt pacem et concordiam perpetuis temporibus ualituram, cum pactis et condicionibus inferius denotatis, ad hoc prestante suo consensu, egregius vir dominus Vitalis Michael comes Jadre, iudices et consilium eiusdem ciuitatis. C. In primis videlicet firmatum est, quod pro morte illorum duorum Pagensium, quos commune Arbi suspendit et tercium martu-

riauit et dimisit semiuiuum, ita, quod nunquam erit bonum de ipso, commune Arbi dimittit mortem illius hominis, quem Arbenses dicunt, quod Pagenses interfecerunt in territorio Naualie et totam aurebariam, furta et dampna, quam et que Arbenses dicunt, quod Pagenses fecerunt eis a die, quo illi duo Pagenses fuerunt suspensi in Arbo et usque ad diem decimum octauum mensis augusti nuper preteriti, quo dominus comes Arbensis uenit in Jadram, similiter dimittit, ita, quod nunquam in predictis aliqua parcium possit mouere uel facere questionem aliquam. C. Item, quod dominus comes et commune Arbi dimittant illos captiuos, quos habent de Pago liberos et absolutos et reddant eis omnia integre ipsis ablatau quia sunt inculpabiles. C. Item, super facto mortis illorum quatuor hominum Pagi, qui fuerunt demersi siue suffocati in mari, firmatum est conueniens racioni, quod dominus comes Arbi per se et cum curia Arbi teneatur et promittit inquirere et suo posse inuenire malefactores, qui hoc scelus perpetrarunt, et Pagenses ex alia parte similiter inquirent, et si inuenirentur illi malefactores, quod dominus comes cum sua curia teneantur condempnare illos malefactores et quemlibet ipsorum in libris ducentis denariorum venetorum paruorum et facere ipsos soluere predictam pecuniam, de qua medietas sit communis Arbi et altera medietas deueniat in heredes seu propinquiores mortuorum; et si aliquis predictorum malefactorum euaderet, quod omnia bona illius seu illorum accipiantur et soluatur dicta quantitas pecunie, et si deficeret, quod ille, si uenerit ad manus domini comitis et eius curie Arbensis, suspendatur per gulam, ita ut moriatur. C. Item simili modo, quod si aliquis homo Arbensis et sui districtus de cetero interficeret aliquem Pagensem, soluat pro morte illius libras ducentas paruorum venetorum infra unum mensem, postquam fuerit conuictus, medietas quarum communi Arbensi deueniat, alia medietas deueniat in heredes seu propinquiores defuncti; et econuerso si aliquis homo Pagensis de cetero interficiet aliquem Arbensem, soluat pro morte illius libras ducentas paruorum venetorum infra unum mensem, postquam fuerit conuictus, quarum medietas in commune Pagi deueniat, et altera medietas in heredes seu propinquiores defuncti. C. Item, si aliquod dampnum in bestiis uel aliis rebus datum fuerit per Pagenses Arbensibus uel hominibus sui districtus, uel econuerso per Arbenses et districtuales suos Pagensibus, soluat malefactor in dupplum dampnum factum dampnificato et communi suo soluat perperos quinque, et de hoc sint sacramentarii duodecim pro parte qui inquirant ista maleficia ex utraque parte, ita, quod quilibet de sacramentariis sit et esse debeat creditus contra suum commune de istis dampnis, ita tamen, quod quando aliquis de sacramentariis obierit uel banitus esset publice aliqua de

causa extra ciuitatem, ita, quod presencia ipsius haberi non posset, tunc substituatur loco ipsius alter infra octo dies, postquam hoc sciuerint, et tale substitutum teneatur notificari(!) comes qui pro tempore fuerit tam in Arbo quam in Pago alteri parti per suas litteras quam cito comode fieri poterit, ita, quod semper sint sacramentarii duodecim pro parte qualibet, ut predictum est, qui sacramentarii teneantur per sacramentum officium suum fideliter exercere. Nomina uero sacramentariorum datorum per partem Arbensem sunt hec videlicet: Belota Scomrasi, Mathias de Moiaça, Dominicus Plaueç, Diminenus Supanich, Marcus Radoscii, Thomicha Damiani, Nouoscius Souanich, Nicolaus Caiphas, Dominicus Subich, Braty Raciç[1], Vulcicho Bachiç et Smoleç Smudouiç; et nomina sacramentariorum datorum per partem Pagensium sunt hec: Madius condam Salbi, Ciprianus de Armuro, Cerne de Forma, Juanus Maroch, Pedranus de Machina, Franciscus de Çudniche, Nicolaus Capalbo, Ciprianus Bona Barba, Androsa Bubonich, Sergius Çaneuich, Lille Sofcich et Scironus bicarius. C. Item de rixis: Si aliquis fecerit aliquam rixam, de qua aliquis percuciet aliquem de lapide, ferro uel ligno ad effusionem sanguinis et querella fuerit de hoc, soluat percussor pro condempnacione illius maleficii libras viginti paruorum, et si aliqua alia rixa facta fuerit absque sanguinis effusione, soluat malefactor libras quinque, quarum condempnacionum sit medietas sui communis et alia percussi. C. Item, si aliquod lignum uoluerit ire Pagum cum blado et applicuerit in aliquem portum Arbi, quod si patronus et nauclerius ipsius ligni iurauerint ad sancta dei euangelia, quod dictum bladum sit Pagensium uel emptum nomine ipsorum, quod dominus comes Arbi uel commune non possit ipsum retinere, immo ipsum libere dimittant ire Pagum, et eciam si aliquod lignum phorensium(!) uoluerit ire Pagum cum blado phorisatorum(!) et applicuerit aliquem portum Arbi, dominus comes et commune Arbi debeat medietatem ipsius bladi permittere ire Pagum, et aliam medietatem ipsius bladi faciat dishonerari in Arbo, et econuerso dominus comes et homines Pagi teneantur simili modo obseruare hominibus Arbi. C. Item de omnibus arobariis, furtis et dampnis quocunque modo illatis per Pagenses Arbensibus et per Arbenses et eorum districtuales Pagensibus ab inicio guere exorte inter Venetos et Jadrenses et usque ad suprascriptum diem, in quo suspensi fuerunt predicti duo Pagenses in Arbo, et eciam de omnibus depositis factis per Pagenses apud Arbenses cognoscantur et terminentur ipse questiones per iudices arbitros eligendos unum pro parte, qui si ad inuicem concordari non poterint,

[1] Nad tim imenom je kratica za n, m, valjda, da naznači dvije osobe istog imena.

tunc tercium sibi socium eligere debeant concorditer, et si concordes non essent de tercio iudice, tunc scribere debeant singulatim omnes questiones, de quibus non possent concordari, domino Riçardo de Malumbris doctori legum, et quicquid per ipsum terminatum fuerit, execucioni mandetur et firmum esse debeat et de partibus ambabus obseruatum, et quod omnes sentencie promulgari debeant simul et semel super ipsis questionibus. C. Item, quod dicti iudices arbitri debeant incipere, audire et terminare ipsas questiones a dimidio mensis octubris proxime venturo in antea usque ad tres menses completos proximos et immediate uenturos, et completis ipsis tribus mensibus nulla persona possit petere aliud de predictis questionibus factis et habitis infra tempus predictum; preterea, quod quilibet sindicorum, qui uenerit ad firmandam pacem predictam et compromittendum, sicut predictum est, pro parte sua debeat aportare in scriptis omnes aurebarias, furta et dampna et deposita, de quibus facere intendunt questionem et dare copiam pars parti, ita, quod de aliis questionibus non portatis in scriptis nulla questio moueri possit, sed sibi silencium inponetur. C. Item, quod omnia pacta usque huc facta inter Arbenses et Pagenses cadant et sint uacua et ista presencia sint firma et rata et perpetue obseruari debeant a partibus. C. Omnia quidem pacem et concordiam et omnia et singula in hoc pacto comprehensa predicti sindici sindicario nomine, ut supra, solempni stipulacione interueniente promiserunt et se obligauerunt uicisim una alteri attendere et obseruare temporibus uniuersis, cum obligacione bonorum communis et loci predictorum et nunquam contra predicta uel aliquid predictorum aliqua racione uel causa facere uel uenire uel modo aliquo contradicere ad predicta sub pena librarum mille denariorum venetorum paruorum, quam penam soluat pars non obseruans parti obseruanti predictam, que pena tociens committatur et possit exigi cu[m e]ffectu, quociens contra predicta uel aliquid predictorum fuerit contrafactum, et pena soluta uel non, presens contractus et omnia et singula contenta in eo nichilominus in sua semper firmitate permaneant et existant. C. Insuper predicti sindici et procuratores, videlicet magister Johannes predictus sindicario nomine, ut supra, elegit iudicem arbitrum in predictis super partem communis Arbi nobilem virum Madium Salbi de Galcigna ciuem Arbensem; Belota Scomrasi et Dominicus Plaueç sindici et procuratores, ut supra, elegerunt iudicem arbitrum in predictis pro parte uniuersitatis loci Pagi nobilem virum Petrum de Mathafarro ciuem Jadrensem, compromittentes se dicti sindici sindicario nomine [quo su]pra, in dictos iudices arbitros electos tanquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores, dantes eisdem plenam uirtutem et potestatem in premissis omnibus et singulis premissorum secundum pacta et

ordinamenta suprascripta audiendi, cogn[oscen]di, sentenciandi, terminandi diffiniendi, tam sedendo quam stando diebus ferriatis et non ferriatis, partibus presentibus et absentibus, citatis et non citatis, de omnibus questionibus uentilandi et coram eis infra tempora supradicta trium mensium, et promisserunt dicti sindici sindicario nomine quo supra, firmum habere et tenere perpetue quicquid per ipsos arbitros concorditer uel dominum Riçardum de Malumbris predictum, ut supra dicitur, secundum diffinitum, sentenciatum, arbitratum et firmatum suum in predictis et quolibet predictorum sub pena predicta librarum mille danda et applicanda per partem non obseruantem parti obseruanti, cum obligacione bonorum communis et uniuersitatis predictorum; renunciantes expresse ambe predicte partes non petere, quod sentencia reducatur ad arbitrium boni viri et omni alii iuris auxilio statutorum et consuetudinum, quibus contra predicta facere possent uel uenire, et super hoc pacto siue concordia acta, duo consimilia publica instrumenta, unum videlicet uni parti et alterum alteri. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet nobilis (!) viris domino Marco Michaele, Nicolao domini cancellarii, Cande de Ragno, Matheo de Cotopagna et Petro Zauata et pluribus aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Domaldus de Zadulinis examinator manum missi.

Ego Johannes Quali imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original na koži (vrlo originalna oblika: ciela koža) u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1315.

336.

1315, 4. oktobra. U Zadru.

Vito de Sgagno gradjanin zadarski prodaje Petru Petrinji zemlju u Cerodolu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quinto decimo, indicione quarta decima, die quarto mensis octubris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Nicolay Jadrensis archi-

episcopi, ac domini Vitalis Michaelis egregii comitis. Manifestum facio per[1] hoc presens instrumentum ego quidem Vitus condam Michaelis Sgagno ciuis [Jadre, quomodo] do atque transacto tibi quidem Petro condam Vitti de Petrigna ciui Jadre to[tam vnam teram mea]m positam ad Çerodulum, de qua sunt gognay nouem et dimidium; cui est de austro partim vinea tui Petri et partim est terra Priboy condam Çeprigne, de trauersa est partim via publica [et par]tim est terra Johannis Leunig, ex borea est partim terra tua et partim est vinea Jacobi Seloseuig et eius sororis Radiçe et partim est terra dicti Johannis Leunig, et ex quirina est vinea tui dicti Petri, ad . . . . est librarum duodecim denariorum paruorum quemlibet gognay; ita, quod a modo in antea predictam terram cum omni longitudine et latitudine sua, cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi pro anima et corpore indicandi et omnia alia et singula faciendi sicut de tuo proprio, nemine tibi tuisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante. Precio cuius uendicionis siue transactacionis ego predictus Vitus recepi a te dicto Petro libras centum quatuordecim denariorum venetorum paruorum, quas mihi integre persoluisti, ita, quod si ultra mensuram predictam gognaiorum nouem et dimidium inuenitur de ipsa terra, tenearis mihi dare et refundere pro rata et racione librarum duodecim pro gognay, ut supra continetur. Vnde ego predictus Vitus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Petro tuisque heredibus et successoribus predictam terram cum suis iuribus, habenciis et pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo olim Nicole de Matafarro et Stephano filio olim Mauri de Rasolo ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Tomas de Petriço ivdex examinator manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana : Kaps. XV. no. 351. c.

---

[1] Dva puta pisano.

337.

1315, 7. novembra. U Trogiru.

Ban traži udrugu Trogira s drugim gradovima dalmatinskim.

Banus petit, quod civitas Tragurium faciat unionem cum aliis civitatibus Dalmatie. Potestas cum octo electis habeat potestatem omnimodam. Electi: Dessa Bastiani, Luchianus Marini, Franciscus Valentini, Marcus Julle, Miccae Stepe, Cubrianus Buble, Daniel Domace, Marian Dobroni.

Notae Joannis Lucii fol. 9. b. Starine XIII. 227.

338.

1315, 26. decembra. U Trogiru.

Odgovor općine glede dara zaiskana od bana.

Potestas et capitaneus Mattheus Zori proponit, quod placeat prouidere super litteris domini bani transmissis dicto communi continentibus, quatenus ipse rogat commune, vt in circumcisione domini commune Tragurii debeat eum visitare cum exeniis pertinentibus ad eius honorem omnino. In reformatione cuius consilii placuit 58 contra 32, quod sit in arbitrium quatuor. Die predicta. Addunatis et congregatis in dicto palatio Dessa Bastiani, Micoe Stepe, Marco Julle et Zubriano Buble 4 predictis vnanimiter et concorditer nemine discrepante deliberarunt et ordinarunt et prouiderunt pro vtilitate communis Tragurii, quod dicto domino bano presentari et donari debeat pro parte communis Tragurii equus Leardus domini potestatis cum sella et frenum per dominum Maioc[enum] et Jantium Petriz, quos ad predicta facienda nuntios elegerunt.

Lucius Memorie di Traù. 157.

Notae Joannis Lucii fol. 8 b. Starine XIII. 227.

339.

1315, 31. decembra. U Želinu.

Stjepan ban potvrdjuje kaptolu zagrebačkomu otok Kojenik.

Nos St[ephanus] banus tocius Sclauonie significamus quibus expedit universis presencium per tenorem, quod Petrus filius Nepret iobagio castri Zagrabiensis ad nostram personaliter accedens presenciam, confessus est asserendo, quod ipse quandam terram seu possessionem Ziget vocatam, iuxta hereditariam terram suam prope Zauam existentem, ex parte capituli Zagrabiensis ecclesie more et condicione aliorum predialium eiusdem capituli possideret et haberet. Vnde idem Petrus obligavit se firmiter coram nobis, quod ipse et heredes sui de predicta terra seu possessione omnia nota servicia et onera predicto capitulo proveniencia fideliter exibebunt, ac collectas pro tempore emergentes contribuent et omni fidelitatis studio assistent, quoad vivent; si vero notam infidelitatis aut ingratitudinis incurrent aliqualem, extunc de iure et proprietate supradicte possessionis seu terre cadent ipso facto, ipsaque terra seu possessio iterum ad manus capituli revertetur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes contulimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum et actum in castro Selyn, in festo beati Silvestri pape, anno domini MCCC quinto decimo.

Original; ulomak pečata visi takodjer na koži. U kapt. ark. zagreb. f. 23. no. 46. Poznijom rukom iz vana: »Super terram Kagenik confirmatoria Stephani bani.«

340.

1315. U Žanićki.

Biva izmirenje u plemenu Žaniča.

Nos comes V(l)kosslaus filius quondam comitis Huruatini damus pro memoria quibus expedit universis presentium per tenorem, quod quidam Wlc filius Obrada [h]abuit causam cum generatione sua de Zanicha ante nobiles viros una cum W[l]kosslauo, ante presentiam ipsius et fecerunt concordiam inter ipsos hoc fine, ante Radoslaum filium Bric[t]ii et ante Lepum de Lusac et ante Negoium de Bachulana, quod quicunque eorum contradiceret factum nobilium virorum, quod qui ex

generatione ipsius Wlko filio Obrada noceret, extunc ad curiam solvat quincaginta(!) marcas domino et secunda quincaginta Vlko Obrade filio. Et illius cause primus pressdaldus (!) Zaladol filius Herelchi de Lusac, alter Georgius filius Duuani, quod quicunque eorum illud non audeat contradici. Datum in Zanichca, anno domini M.CCC. quindecimo.

Thallóczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 79.

341.

1316, 26. januara.

Bilješka.

Banus petit ligna armata pro mense martii ad iter, quod intendit facere ad comitem Gorize.

Notae Joannis Lucii. fol. 10. a. Starine XIII, 227.

342.

1316, 18. februara. U Marienburgu.[1]

Fridrik car rimski obdaruje Stjepana Babonića hercega hrvatskoga za učinjene mu usluge.

Nos Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod attendentes grata et fidelia, que egregius vir Stephanus dux Sclavonie nobis et imperio hucusque continuatione laudabili impendit obsequia et in antea impendere poterit gratiosa, eidem trecentas et quinquaginta marcas ponderati argenti duximus largiendas, quas una cum aliis quibusdam tricentis et quinquaginta marcis argenti ponderati, in quibus eidem antea ex certis causis fuimus obligati super pignora, que iam dictus dux Stephanus antea a nobis habuisse dinoscitur, cumulamus presentium testimonio literarum sigilli nostri signaculo signatarum. Datum apud Mariehburgam, XII. kal. martii, anno domini millesimo trecentesimo sexto decimo, regni vero nostri anno secundo.

Thallóczy-Barabas Cod. Blag. 80. no. 39.

[1] Marburg?

343.

1316, 22. februara. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim zalaže Pavao sin Saulov dio svoje zemlje Boži sinu Budurovu za dvanajest pensa.

Nos capitulum ecclesie Chasmensis memorie commendamus, quod Paulus filius Sauli a parte vna, ab altera autem Bozo filius Budor proximus eiusdem pro se et fratribus suis personaliter coram nobis constituti, idem Paulus porcionem terre sue ad ipsum per mortem Matheus filii Sagud racione proximitatis deuolutam cum sessionibus seu mansionibus duorum [i]obagionum dixit et confessus est eidem Boze et fratribus eius pro duodecim pensis denariorum magistralium pignori obligasse a data presencium in reuolucione anni coram nobis redimendam; quam si instante ipso termino redimere nollet vel non posset, quantumque eidem facultas se obtulerit cum predicta sumpme(!) pecunie siue aliqua pena sev grauamine coram nobis redimendi habebit facultatem, vtilitates vero et edificia, que et quas super facie dicte terre filii prefati Budor fecerint, si dictus Paulus redimere nollet, clara die quocumque voluerint transferendi habebunt facultatem filii Budor supradicti; medio autem tempore racione obligate terre, si qui dicti[1] filios Budor molestare et turbare nitterentur, ipse Paulus expedire teneatur, ut assumpsit. Datum in festo[2] katedre beati Petri apostoli, anno MCCC⁰ sexto decimo.

Iz originalnog prijepisa kaptola čazmanskog od g. 1410. 21. oktobra u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1316.

344.

1316, 22. februara.

Odredbe u prijeporu izmedju Trogira i Šibenika.

Cum guerra videatur exoriri cum illis de Sibenico, nullus audeat loqui, tractare vel aliquid aliud facere cum exititiis sub pena CC. libra-

[1] Ima u originalu navodni znak »dicti«.
[2] Slijedi pokvareno: »ka«.

*

ru..n, quas si non habeat, amputetur pes vel manus dextra sine licentia potestatis, qui cum Jan Petro eius milite habeat merum et mixtum imperium in omnibus sine aliis officialibus.

Notae Joannis Lucii f. 10. a. Starine XIII. p. 227.

345.

1316, 1. marta. U Zagrebu.

Zastupnici plemena Pribića prodaju Stjepanu banu svoju djedovinu Mirkovopolje.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod Stephano filio Bork et Nicolao filio Prodani nobilibus de genere Priba ex una parte, ex altera vero magistro Gerdona notario magnifici viri Stephani bani totius Sclavonie, vice et nomine eiusdem domini Stephani bani coram nobis personaliter constitutis, iidem Stephanus et Nicolaus quandam terram seu possessionem eorum hereditariam Mirkouopole nuncupatam, metis distinctam infrascriptis, cum utilitatibus, pertinentiis et appendiciis suis universis de bona, spontanea ac libera ipsorum voluntate dixerunt et confessi sunt se vendidisse, tradidisse et assignasse antedicto domino Stephano bano et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam irrevocabiliter et habendam pro septuaginta marcis bonorum denariorum banalium, singulis cum quinque pensis computatis, ab eodem domino Stephano bano plenarie receptis et habitis, ut dixerunt, obligantes se iidem venditores expedire ipsum dominum Stephanum banum et heredes suos ab omni, si quam ratione supradicte terre vendite per quempiam in futurum oriri contingeret questione in propriis suis laboribus, sumptibus et expensis. Mete autem eiusdem terre, sicut unus ex sociis et concanonicis nostris vir utique fidedignus, quem ad reambulandum et circumspiciendum ipsam terram miseramus, in scriptis, nemine contrad[ictore appare]nte, nobis attulit et partes concorditer retulerunt, tali ordine distinguntur: Incipit prima meta [a] quodam monte, ubi est arbor piri, ubi vicinantur mete [terre ex una parte generationis] Jachkouich versus occidentem, ab altera vero parte generationis Craisich versus aquilonem, de quo monte descendit a parte aquilonis ad fluvium Zelnik [vocatum et vadit] per eundem fluvium ad unum lapidem Varanapech vocatum, deinde venit ad unum rivulum Zomolech vocatum et

per eandem viam per montem silvosum in bona quantitate eundo pervenit ad locum, ubi est via cruce posita, deinde vertit se ad dexteram partem ad unum monticulum Gradische vocatum, deinde descendit et vadit per unum rivulum usque ad fluvium Colpe, ubi est quidam truncus arboris iauor in litore eiusdem Colpe, in dextra vero parte iacet campus Mirk nomine, ad sinistram vero partem iacet terra, quam supradictus Stephanus banus dignoscitur possidere, deinde vadit supra circa litus fluminis Colpe usque ad quandam ripam Draga vocatam, que est prope fluvium, qui vocatur Gnilech, deinde ascendit ad magnam viam et per illam viam vadit ad montem et pervenit ad locum, ubi fuit Vulchiharazt, deinde vadit una via per montem et vertit se ad sinistram partem et pervenit ad metam primitus nominatam, et sic terminatur. Astiterunt etiam personaliter coram supradicto socio et concanonico nostro vicini et commetanei supradicte terre vendite, scilicet Supech et Supk filius eiusdem de genere Dragozlaichi pro se et tota generatione eorum, item Budoy, Martonos nepos eiusdem, Pribk nepos Sante et Cherne de genere Jachkouichi pro se et tota generatione eorum, item Bratk filius Craise Hergota nepos eiusdem, Pribidrug et Miren de genere Craisichi pro se et tota generatione eorum, qui processui seu distinctioni metarum predictarum in nullo contradicentes, huiusmodi venditioni suum consensum prebuerunt pariter et assensum. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes contulimus literas sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima post dominicam invocavit, anno domini millesimo trecentesimo sexto decimo.

Thallóczy-Barabas Codex dipl. com. de Blagay 80—82.

346.

1316, 23. marta. U Trogiru.

Šibenčani traže otštete od Trogirana.

1316. die 23. martii. In generali et speciali consilio communis et hominum ciuitatis Tragurii in palatio communis dicte terre sono campane et voce preconia congregato more solito, mandato et auctoritate nobilis et potentis viri domini Matthei Sori honore potestatis et capitanei Tragurii. Zubrianus Stancii de Sibenico exhibuit dicto domino potestati quasdam litteras sigillatas sigillo communis Scibenici, quarum tenor talis est: Nobili et sapienti viro domino Matteo Sori, hominibus, potestati, consilio et communi Tragurii amicis dilectis. Cosa quondam

domini Elie, iudices et commune ciuitatis Sibenici salutem et prosperos ad vota successus. Noueritis, quod ad presens ad vos mittimus nobilem ciuem nostrum Zubrianum Sancii exhibitorem potestatis in ambaxiatorem pro quibusdam nostri communis arduis negotiis, in cuius ore posuimus legationes nostras vobis ex parte nostra actenus referendas, cuius verbis et dictis tanquam ex ore nostro prolatis fidem credulam adhibere velitis. Datum Sibenici, die 22. mensis martii. Quibus litteris in ipso consilio lectis per me notarium alta voce, dictus Zubrianus surgens in eodem consilio exposuit et dixit, quod commune Tragurii vellet satisfacere secundum intentionem de quodam, quem dominus Maius de Varicassis tempore sui regiminis in Tragurio suspendi fecit taliter, quod fuit mortuus, et erat Sibenzanus. Item, quod simili modo debent satisfacere de quodam homine Guleze, quem dictus dominus potestas et capitaneus nuper fecit suspendi taliter, quod mortuus fuit. Item, quod simili modo debent satisfacere de iniuria, quam dixit illatam domino Casarize archidiacono Tragurii, quem dixit fuisse tormentatum in Tragurio mandato domini potestatis et capitanei predicti, et quod eum relaxare debent, quia erat ciuis Scibenici, quod si facere non curarent hinc ad octo dies, ipsis diebus elapsis se noscerent inimicos communis Scibenici, scientes, quod eos per mare et per terram in esse et personas tamquam inimicos mortiferos diffidebunt. Cui Zubriano ex deliberatione predicti communis facta per predictum desedendo ad levandum prefatus dominus Mattheus potestas et capitaneus pro communi et hominibus Tragurii respondit, quod cum commune Scibenici veniret contra pacta olim habita inter communia et incidisset iam in penam in eis contentam, protestabatur ius communis Tragurii saluum esse ex nunc omni iure et modo, quibus melius poterat, quoniam commune Tragurii paratum erat obseruare pacem et pacta predicta, protestans predicto nomine pro iniuria minarum et verecundie, dampnorum, expensarum et interesse suum ius pro communi Tragurii contra commune Scibenici saluum esse in quantitate nominanda per commune Tragurii re finita quocumque casu, cum nihil sit sine fine super terram, quod principium assumpsisset. Que quidem responsio et protestatio facta fuit, vt supra, vigore dictarum licterarum dicto Zubriano pro communi Scibenici se gerenti in supradicto palatio communis Tragurii, presentibus domino Petro comite Almissi, Yuanca Cusmanich familiario domini comitis Georgei, et Zuitan Marini de Clissa testibus, et Vincentio Ampleusi examinatore.

Lucius Mem. di Traù. 157.—158.
Notae Joannis Lucii. Starine XIII. 22.

347.

1316, 3. aprila. U Zadru.

Petar de Ossesico prodaje zemljište »sub monte Ferreo« Nikoli de Piciha.

In Christo nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sextodecimo, indictione quartadecima, die tercio intrante mense aprilis, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Nicolay Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfino egregii comitis. Fateor ego Petrus filius condam Viti de Ossesico ciuis Jadre, quomodo do, vendo et transacto tibi Nicole de Piciha ciui Jadre, omnes terraticos meos positos sub Monte Ferreo in macerreis in confinio sancte Marie noue, quibus de austro et de quirina et de borea via puplica, de trauersa vinee Rayneri de Lutte, cum plena uirtute et potestate tu dictus Nicolaus cum heredibus et successoribus tuis dictos terraticos cum omnibus eorum pertinenciis, iuribus, habenciis et que eis pertinere possunt tam subter terram quam supra terram intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, dandi, donandi, vendendi, alienandi et pro anima et corpore omnimode indicandi et omnia alia et singula faciendi sicut de rebus tuis propriis absque contradiccione alicuius persone de mundo. Precio cuius vendicionis seu trans actacionis ego dictus Petrus plene habui et in me recepi a te dicto Nicolao libras triginta duas denariorum paruorum, quas michi dedisti et integre persoluisti. Vnde ego dictus Petrus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Nicolao tuisque heredibus et successoribus dictos terraticos cum omnibus eorum pertinenciis ex calumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona super me et omnibus bonis meis habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Michouilo Lucacio et Luca Stephani Rubey Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

† Ego Stephanus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Michael de Zigalis Jadrensis iuratus notarius hiis interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 110.

348.

1316, 13. aprila. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu Herrika pivničara samostana topuskog listinu, kojom Zenik i njegova svojta zalažu banu Stjepanu zemlju Večinčret (g. 1285. 7. septembra).

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod religiosus vir frater Herricus cellerarius ecclesie Toplicensis ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes petens a nobis cum instancia ipsas litteras transcribi, nostroque sigillo consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola zagrebačkoga od god. 1285. 7. septem.)* Nos itaque congruis peticionibus antedicti fratris Herrici annuentes, maxime quia predictas litteras inuenimus non abrasas, non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte uiciatas, ideo easdem de uerbo ad uerbum transcribi fecimus et transumpmi, nostroque sigillo consignari. Actum et transsumptum feria tercia proxima post festum resureccionis domini, anno domini MCCC⁰ sexto decimo.

Iz kodeksa: Privileg. monaster. B. V. Mariae de Toplica, no. 52. Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: I. B. XI. 15.

349.

1316, 19. aprila. U Križevcima.

Pred Bekom županom križevačkim dijele svoju zemlju župani Jakob i Jakov sinovi Blagone plemići iz Kamarče, pa Dionisije itd.

Nos magister Beke comes Crisiensis memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod accedentes ad nostram presenciam ab una parte Jacobus et Jacov comites filii Blagona nobiles de Kamarcha, ab altera uero Dionisius filius Lamperti ac Paulus, Andreas, Mathey et Fabianus filii Oliueri similiter nobiles eiusdem prouincie, cognati et proximi ipsorum Jacobi et Jacov comitum iamdictorum, nobis uiua uoce retulerunt, quod super terram ipsorum

emticiam ac titulo emcionis cumparatam(!), que inter ipsos indiuisa usque nunc permansisset, ex propria et bona uoluntate ipsorum ac pari consensu pariter et assensu inter se equalem iustam et ueram diuisionem fecissent in presencia nobilium uirorum, videlicet Nicolay filii Gregorii et Demetri filii Dersan ac Johanne fili(!) Vrbani. Cuius terre mete tales sunt, ut nobis predicti nobiles retulerunt: Incipit prima meta de quodam potok siue Syd, ubi est dumus auellanarum meta terrea circumfusus, et uadit uersus orientem, ascendendo montem uenit ad arborem cheresna cruce signatam meta terrea circumfusam, que arbor stat inter uineas ipsius comitis Jacobi et inter uineas castrensium de Praudauiz, deinde transiens magnam uiam puplicam(!) uenit ad unam uallem et per eandem eundo in magno spacio uersus aquilonem circa terram castrensium uenit ad arborem harazt cruce signatam meta terrea circumfusam, que arbor stat circa magnam uiam in qua itur uersus Koproncham, et per eandem uiam in magno spacio eundo uersus orientem flectitur ad sinistram, per nemorem uenit ad metam terream, que est meta terre ecclesie beate uirginis Marie in Kamarcha existentis, quam iidem dicti nobiles donauerunt ecclesie iam nominate; exinde per campum et nemorem uenit ad dumum gimulchin meta terrea circumfusum, deinde recte eundo transit magnam uiam puplicam, in qua itur ad ecclesiam beati Georgii martiris, et eundo circa terram ecclesie uenit ad arborem naar cruce signatam meta terrea circumfusam; deinde per campum recte eundo uenit ad arborem egur cruce signatam meta terrea circumfusam, que stat in litore fluuii Koproncha et ibidem cadit in ipsam aquam; ab hinc versus meridiem tendit contra cursum dicti fluuii in magno spacio, circa quem fluuium est a parte orientali terra generacionis Jacozlai et Dazlai et etiam aliorum; deinde uenit ad locum molendini, quem locum molendini Dionisius filius Lamperti, Paulus, Andreas, Mathey et Fabianus filii Oliueri spontanea et bona uoluntate eorum relinquerunt coram nobis ipsi comiti Jacobo et suis heredibus perpetuo possidendum pro alio bono, que(!) eis ipse comes Jacobus consensit in diuisione et etiam in aliis; deinde superius ipsius loci molendini exit de predicto fluuio ad arborem fyz cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde per campum eundo uersus occidentem uenit ad metam terream in monticulo, in quo est constructa dicta ecclesia in onorem(!) beate uirginis Marie et in meta stat arbor gia cruce signata; exinde uersus occidentem eundo per campum per sepissimas metas terreas et transit magnam uiam puplicam et uenit ad metam terream in uno monticulo, in quo est domus Pauli fili(!) Oliueri, in meta autem stat arbor gia; deinde uadit inter uineas Jacoy et Andreas et uenit ad

unum montem in quo stat arbor cheresna cruce signata meta terrea circumfusa, exinde transit unum magnum horh et ibi ascendit ad montem circa vineam Cherne iobagionis ipsius Jacobi, que uinea remanet ad sinistram et ibi superius uinee uenit ad arborem naar cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde recte eundo uenit ad uallem que est sub monte Grech et per eandem uallem in predictum potok Sid(!) uocatum et per cursum ipsius circa terram castrensium nominatorum uenit ad priorem metam ibique terminatur. Et ut diuisio inter partes perpetuo perseueret sine moto alicali(!), et ne processu temporum dictam et factam diuisionem inter partes possit aliquis infringere, ad peticionem parcium eidem comiti Jacobo sepenominato una cum quatuor iudicibus nobilium regni litteras nostras concessimus sigillique nostri munimine roboratas. Datum in Crisio, feria secunda proxima post octauas resureccionis domini, anno eiusdem MCCC° decimo sexto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1316.

Na hrptu nalazi se trag okruglog pritisnutog pečata od žuta voska.

350.

1316, 3. maja. U Zagrebu.

Augustin biskup zagrebački propisuje, kako imade arcidjakon crkve zagrebačke iskati od svakoga ubojice jednu marku.

Frater Augustinus miseracione divina Zagrabiensis episcopus discreto viro Georgio archidiacono kathedrali cum paterna benediccione salutem. Ad consultacionem tuam taliter respondemus, quod si certum est aut verisimile, quod pro homicidio eius, qui occicus est, solucio penalis pecunie aut satisfaccio aliqua sive per modum iudicii, sive per modum conposicionis vel quocumque modo alio valeat optineri, tunc tu ab aliis qui sepeliunt interfectum potes accipere fideiussores aut pignora super eo, quod dum pro homicidio exhibebitur satisfaccio, ius archidiadiaconi absque tamen difficultate vel subterfugio exsolvetur. Si vero talis advena vel profugus, vel incertus vel potens extiterit homicida, ut in eum accio posset dirigi non speretur, eos, qui interfectum sepeliri petunt, non credimus esse cogendos ad fideiussores statuendos vel

pignora offerenda, verum si primitus satisfaccio non sperata postmodum impendatur, libere poteris tuam exigere porcionem. Ceterum de illis, qui commisso homicidio fugam arripiunt et domini terrarum bona ipsorum auferunt, hoc credimus equum esse, ut ex pecunia homicide ius archidiaconi exsolvatur, coacto domino vel iudice aut quolibet possessore, sive dominus terre aut iudex heredibus occisi iuste satisfaciat, sive ea sibimet retineat minus iuste; insuper bona profugi homicide eciam, si nec per dominum terre, nec per iudicem fuerint impedita, dum tamen oculis pateant satis, potes heredes interfecti cogere, ut ius archidiaconi exsolvant, sicut enim in casu proximo precedenti, rerum ablacio per dominum terre vel per iudicem facta pro quadam condempnacionis vel execucionis specie reputatur; ita eciam fuga quam arripuit, si oblata sibi securitate, ut ad iudicium redeat, redire noluit, vel ne conveniri valeat, sese penitus absentavit, satis videbitur sibi male conscius de crimine aliqualiter confiteri, res igitur quas reliquit pro desertis sunt habende, et ex derelictis vel desertis rebus homicide ius archidiaconi legittime exigetur. Hoc vero, quod interdum dicitur vel obicitur, quod homicida, si ius archidiaconi solveret ante sentenciam, facta solucio posset abici in signum vel in testimonium aut in argumentum recognicionis sceleris sibi in iudicio diffitenti; de tali homicida potest intelligi cuius factum, et si manifestum idem probabile existat, exigit tamen iudicis examine, litis exitus dubius est, licet exactores quandoque iusta petant, non semper tamen, quod pecierant, assecuntur. Datum Zagrabie, in festo invencionis sancte Crucis, anno domini MCCC sextodecimo.

Lib. stat. capit. Zagrab. part. III. cap. V. — Kercselich Hist. eccl. Zagrab. 102. — Fejér Codex dipl. Hung. VIII. 1, 599.—600. — Tkalčić Mon. episcop. Zagr. II. 88.—89. — Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 91.—92.

De solvenda marcha poenali pro perpetrando homicidio, in libr. statutor. capituli Zagrab. ita adnotatur:

»Debetur eciam cuilibet archidiacono marca argenti vel saltem usualis monete bonorum denariorum tamen ad racionem, de quolibet homicida, iuxta distinccionem factam in tenorem litterarum domini Augustini, sancte memorie, que olim ad cameram regiam solvebantur, et demum ex collacione regia devenit ad archidiaconos, in cuius percepcionis possessione archidiaconi per totum Hungarie regnum existunt.«

351.

1316, 25. juna. U Trogiru.

Pred trogirskim biskupom Liberijem ustupa Paulin arcidjakon skradinski, kanoniku trogirskom Andriolu pravo na crkvu sv. Nikole u Podmorju.

In nomine omnipotentis dei amen. Anno eiusdem a natiuitate millesimo trecentesimo sexto decimo, indiccione XIIII., Romana ecclesia vacante pastore, regnante domino Carulo Roberto serenissimo rege Vngarie, et temporibus venerabilis patris domini Liberii diuina miseracione Traguriensis episcopi, domini Pauli de Birberio egregii comitis, ac nobilis viri domini Mathei Zori honorabilis potestatis et capitanei ciuitatis Tragurii. Die XXV. mensis iunii. Constitutis coram reuerendo patre domino Liberio miseracione diuina Traguriensi episcopo, venerabili viro dompno Paulino filio condam Johannis archidiachono Scardonensi et dompno Andriolo Manerii de Ancona Traguriensi canonico, inter eos ad talem concordiam peruenerunt: videlicet, quod dictus dompnus Paulinus sua plana et spontanea voluntate non ui nec dolo inductus, remisit, quietauit, refutauit et renunciauit dompno Andriolo predicto omne ius, quod actenus habuit, habebat uel habere poterat quacumque de causa et quocumque modo uel iure siue facto in ecclesia sancti Nicolai de Podimorie usque in hodiernum diem, asserens et affirmans eundem Andriolum esse uerum et legitimum plebanum et rectorem dicte ecclesie, et eum promixit(!) iuuare et manutenere in ipsa ecclesia suo posse. Pro eo, quod dictus Andriolus ob beniuolenciam et grata seruicia, que dictus archidiaconus exibuit et exibet supradicto domino episcopo, et sibi recepit dictum dompnum Paulinum archidiaconum ad porcionem dicte prebende sancti Nicolay; de qua porcione dictus dominus episcopus de consensu et uoluntate dicti Andrioli predictum archidiaconum coram me notario et testibus infrascriptis per suum anulum aureum inuestiuit hoc modo, videlicet, quod annuatim recollectis fructibus dicte prebende in festo beati Michaelis dabit et soluet sibi decem libras venetorum paruorum, donec viuet ipse Andriolus et recolliget, percipiet et habebit fructus dicte ecclesie sancti Nicolay; sub pena dupli dicte quantitatis pecunie et obligacione omnium bonorum dicti Andrioli et refeccione dampnorum et expensarum litis et extra. Insuper Juue domini Petri Duymi de Tragurio precibus et mandatis dicti Andrioli promixit se facturum et curaturum taliter cum effectu, quod dictus

Andriolus omnia et singula supradicta a se promissa adtendet(!) et obseruabit et in nullo contraueniet de iure uel de facto, alias de suo obseruabit et soluet sub pena X. librarum in quolibet termino et obligacione omnium suorum bonorum et reffeccione dampnorum et expensarum litis et extra; renuncians beneficio noue constitucionis de fideiussione et omni allii(!) legum et decretorum auxilio. Et ad maiorem cautelam dictus dominus episcopus omnibus supradictis presens consensit et iussit hoc instrumentum sui sigilli munimine roborari. Actum in ciuitate Tragurii in sala turris episcopatus Traguriensis, presentibus dompno Johanne Arundoli de Cingulo cappelano dicti domini episcopi, Nicolucio Mucii de Puluerixio alias vocato Guercio, et Liberucio Manerii de Ancona et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis.

(Signum not.)

Et ego Guillelmus Nicolucii de Puluerixio imperiali auctoritate notarius et nunc notarius dicti domini episcopi hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et publicaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 40.
Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

352.

1316, u junu. U Trogiru.

Trogirske odluke radi represalija i glede biskupa Liberija.

Vadat ambassiator ad terram Firmi, ut tollantur repressalie; similiter ad Anconam, ut sit liber unicuique accessus. Item requirat dominum Liberium episcopum pro parte communis, quod redeat Tragurium ad regimen ecclesie, quod favorabitur a communi; alias reditus sui in opere ecclesie expendentur.

Notae Joannis Lucii fol. 10. b. Starine XIII. 228.

353.

1316, 25. jula. Kod Kiseka.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje Ivanu sinu Lovre Šopronjskoga i braći njegovoj posjede u županiji križevačkoj.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes significamus quibus expedit presencium per tenorem vniuersis, quod magister Johannes filius magistri Laurencii dicti de Suprunio ad nostram personaliter accedens presenciam et sue fidelitatis seruicia nobis exponens et declarans quasdam possessiones Chasmafew et Illudyakfolde vocatas in comitatu Krisiensi iuxta possessiones eiusdem Johannis fratrumque suorum Toloch vocatam existentes, possessiones videlicet hominis sine herede decedentis sibi dari pro suis fidelibus seruiciis postulauit. Nos vero consideratis fidelitatibus et seruiciis meritoriis ipsius magistri Johannls, que nobis a multis temporibus sumpme fidelitatis cum feruore in diuersis nostris et regni nostri expedicionibus exhibuit et inpendit, in remuneracionem et recompensacionem seruiciorum eiusdem aliqualem, predictas possessiones Chasmafew et Illewdyakfolde (!) vocatas ipsi magistro Johanni, Nicolao, Jacobo et Petro fratribus suis magistris et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas et cum presentes nobis fuerint reportate, nostrum priuilegium super eadem donacione eidem magistro Johanni et fratribus suis memoratis concedemus. Datum sub castro Kuzegh, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° decimo sexto.

Iz originalne potvrdnice istoga kralja od 29. marta g. 1318. na pergameni u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.098. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1506. no. 5.

354.

1316, 7. septembra. U Zadru.

Lompre de Soppe uzajmljuje od Lovre de Zivalelis svotu novaca.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexto decimo, die septimo mensis septembris, indictione quarta decima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie

et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfino egregii comitis. Fateor ego Lompre de Soppe ciuis Jadre, quoniam emi, recepi et habeo a te quidem Laurencio filio olim Mar[tin]i de Ziualellis . . . . . . in pecunia numerata libras denariorum venetorum paruorum sexcentas quinquaginta, quas mihi solo amore concesisti cum essencia. Vnde ego dictus Lompre cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto dictam pecunie quantitatem dare et soluere cum essencia tibi dicto Laurencio uel heredibus aut successoribus tuis super me et bonis meis omnibus habitis et habendis hic in Jadra saluam in terra, cum omni periculo, cauelacione, excepcione et occasione remotis, nullisque interpositis capitulis hinc usque ad mense[s] viginti . . . . viginti proxime et inmediate uenturos, sub pena quarti . . . . . . dicte quantitatis pecunie et expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa. Item ego [Andreas] . . . . . nazo ciuis, Jadre constituo me tibi dicto Laurencio tuisque heredibus et successoribus [per me] meosque heredes et successores fideiussorem et principalem pacatorem pro predicto Lompre et heredibus et successoribus tuis super omnibus et singulis contentis in hoc instrumento per eos uel eorum aliquem adimplendis; ita, quod tu dictus Laurencius et heredes et successores tui possitis nos tenere ad quemcumque uolueritis de nobis Lompre et Andrea in solidum et in parte et ita, quod ego fideiussor possim conueniri antequam dictus Lompre principalis, super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Item nos dicti Lompre et Andreas renunciamus omni iuri, accioni, deffensioni, exceptioni, constitucioni tam iuris canonici quam ciuilis et alterius ciuiusquam et omni statuto et consuetudini et breuiter omni auxilio et beneficio generis cuiuscumque eciam si deberet fieri expressa mencio de eo, per que uel eorum aliquod contra omnia et singula contenta in hoc instrumento possemus facere et venire et nos tueri. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Thomasio de Cuzilla et Georgio de Matheo ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

Ego Domaldus de Zadolinis examinator manu mea missi.

Ego Nicolaus condam Johannis Jadrensis notarius interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 101.

355.

1316, 20. septembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje knezu Dujmu Krčkomu županiju Gacku s Doljanima, Lazničićem, Otošcem i Obrižom.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Magne glorie laus regie celsitudini tunc digne red . . . . pacificus sit munificus et fidelitatis meritorum pens . . . . nam . . . . prudencia non minus digno loco sed . . . . cunctorum obsequia prudenter dimetitur, illos tamen maiori preogatiua extollere nititur, qui . . . . . sue fidelitatis . . . . melius mediarunt et peroptime satagunt diffinim. . . . . excellencie . . . . harum serie volumus [peruenire], quod nos . . . . fideliumque seruiciorum merita comitis Dwym subl . . . . sumpme . . . . die . . . . re geniture nobis debitum intrauimus . . . . in tenera etate . . . . constituti, nec tante potencie brachium nobis suffragaretur . . . . nobis diuertebat idem comes Dwym . . . . suorum consorcio et . . . . casibus, ymo interdum dubitatis periculis personam suam et bona sua sepe et sepius pro nobis exposuerat . . . . bus excepto eo, quod supradictum est vltra . . . . maximis laboribus sue persone et sumptuose expense commeatu . . . . procedendo et alia multa genera periculorum et dispendiorum in destruccionibus possessionum suarum, in amissione bonorum suorum et in persecucione . . . . nostros emulos et infideles pro eo quia . . . . atur et viam fidelitatis nobis exhibende sequebatur propter nos . . . . extitit et perpessus, et alia quam plurima, que quia longum esset presentibus inserere et audientibus tediosum, presenti duximus conpendio . . . . uolentes meritoriis seruiciis eiusdem comitis Dwym regio occurrere cum fauore, licet idem comes Dwym suis meritoriis seruiciis exigentibus multo plura a nobis mereretur, tamen in condignam recompensacionem seruiciorum eiusdem comitatum in Gechka . . . . terram de Laznichich, qui morantur in dicto comitatu de Gechka; item

castrum de Othochachio cum terra Obryz vocata eidem comiti Dwym dedimus iure perpetuo sibi et suis heredibus, heredumque successoribus possidendam, tenendam et habendam, volentes, ut per hoc iuri regni nostri et consuetudini approbate non derogetur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eidem nostras litteras priuilegiales concessimus dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri domini Johannis prepositi, aule nostre vicecancellarii et archydiaconi de Kukulleu dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC°XVI., kalendas octobris XII., regni autem nostri anno similiter XVI.

Iz potvrde Karla kralja od god. 1322. kako ju opet isti kralj potvrdio g. 1323. 31. oktobra. Izvornik posljednjega veoma oštećen na pergameni u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.315. Stara signatura N. R. A. fasc. 483. nr. 28.

356.

1316, izmedju 24. septembra i 31. decembra. U Zadru.

Stjepan de Bochde prior samostana dominikanskog izjavljuje, da je primio od Martinusija sina Bartina, 20 libara, što ih je ostavila rečenom samostanu Matilda mati spomenutog Martinusija.

[In Christi nomine amen. Anno] incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexto decimo, indiccione quinta decima, ... [mensis] . . . . . nbris Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii ineliti ducis [Venecie, et reuerendi patris domini fratris Ni]colay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delphyni egregii [comitis]. . . . frater Stephanus de Bochde prior tocius conuentus fratrum Predicatorum Jadre . . . . attus dicti prioratus ac nomine et uice dicti conuentui (!) contentus sum et . . . . . . asse a te quidem Martinuscio olim Barthi Petri Claudi ciue Jadre libras [viginti] denariorum venetorum paruorum, quas nobis dare et soluere tenebaris pro dimissoria, que in . . . . . conuentui dimisit olim Matelda mater tua per suum testamentum, vnde ego idem frater Stephanus . . . . s prior nomine quo supra, nomine et uice ipsius conuentus per me meosque successores tibi dicto Martinuscio tuisque heredibus et successoribus facere plenam et irreuocabillem securitatem de predictis libris viginti finem, dimissionem, quietacionem et pactum de ulterius non petendo modo aliquo, causa uel ingenio, promittens quoque solempni stipulacione

interueniente nunquam tibi questionem mouere uel mouenti consentire de predictis libris viginti temporibus uniuersis super me et eciam super bonis omnibus dicti conuentus presentibus et futuris, renuncians expresse cum(!) iuri, accioni, deffensioni, cauellacioni, constitucioni, consuetudini et statuto legum auxilio generis cuiuscumque libet contra predictum facere uel uenire possem et me tueri aut dictum conuentum. Actum est hoc [et firmatum] coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Petro Çauata et Cosa . . . . [ciuibus] Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Domaldus de Zadolinis examinator manum [misi].

[Ego] . . . . [Sÿ]monis de Saracho iuratus Jadrensis notarius interfui [rogatus, ut au]diui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1316.

Listina je na desnoj strani krnja.

357.

1316, 22. oktobra. U Temišvaru.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje županu Dali posjed Novoselo u srijemskoj županiji.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod comes Dala quandam possessionem Wyfolu uocatam in comitatu Syrmiensi existentem, asserens ipsam esse terram nostram castrensem et ad nostram collacionem pertinentem sibi dari et conferi pro suis seruiciis fidelibus a nobis petiuisse, et nos, ut moris est, ut de qualitate et quantitate predicte terre certificaremur, fidelibus nostris capitulo sancti Iriney, ut conuocatis commetaneys et vicinis et aliis legitimis actibus factis ipsam terram eidem comiti Dala statuerent, si non fuerit contradictum, scripsissemus; tandem licet idem capitulum cum predicta terra Wyfolu per hominem nostrum et ipsius capituli legitime reambulata ipsi comiti Dala statuebatur, Stephanus, Johannes, Elex et Petrus filii Syrnicola contradictores extiterunt presentibus eciam aliis commetaneis terre, nobis rescripsissent, tamen idem Stephanus et Elex pro see (!) et pro aliis suprascriptis fratribus ipsorum ad nostram presenciam vna cum eodem comite Dala accedentes dixe-

runt et confessi extiterunt see(!) contradiccioni sue supradicte renunciasse, et quod nullo iure ipsa possessio Wyfolu ipsos contingebat. Vnde nos considerantes fidelitates, fideliumque seruiciorum merita eiusdem comitis Dala, que nobis in pluribus nostris negociis et agendis ac expedicionibus inpendit et exibuit (!), et specialiter in eo, quod cum nos castrum nostrum Kwzegh, quod tunc per nostros infideles contra nostram mayestatem detinebatur, expugnaremus et obsideremus, idem comes Dala in eadem expugnacione in presencia nostre regie mayestatis letaliter extitit vulneratus; wolentes (!) igitur suis fidelibus seruiciis regio occurrere cum fauore pro effusione sui sanguinis et suis seruiciis fidelibus, predictam possessionem Wyfolu uocatam cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis vniuersis eidem comiti Dala et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo possidendam, tenendam et habendam sine preiudicio tamen iuris alyeni(!). Datum in Thumusuar, sexta feria proxima post festum sancti Luche Ewangeliste, anno domini M⁰ CCC⁰ XVI.

Iz uvodnice kaptola sv. Ireneja od g. 1316. 5. novembra kako ju prepisao i potvrdio uz darovanje kralj Karlo 1316. 28. novembra.

Original potonje u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.569. Stara sign. N. R. A. fasc. 1506. no. 7.

358.

1316, 5. novembra. (U Srijemu).

Kaptol sv. Ireneja po nalogu kralja obilazi medje posjeda Novoselo u srijemskoj županiji, te ga izručuje županu Dali.

Excellentissimo domino suo Karulo dei gracia regi Hungarie, capitulum ecclesie sancti Iriney inclinacionem et oraciones debitas et deuotas pro eodem. Vestre excellencie notum facimus per presentes, quod Dala comes filius Stephani nobilis de Syrmia accedens ad nos exibuit(!) nobis litteras vestre dominacionis patentes, cuius littere tenor talis est: *(Slijedi povelja kralja Karla od g. 1316. 22. oktobra).* Nos quidem uisis litteris vestre excellencie et peticionibus legitimis et dignis dicti comitis Dala ad reambulandam dictam terram cum Paulo filio Alexandri homine uestro, hominem nostrum ydoneum (!) secundario misimus, quy (!) demum ad nos redeuntes retulerunt, quod ipsam possessionem per ueteres metas

*

reambulando coram commetaneys(!) et vicinys(!), videlicet Stephano filio Martini, capitulo ecclesie Colocensis, Johanne, Dominico de Dubun, Stephano et Elex ac fratribus suis filiis Syrnicola personaliter existentibus eidem comiti Dala statuissent nullo contradictore existente. Datum in festo beati Emrici(!) confessoris, anno domini M⁰ CCC⁰ XVI⁰.

Iz originalne darovnice kralja Karla od god. 1316. 28. novembra na pergameni u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.569. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1506. no. 7.

359.

1316, 17. novembra. U Zadru.

Jakov de Fanfogna uzajmljuje od ostavštine svoje rodjakinje Marije de Petrina 120 libara u trgovačke svrhe.

In Christi nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo sexto decimo, indicione quinta decima, die decimo septimo mensis nouembris, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduyni Delphyni egregii comitis. Fateor ego Jacobus de Faffogna(!) ciuis Jadre, quomodo habui et recepi a uobis namque Petro et Raynerio filiis condam Bitthe de Petrina ciuibus Jadre tamquam comissariis olim Marie sororis uestre cognate mee de denariis dicte comissarie libras denariorum venetorum paruorum centum et viginti, cum quibus lucrare et negociare debeo hic in Jadra et non extra, bona fide et sine fraude a modo in antea usque ad unum annum proxime venturum ad omnem meam voluntatem et beneplacitum; et in fine dicti anni me obligo et promitto uobis soluere atque dare dictas centum et viginti libras denariorum venetorum paruorum hic in Jadra cum tali et tanto lucro uel contrario clarefacto, quod contrarium deus auertat, quale et quantum percipiet et habebit Petrus Vuto de Veneciis mercator Jadre de peccunia, quam ipse Petrus in stacione sua Jadre habere utitur et mercatur, computando tres partes ipsius lucri pro peccunia ipsius Petri et reliquam quartam partem pro persona et labore ipsius; ita tamen, quod dictum lucrum ascendere non possit ultra libras decem denariorum paruorum pro centenario et in racione centenarii. Que omnia et singula suprascripta ego dictus Jacobus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto plene attendere et obseruare

uobis supradictis Petro et Raynerio, uestrisque heredibus aut successoribus sub pena quarti et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris hac de causa super me et omnia bona mea habita et habenda; renuncians expresse omnibus cavillacionibus et capitulis, consuetudinibus et statutis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Petro Orlando et Dessa Brauareuich Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

† Ego Blasius de Soppe exseminator(!) manum misi.

Ego Domaldus [de Za]dolinis examinator manum misi.

(Sign. not.).

Ego Laurencius condam magistri Henrici notarii imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 119.

360.

1316, 28. novembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje opet županu Dali posjed Novoselo u srijemskoj županiji.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Bulgarie, Gallicie, Lodomerie, Cumanyeque rex, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam comes Dala filius Stephani nobilis et fidelis noster de comitatu Syrmiensi, exponens et declarans sue fidelitatis seruicia nobis inpensa inferius magis specificata, quandam possessionem Wyfolu uocatam in comitatu Syrmiensi existentem nostre collacioni pertinentem asserens, sibi pro suis seruiciis dari postulauit. Verum quia de qualitate ipsius possessionis ueritas nobis non constabat, volentes, quod, dum ad beneficia fidelium seruitorum nostrorum consurgimus, ut ad solidiorem ualenciam proficiat ex certa sciencia procedamus, scripsimus fidelibus nostris capitulo ecclesie sancti Iriney, ut ipsam possessionem eidem comiti Dala, si contradiccio quorumlibet non obuiaret, statuerent eidem possidendam, alioquin iuxta bonam consuetudinem regni nostri ab olim approbatam nobis fideliter rescriberent. Cui quidem nobis licet primo tenorem litterarum nostrarum patencium

super cessacione contradiccionis quorundam eiusdem terre confectarum inseruissent, tamen in hec uerba nobis rescripserunt: *(Slijedi listina kaptola sv. Ireneja od g. 1316. 5. novembra koja sadržaje listinu kralja Karla od god. 1316. 22. oktobra).* Nos autem considerantes fidelitates fideliumque seruiciorum merita ipsius comitis Dala, que nobis a toto eo tempore, quo in regnum nostrum Hungarie iure geniture nobis debitum intrauimus, in diuersis nostris negociis et agendis sumpme fidelitatis cum fauore exibuit (!) et inpendit, et specialiter in eo, quod cum anno proximo preterito walidissime(!) potencie nostre exercitum contra filios Herricy erexissemus et castrum Kwzegh expugnari et obsidery (!) faceremus, idem comes Dala contra infideles nostros de eodem castro exeuntes et insultum contra nos facientes viriliter irruens et dimicans, letalibus wlneribus(!) sagitarum extitit wlneratus in conspectu nostre regye (!) mayestatis. Wolentes (!) itaque suis meritoriis seruiciis regio occurrere cum fauore, et effusiones sui sanguinis nostris regiis dileccionibus detergere et curare, ut ceteri [1] ipsius ad instar ad fidelitatis seruicia nobis inpendenda feruencius inuitentur, licet plura a nobis idem mereretur, tamen in aliqualem recompensacionem suorum serviciorum meritorum predictam possessionem cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis vniuersis eidem comiti Dala dedimus, donauimus et contulimus sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et pacifice possidendam sub metis, quibus per antiquos possessores extitit habita et possessa, nolentes tamen, ut iuri aliorum per hoc in aliqua parte derogetur. In cuius rey(!) memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicys(!) sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi Albensis ecclesie, aule regie vincecancellarii (!) dilecti et fidelis nostri, anno ab incarnacione domini M° CCC° XVI°., quarto kalendas decembris, regni autem nostri anno similiter sexto decimo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.569., Stara sign. N. R. A. fasc. 1506. no. 7.

Na listini visi o crvenoj i žutoj svilenoj vrvci komadić dvostrukoga pečata.

---

[1] Slijedi »ad«, što se izpustiti ima.

361.

1316, 20. decembra.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski daruje svomu vjernomu banu Ivanu Baboniću više posjeda i gradova.

Karolus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem in omnium salvatore. Fundamenta eius in montibus altis ad hoc deus in specula montis universalis regiminis solia principum mire miserationis providentia fundare statuit, ut ductis circiter oculorum conspectibus et montes eminus et colles cominus, ac equora plani scabelli suo modo conspiciens per hoc prefiguret maiores, optimates, clarissimos vel barones potentes, ut quatenus in eis firme bases solii principalis sunt fundate et subnixe, eatenus prerogativa primi loci potiantur primitiva, dehinc per colles mediocres et alii status hominum convenienter significari poterunt, qui nempe pro modo suorum meritorum sunt etiam favore presidentis attollendi. Sane hoc bene tunc agitur, cum maiora merita maiora premia consecuntur, exigit enim fidelitas meritorum, ut non solum sinu dilectionum ambita confoveatur, sed etiam bravi acceptione gratuletur, quia dum merces laboris refunditur, in stadio Christi decurritur, ubi felix commercium infallibiliter obtinetur; ad hec sicut omnia suum centrum appetunt, sic equa similitudine singula suam proproportionem requirunt; denique si magnifica et laudabilia servitia impenduntur, non est mirum, imo equum, si magnarum donationum premia condigna subsecuntur, sublimiores enim labores ad altiora fastidiorum beneficia principis benivolentiam interdum equalem inclinant, uti simplices ad minora ipsius animum complacabunt, nam cum digna dignis, merita meritoriis et magna magnanimis impenduntur, ex hoc debitus ordo rerum observatur et gloriosus deus collaudatur. Hinc est, quod ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod magnificus vir Johannes banus totius Sclavonie, filius comitis Babaneg, dilectus et fidelis noster ad nostram accedens presentiam et sue fidelitatis servitia revera multa recommendatione digna nobis impensa rememorans et declarans, premia donationum nostre gratie se dignum consequi arbitrans, castrum et possessiones, primo videlicet portionem possessionum Petri de Monozlou cum castro similiter vocato, castrum Borsonouch cum possessionibus et pertinentiis suis et cum villis Superiori et Inferiori

Gersunche; item possessiones Polosnycha vocatas cum castro similiter vocato, in comitatu de Garyg existentes; item possessiones Megeryuchye vocatas cum castro similiter vocato, hominis similiter sine herede decedentis tanquam possessiones et castra nostrorum infidelium et ex eo per notam infidelitatis amissa et ad nos devoluta sibi dari et conferri, in recompensationem suorum servitiorum sibi perpetuo dare et conferri, nostre regie maiestatis gratiam inclinantes, dignaremur. Nos igitur ad hec proposita intuitum nostre considerationis sublevantes, fidelitates, fidelium servitiorum merita ipsius Johannis bani considerantes, que cum ministerio sue potentie, tum sedula sollicitudine sue persone, quo magnifice procedendo, eo strenua fidelitate laborando nobis et sancte nostre regie corone multifarie multisque modis impendit et exhibuit, et generaliter ad omnia adversa se pro nobis viriliter obponens et sua exponens, fidelitatis servitia multa laude digna extitit prosecutus, que speciali declaratione sermonum pauca de pluribus presentibus duximus annotanda, quod cum nos ipsum Johannem banum pro resumpmenda potentia nostra et recuperatione terrarum, castrorum et aliorum iurium regalium nostrorum ad partes ultra Drauam in servitis nostris contra filios H[enrici] bani dampnate memorie, emulos et infideles nostros tortuosis serpentibus nequiores et infidelitatis nota altera generatione ipsorum turpi infamia respersos transmisissemus, idem Johannes banus aggregata sibi armata sue potentie militia et late passis et ordinatis aciebus suorum castrorum ipsos aggrediens, in area certaminis belli campestris contra eosdem infideles nostros triumphum obtinuit et palmam victorie laudabiliter reportavit, multis captivis abductis et predis infinitis reportatis; preterea cum iidem infideles nostri post hec ablutis sanguinibus, sanatis vulneribus et resumptis viribus, erectisque protervis cervicibus rursum alia vice contra ipsum Johannem banum in servitiis nostris econtinuo ibi laborantem et insistentem certaminis bella iniissent, domino annuente ad hoc idem banus obtinuit victoriam priore potiorem et triumphum, vexilla, equos et arma in signum tripudii, quod est indicium domini, nobis honorifice transmittendo, consequenter autem immediato commeatu castrorum suorum in terris et partibus memoratis manu forti procedendo, multorum hominum tam proximorum suorum quam aliorum, tam nobilium quam innobilium mortes et excidia excipiendo et effusiones sanguinum sue gentis vulneratorum adeo multorum perpatiendo, quod fere pauci inveniebantur, qui sudores suorum laborum pannis sanguine rubricatis et intinctis detergere evasissent, diris expugnationibus, imperteritis obsessionibus et multorum temporum laboribus perferendo multa castra ab ipsis infidelibus nostris obtinuit et abstulit, provincias ac oppida plura nostri dominii subiugans et restaurans ditioni,

verum dampna et iacturas, disterminum ac sumptuosarum expensarum penurias multiplices perferendo, viam constantie tenuit et patientiam extitit incitatus; et post hec recenti et continuato actu suorum servitiorum tanta strage et cruore suorum non contentus, expugnando quoddam castrum Zdench vocatum, cum quadam die assumptis armis militaribus propria in persona irruens sub menia appropinquasset, cognitus ab inclusis, traiectione sagittarum lethalibus vulneribus in pede et in manu extitit graviter sauciatus et nichilominus virtutibus perseverantie precinctus, licet dolore vulnerum nimis aggravatus, se tamen simulans fore sanum nec suis hoc manifestans obtinuit castrum memoratum, et alia quam plura fidelium servitiorum genera magnalia et magnifica tam contra eosdem infideles nostros, quam etiam fratres suos uterinos, qui etiam tunc temporis a nobis divertebant, nobis impendere tanquam vir fide clarus, vas constantie, verax sermone, providus consilio, militie laurea redomitus et universa morum honestate investitus sumpme fidelitatis cum fervore totis nixibus nisus extitit exhibere, eque dignum ut iustum itaque existimantes, ut digna dignis, magnalia magnanimis et grandia magnificis impendantur et magnos labores copiosa merces reficiat et restauret; volentes tantis et tam meritoriis suis servitiis regia nostre gratie donativa occurrere et correspondere, licet sua merita hiis maiora exigerent et mererentur, tamen, ut aliqualem recompensationem sibi rependeremus respectu horum, que sibi impendere debemus, nos minima fecisse reputantes, predictas possessiones et castra, videlicet possessiones Petri de Monozlou cum castro similiter vocato; item possessiones Megeryuche vocatas simul cum castro similiter vocato quondam hominum sine herede decedentium et ex eo ad nostram collationem devoluta; item possessiones Polosnycha vocatas cum castro similiter vocato in comitatu de Garygh existentes; item castrum Borsonouch cum possessionibus et pertinentiis ad idem et cum villis Superiore et Inferiore Gersunche per ipsos infideles nostros occupata et usque nunc detenta cum omnibus utilitatibus et pertinentiis eorum universis ab ipsis infidelibus nostris tanquam illicitis detentoribus, ut male meriti perpetua egestate laborent et regia indignatione, quam promeruere, puniantur, auferentes, eidem Johanni bano tanquam bene merito et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus dedimus et damus, donavimus et donamus ac contulimus sub eisdem metis et terminis, quibus per antiquos possessores de iure extiterunt habita et possessa, cum omni plenitudine iurium ipsorum iure perpetuo posidenda, tenenda et habenda. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis prepositi Albensis ecclesie et aule

nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M. CCC. decimo septimo, tertio decimo kalendas ianuarii, regni autem nostri anno similiter decimo septimo.

Thallóczy-Barabas Cod. Blag. 82.—86.

362.

1316. U Čazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje na molbu Nikole sina Ivana sina Krstina svoju listinu (od 11. februara od god. 1293.), kojom ban Henrik dariva zemlje Mužinju i Pronug županima Petru i Ivanu sinovima Krstinim.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes, significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod anno domini millesimo CCC sexto decimo ad peticionem Nycolay filii Ivan filii Cristophori, discretos uiros, magistros videlicet Petrum lectorem et Petrum sacerdotem, socios et concanonicos nostros in Winnicham ad dominam relictam comitis Petri filii dicti Cristophori pro rescribendis tenoribus priuilegiorum suorum super possessionibus Musinha et Pronugmezey confectis duximus transmittendos; qui socii nostri demum ad nos redeuntes, tenorem et formam priuilegii super eadem possessione Musinha confectum nobis exhibuerunt in hec uerba: *(Vidi dalje listinu istog kaptola 11. februara od g. 1293.)*

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a 1293. — Na listini visi svilena vrvca zelene boje; pečat je otpao.

363.

1316—1334.

Pristojba (taxae) crkava i samostana u Hrvatskoj za vrijeme pape Ivana XXII.

In Sclavonia.

Archiepiscopus Spalatensis CC. fl. cuius suffraganei sunt: Traguriensis LXXVIV. fl. — Signensis, alias Segniensis L. fl. Scardonensis C. fl. — Farensis. alias Ferensis XXXIV. fl. — Fridrensis (Fridorensis) . . . fl. — Croacensis, alias Croatensis . . . fl. — Corbauiensis, alias

Kerbauensis CXXXIII. fl. — Tiniensis, alias Tinensis CL. fl. — Sibernitensis, alias Sibinicensis, qui per Benedictum VIII. dicitur de novo creatus, CL. fl.

In Ungaria.

Archiepiscopus Strigoniensis MM. alibi IVM. fl. cuius suffraganei sunt: Agriensis DCCC. fl. — Nitriensis CCLXXV. fl. — Waciensis, alias Vaciensis D. fl. — Quinqueecclesiensis IIIMCCCC. fl. — Vesprimiensis DCCCC. fl. fl. — Jauriensis DCCC. fl.

Archiepiscopus Colocensis MM. fl. cuius suffraganei sunt: [Z]Cagabriensis, alias Cagabiensis, Cambalenensis (Zagrabiensis) CCCC. fl. — Vaccadiensis (Varadiensis) MM. fl. — Sirmiensis C. fl. Bosnensis CC. fl. — Transilvanus, alias Ultrasilvanensis MD. fl. — Cenadiensis, al. Chanadiensis DCCCC. fl.

Taxe Monasteriorum.

S. Adriani de Sala ord. S. B. diocesis Wesprimiensis . . . fl. — S. Andree de Mantua ord. S. B. dioc. Wesprimiensis CLI. fl. — S. Benedicti ord. eiusdem sancti, dioc. Strigoniensis CC. fl. — S. Benedicti de Peccanaiadruo eiusdem ord. dioc. Quinqueeccles. DC. fl. - S. Egidii ord. S. B. dioc. Vesprimiensis CL. fl. — S. Georgii in Sclavonia ord. S. B. dioc. Segniensis XXXIII, fl. — S. Ippoliti de Zabadio ord. S. Aug. dioc. Strigon. . . . fl. — S. Marie Almari ord. S. B. dioc. Vesprimiensis XXXIII. fl. et medium. — S. Marie de Czikador ord. Cisterciensis dioc. Quinqueeccl. . . . fl. — S. Marie Honestevallis ord. Premonstr. dioc. Quinqueeccl. . . . fl. S. Marie de insula Folet ord. S. B. Spalatensis XXXIII. fl. — S. Marie de Olbach ord. S. B. dioc. Agriensis . . . fl. — S. Marie de Schebus ord. Cisterciensis dioc. Strigoniensis CL. fl. — S. Marie de Seplack ord. S. B. dioc. Agriensis . . . fl. — S. Marie de Toplica ord. Cisterc. dioc. Sagabriensis CCC. fl. — S. Martini ord. . . . dioc. Corbauiensis . . . fl. — S. Maurici de Beel ord. S. B. dioc. Vesprimiensis L. fl. — S. Michaelis de Bara ord. S. B. dioc. Quinqueeccles. XXXIII. fl, — S. Nicolai in Orte ord. Cisterc. dioc. Vesprimiensis . . . fl. — Pathwaradiensis ord. S. B. dioc. Quinqueeccles. DC. fl. — S. Salvatoris de Saxardia ord. S. B. dioc. Quinqueeccles. LXIX. fl. — De Sceps ord. Cisterc. dioc. Strigoniensis . . . fl. — De Scalas ord. . . . dioc, Vesprimiensis . . . fl. — S. Stephani de Pina ord. S. B. dioc. Spalatensis XXXIII. fl. — S. Trinitatis, de Sancta Trinitate. dioc. Quinqueeccl. XXXIII. fl.

Et est sciendum, quod in primitiva ecclesia fuit assignatum et determinatum per dominum papam de consilio fratrum ipsius, quomodo deberent venire ad ecclesiam Romanam pro tributo solvendo domino

pape. Et hoc intelligetur de prelatis exemptis cathedralium et aliarum ecclesiarum, monasteriorum et locorum religiosorum, nec non domorum et hospitalium et de aliis, qui tenent feudum a dicta ecclesia Romana, per se vel per legitimos procuratores, et ita describuntur ad solvendum tributum, videlicet Theutonici, Ungari et Siculi singulis bienniis.

Theiner Mon. Hung. I. no. 896. 601.—602. Iz Liber taxarum omnium ecclesiarum. fol. 20.

364.

1317, 17. januara. U Zadru.

Franjo de Cernucho sin Ivana gradjanina zadarskog prodaje Cossi sinu Nikole de Begna vinograd u Tuklićanu.

In Hristi(!) nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo sexto decimo, indiccione quinta decima, die septimo decimo mensis ianuarii, Jadere. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Nicolai Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Dulfini(!) egregii comitis. Manifestum facio per hoc presens instrumentum ego quidem Franciscus de Cernucho filius condam Johannis ciuis Jadere, quomodo uendo atque transacto tibi quidem Cosse olim Nicole de Begna ciui Jadere, totam unam meam vineam circumdatam de suis propriis maceriis positam ad Tucliçanum, cui ex borea et ex austro est terra, que fuit heredum condam Dobri de Carbonis et heredum condam Marini de Semergoto, ex trauersa est uia publica et ex quirina est mare; item uendo tibi dicto Cosse omnes meas terras, quas habeo ad Tucliçanum, que sunt in quatuor peciis, cui unius pecie hii sunt confines: Ex austro et ex borea est terra, que fuit dictorum heredum condam Dobri de Carbonis et heredum condam Marini de Semergotto, ex trauersa est carsum et ex quirina est via, que est inter dictam vineam et terram predictam. Alie pecie hii sunt confines: Ex austro est terra Marci olim comitis Nicole de Spaleto, ex trauersa est via publica, ex borea est terra, que fuit dictorum heredum condam Dobri de Carbonis et Marini de Semergotto et ex quirina est mare. Tercie pecie hic sunt confines: Ex austro est terra dicti Marci olim comitis Nicole, ex trauersa est carsum, ex borea est terra, que fuit dictorum heredum condam Dobri de Carbonis et Marini de Semergotto et ex quirina est via publica; et quarte pecie hii sunt confines: Ex austro, ex borea et ex trauersa est carsum et ex quirina est terra

que fuit dictorum heredum condam Dobri de Carbonis et Marini de Semergotto, cum omni longitudine et latitudine earum cum omnibus suis certis terminis, habenciis et pertinenciis tam subtus terram quam supra terram cum arboribus, pascuis, nemoribus, aquis, domibus et pratis pertinentibus dicte vinee et quatuor peciarum terrarum a modo in antea cum plena uirtute et potestate cum heredibus et successoribus tuis predictam vineam et terras intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, vendendi pro anima et corpore indicandi et omnia alia et singula faciendi sicut de tuo proprio nemine tibi tuisque heredibus et successoribus in perpetuum contradicente uel molestante; precio cuius uendicionis siue transactacionis ego predictus Franciscus recepi a te dicto Cossa libras septingentas denariorum venetorum paruorum, quas mihi dedisti et integre persoluisti. Vnde ego predictus Franciscus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Cosse, tuisque heredibus et successoribus predictam vineam et terras predictas cum earum iuribus, atinenciis et pertinenciis excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super me et omnia bona mea presencia et futura, renuncians ego dictus Franciscus cum heredibus et successoribus meis omni iuri, accioni, defensioni, excepcioni, constitucioni utriusque iuris, consuetudini et statuto et breuiter omni auxilio generis cuiuscumque, eciam si deberet esse expressa mencio de eo, per quod uel eorum aliquid contra omnia et singula contenta in hoc instrumento possem facere uel uenire et me tueri. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Petro de Matafarro et Grisogono olim Johannis Çancii de Petriço ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus de Çiualelis examinator manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a 1316.

365.

1317, 11. februara. U Trogiru.

Poslanstvo Trogirana k banu.

Ambassiatores mittantur ad banum occasione petitionis exercitus contra filios Curiachi et Nelipzium voyvodam: Daniel Jacobi, Gregorius Lucii, Matheus Zori potestas.

Notae Joannis Lucii. 10. b. — Starine XIII. 229.

366.

1317, 16. februara. U Krku.

Prodaja trsja u Pičulu i oranice u Ponikvi na otoku Krku.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem 1317., indicione 15., die 13. mensis februarii exeunte, Veglae in via publica apud domos olim domini Petri de Alexandro archipraesbyteri Veglae, quae sunt apud ecclesiam sancti Petri de medio ipsius civitatis, coram domino Nicolao dicto Gospodino iudice comunis Veglae, et praesentibus Nicolao filio quondam Marini de Lampredio, Dumicello de Pesayte, Leonardo de Ficasecca, Nicola filio quondam Jacobi de Cayta, et Mencho filio quondam Joannis Rubea, testibus ad haec omnia convocatis specialiter et rogatis. Ibique Schimosa uxor quondam Melagnae fecit donationem et irrevocabilem dationem iure proprio in perpetuum, quae dicitur pura et libera inter vivos, de quadam eius vinea posita in contrada Pezzuli apud vineam Andreae filii quondam Petri Zani de Milla, apud vineam quae fuit olim Matthaei de Qualisso et prope vineam Zvanni dicti Subinae olim magistri Dominici de Bratagna, ut dicebatur. Item, de quadam petia terrae posita in contrada Lacus trium viatorum prope ipsum Lacum, prope campitellum sanctae Crucis, prope runchum, qui fuit olim Laurentii Gij de Rege, ut dicebatur; et si qui sunt alii sui tam dictae vineae, quam ipsius petiae terrae confines, cum omnibus habentiis, pertinentiis, cohaerentiis et adiacentiis suis ab omni parte et cum introitu et exitu suo usque ad viam publicam, et cum omni iure suo proprio a coelo usque ad abyssum, Mencho filio quondam Andrae de Car-

sagno nepoti suo, pro se, suisque haeredibus vel successoribus recipienti ad habendum, tenendnm, possidendum, gaudendum, vendendum, donandum, alienandum, obligandum, subpignorandum et quidquid sibi et suis haeredibus vel successoribus placuerit deinceps perpetuo pro anima et corpore faciendum nemine contradicente; et eius nomine se constituit possidere, donec dictus Menchus de ipsa donatione possessionem sumpserit corporalem; qui pro dono et pro remuneratione dictae donationis tredecim romanatos denariorum venetorum parvorum eidem Schymosae dedit, donavit et persolvit, quos ipsa fuit confessa . . . . . . per se pleniter suscepisse, renuntians exceptioni ei non datae et non solutae dictae pecuniae quantitatis et omni alio auxilio. Et promittens igitur per se, suosque haeredes vel successores eidem Mencho pro se, suisque haeredibus vel successoribus, supradictam donationem et omnia et singula supradicta perpetuo firma, rataque habere et tenere, et per se vel aliam personam non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de iure seu de facto, nec ipsam donationem ullo modo vel ingratitudine aliqua revocare, sed eam ab homine ac universitate legitime defendere et discalumniare, sub poena decem solidorum denariorum venetorum parvorum et refectione omnium damnorum et expensarum litis et extra, et obligatione bonorum suorum praesentium et futurorum, qua poena soluta vel non, haec carta semper in suo robore perduret.

Ego supradictus Nicolaus iudex manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus filius quondam Gerardini de Ripatrantoris imperiali auctoritate notarius hiis omnibus praedictis interfui et rogatus haec omnia supradicta scripsi, publicavi et corroboravi.

Zbornik Bartoli str. 9. s naznakom, da je prepisano iz originala. Starine XX. 6. — Crnčić priopćio nepotpuno.

367.

1317, 10. aprila. U Zadru.

Volcinja de Martinusio gradjanin zadarski daje na obradbu Radoju i Dragoju svojim kmetovima 6 gonjaja zemlje svoje u Rači.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo decimo septimo, indiccione quinta decima, die decimo aprilis, Jadere. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venetorum, et domini fratris Nicolai uenerabilis Jadrensis archiepiscopi,

ac domini Balduyni Delphini egregii comitis. Fateor ego Volcinna de Martinussio ciuis Jadrensis, quomodo do et concedo uobis Radoy et Dragoy fratribus filiis Tholislaui uillanis meis de mea terra posita ad Racham sex gognay, que est in quinque peciis seu clapis tali quidem condicione, quod hinc ad quatuor annos proximos venturos ipsam ad vineam plantare teneamini et ponere viginti pedes oliuarum pro quolibet gognay sub pena sex yperperorum mihi soluendi, ita tamen, quod dum ex ipsis vitibus fructum extrahere poteritis, quartam partem tocius vini et omnis alterius fructus ex ipsis vitibus et terra prouenientis mihi uel meis heredibus et successoribus cum heredibus et successoribus uestris annuatim fideliter dare et reddere teneamini in domo mea in dicta villa; et si fraudem comiseritis manifestam, sex yperperos mihi nomine pene soluere teneamini quociens contrafeceritis, et si per aliquod tempus ipsas vites vendere uolueritis aut uestri heredes aut successores, pro tanto precio, quantum ab aliis habere poteritis, mihi uel meis heredibus aut successoribus ipsas vites et non aliis dare et vendere teneamini, si eos emere uoluero, alioquin si ipsas emere noluero, tunc liceat uobis ipsas vendere cui uobis placuerit, saluo tamen semper omni meo iure, meorumque heredum et successorum. Quam uero predictam terram, ut dictum est, cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto excalumpniare et deffensare vobis, vestrisque heredibus et successoribus in racione ab omni homine et persona super me et omnia mea bona presencia et futura; et nos prenominati Radoy et Drag[o]y laudamus et affirmamus omnia et singula suprascripta; et huius tenoris duo sunt facta publica instrumenta. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Marino Petri de Çanne et Andrea olim Fedrici Grisogoni ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus de Çiualelis examinator manum missi.

Ego Laurencius condam magistri Henrici notarii, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

Originaı u arkivu ıugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1317.

368.

1317, 15. maja. U Zadru.

Jakob Fanfogna i Cvjetan Dravec daju punomoć Zoilu Butovanu, da ih zastupa na sudu.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septimo decimo, die quintodecimo mensis maii, indicione quinta decima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfino egregii comitis. Jacobus de Fafoneis ciuis Jadre et Çiuitanus de Drauez mercator Jadre faciunt, constituunt et ordinant Çoillum de Butouano ciuem Jadre presentem et mandatum sponte suscipientem eorum sindicum, actorem et procuratorem liberum et generalem ad omnes questiones, lites et controuersias ipsorum, quas habent uel habere intendunt et ad exigendum et recipiendum quicquid eis debetur et debebitur, quoquo modo et ex quacumque de causa tam per cartas quam sine cartis, cum quacumque persona uel personis. Dantes et concedentes ei[dem domin]o procuratori plenam potestatem coram quacumque curia Jadrensi agendi, deffendendi, respondendi, citandi, placitandi, aduocatorem tollendi, de calumpnia et ueritate dicenda in animabus ipsorum iurandi, cartam securitatis de recepto faciendi, et omnia alia et singula necessaria et utilia in predictis faciendi, que merita causarum exigunt et requirunt et que ipsimet facere possent, si presens (!) adessent. Promittentes firmum et ratum habere et tenere perpetuo quicquid in predictis per dictum eorum procuratorem factum et procuratum fuerit sub obligacione bonorum suorum omnium presentium et futurorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Grubogna et Marco olim Marini Girardo Jadrensibus.

(Drugi rukopis.)

Ego Vitus Galellus iudex examinator examinaui.

Ego Nicolaus condam Johannis Jadrensis notarius interfui, rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.).

Original u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 32.

369.

1317, 31. maja. U Zadru.

Na dražbi prodaje se prihod otoka Žirja, vlasništvo samostana sv. Kuzme i Damijana Franji de Ziualellis.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo decimo septimo, indictione quinta decima, die ultimo mensis madii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini fratris Nicolay Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfini egregii comitis. Testificans testificor ego quidem Guido Jadrensis curie preco et riuarius in salute anime mee et in ueritate que Christus est, dico, quomodo habita licentia et uerbo a prenominato domino comite suisque iudicibus et curia ad incantandum et preconiçandum redditus medietatis pro indiuiso insule Çuri, que est monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte per duos annos post terminum et tempus, quo debet tenere dictam medietatem insule Franciscus de Ziualellis; cuius insule aliam medietatem tenet Micha de Scolatura; ad instantiam et petitionem Leonardi de Formino et Dobre de Begna ciuium Jadre pro quodam euidenti debito librarum quinquaginta denariorum venetorum paruorum cum expensis, quas dictum monasterium dare debebat et tenebatur eisdem Leonardo et Dobre pro gabella bladi, quam idem Leonardus et Dobre emerant e comuni Jadre; in qua uero medietate insule dicti Leonardus et Dobre positi fuerunt in tenuta et pacamento per sententiam dicti domini comitis et sue curie pro predicto debito. Et cum plures dies predictum redditus(!) medietatis dicte insule duorum annorum post terminum et tempus, quo tenere debet dictus Franciscus de Ziualellis, incantassem alta uoce clamando requirens per plateas Jadre in locis consuetis, quod plus danti et offerenti quod sibi daretur et deliberaretur, tandem contentauit se dictus Franciscus de Ziualellis de ipso redditu medietatis dicte insule daturus libras quinquaginta unam denariorum venetorum paruorum; et sic iterum per unum mensem et ultra predictum redditus(!) duorum annorum dicte insule post terminum quo tenere debet dictus Franciscus incantassem alta uoce clamando requirens per plateas Jadre in locis consuetis, quod si aliquis esset. qui uellet dare ultra pecuniam iam promissam, quod sibi daretur et deliberaretur; et cum nemo appareret, qui de ipsa uellet plus dare nec eciam tantum, seruata solempnitate statutorum Jadre, morum et consuetudinum, que solent in talibus obseruari et noti-

ficato ipso incantu per ecclesias et monasteria diebus fereatis, ut moris est, et de mandato et licentia suprascripti domini comitis et iudicum predictum redditus(!) duorum annorum medietatis dicte insule post tempus dicti Francisci, ut dictum est, dedi, uendidi et deliberaui sub logia magna Jadre, die dominico fer[e]ato in presentia Damiani olim Pauli de Begna iudicis, cui predicta deliberatio fuit comissa, predicto Francisco pro predictis libris quinquaginta unam(!), quas dictus Franciscus dedit et persoluit predictis Leonardo et Dobre pro predicto eorum debito et expensis. Vnde a modo in antea predictus Franciscus cum heredibus et successoribus suis plenam habeat uirtutem et potestatem predictum redditus(!) duorum annorum medietatis dicte insule Çuri cum suis pertinentiis post terminum seu tempus quo tenere debet dictus Franciscus dictam medietatem insule, intromittendi, habendi, tenendi, gaudendi, possidendi, dandi, donandi, uendendi, pro anima et corpore indicandi et omnia alia et singula faciendi sicut de suo proprio absque contradicione alicuius persone de mundo. Et hec omnia per ueritatem dico coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Micha presbitero sancti Michaelis et Cosma de Zigullis Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopisi).

† Ego Bolduin(!) Dolfin(!) comes Jadre manu mea scripsi.

† Ego Madius Varicassus iudex manum missi.

† Ego Damianus Jacobi de Begna iudex manum missi.

† Ego Grisogonus Petri de Sloradis iudex manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana rogovskog no. 48.

370.

1317, 3. jula. U Avignonu.

Ivan XXII. papa imenuje dominikanca Petra biskupom bosanskim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Petro episcopo Bosnensi salutem et apostolicam benedictionem. Suscepti sollicitudo regiminis cor nostrum instanti pulsat aculeo magna nos ecclesiis cura prospicere pro earum statu, quantum nobis ex alto permittitur, salubriter dirigendo; sed earum nos urget cura propensior, quas pro-

priis carentes pastoribus vacationis incommodis et antiquis hostis incursibus conspicimus subiacere, ut per operationis nostre ministerium tales preficiantur ipsis ecclesiis vacantibus in pastores, qui oves in deserto solitudinis oberrantes ad ovile reducant, et multiplicem centeno fructu referant dominici seminis ubertatem. Olim siquidem bone memorie Guiczardo tunc Bosnensi episcopo regimen Bosnensis ecclesie, cui tunc preerat, in manibus nostris sponte et libere resignante. Nos huiusmodi resignatione admissa administrationem dicte Bosnensis et de Diaco Quinqueecclesiensis diocesis ipsi Bosnensi subiecte ecclesiarum in spiritualibus et temporalibus venerabili fratri nostro Benedicto olim Vaciensi episcopo, nunc in archiepiscopum Ragusinum electo, usque ad apostolice sedis beneplacitum exercendam commisimus, quam priusquam idem Benedictus per nos fuerit in archiepiscopum promotus, certis ex causis duximus revocandam. Postmodum vero pii patris more laudabili, attenta meditatione pensantes dispendia, dampna et incommoda, que ecclesiis viduatis ex diutina vacatione proveniunt, et volentes dictas Bosnensem et de Diaco ecclesias, prout ex officii nostri debito perurgemur, ab huiusmodi dispendiis, dampnis et incommodis perservare, cum nullus preter nos hac vice de ipsius Bosnensis ecclesie ordinatione se intromittere potuerit, pro eo, quod nos iam dudum ante revocationem huiusmodi provisiones omnium ecclesiarum tam cathedralium, quam aliarum tunc apud dictam sedem vacantium et inantea vacaturaram nostre et eiusdem sedis dispositioni reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, post vigilem, quam ad preficiendum eidem Bosnensi ecclesie personam utilem et etiam fructuosam adhibuimus, diligentiam te ordinem fratrum Predicatorum professum in sacerdocio constitutum, cuius de sacre scripture noticia, religionis zelo, vite mundicia et aliis multiplicibus meritis probitatis fidedigna testimonia perhibentur, de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis eidem Bosnensi ecclesie in episcopum preficimus et pastorem, curam et administrationem earundem Bosnensis et de Diaco ecclesiarum tibi in spiritualibus plenarie committendo, et subsequenter tibi fecimus per venerabilem fratrem nostrum Nicolaum episcopum Ostiensem munus consecrationis impendere, firma spe fiduciaque concepta, quod dextera domini te in sublime virtutum et bonorum operum exaltante, dicta Bosnensis ecclesia optatis proficiet incrementis, oves, que a sinu eius deviant, ad ovile tui laboris humeris reportabis, dura corda vomere predicationis aperies, aperta semine domini verbi seres, et sata fructu multiplici fecundabis. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino reverenter supportans, te in

ipsius ecclesie Bosnensis ampliandis honoribus et profectibus procurandis sic reddas sine intermissione sollicitum, sic pervigilis pastoris observes excubias, et murum te opponas ascendentibus ex adverso, gregem dominicum in illa vigilantie tue commissum doctrina verbi et operis informando, quod evulsls erroribus et virtutibus stabilitis super fidei fundamentum apud remotos proximos tua fama clareat per effectum, et in delectationem nobis veniat te oportuno tempore graciosius prosequi, ac tuis desideriis favorem benivolum impertiri. Datum Avinione V., nonas iulii, anno primo.

In eodem modo. Dilectis filiis . . . Preposito et capitulo ecclesie de Diaco Quinqueecclesiensis diocesis, ecclesie Bosnensi subiecte, salutem etc. Suscepti etc. usque fecundabit. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Petro episcopo, tamquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, et exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, eius salubria monita et mandata suscipiatis devote et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, etc, Datum ut supra.

In eodem modo. Dilectis filiis universis vassallis ecclesie Bosnensis et ecclesie de Diaco Quinqueecclesiensis diocesis, eidem ecclesie Bosnensi subiecte, etc. Suscepti etc. usque fecundabit. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus predictum Petrum episcopum debita honorificencia prosequentes, ei fidefitatem solitam, necnon consueta servicia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sentenciam sive penitenciam, quas idem Petrus episcopus rite tulerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum ut supra.

Theiner Mon. Hung. I. no. 692. str. 458.—459. Iz reg. orig. an. I. comm ep. 3542.

Fermendžin Acta Bosnae str. 20.

371.

1317, 3. jula. U Avignonu.

Ivan XXII. papa preporuča novo imenovanoga biskupa bosanskoga Petra kralju Karlu Robertu.

Johannes episcopus servus servorum dei carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Divine gratia maiestatis acquiritur, si ministris eius in hiis precipue, qui

pontificali sunt prediti dignitate, pro ipsius reverencia condignus honor impenditur et favor necessarius exhibetur. Olim siquidem etc. usque fecundabit. Quocirca serenitatem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus exinde Petrum episcopum ob reverenciam apostolice sedis et nostram benigne recipiens, sic te reddas in regio favore munificum, et in cunctis oportunitatibus generosum, quod idem Petrus episcopus tue celsitudinis fultus auxilio in commissa sibi cura pastoralis officii possit assidue, deo propicio, prosperari, ac tibi exinde a deo perempnis vite premium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum ut supra.

Theiner Mon. Hung. I. br. 693. str. 459. Iz reg. orig. an. I. comm. ep. 3542.

372.

1317, 8. jula. U Avignonu.

Ivan XXII. papa prenosi Benedikta biskupa Svačkoga na nadbiskupiju dubrovačku.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Benedicto archiepiscopo Ragusino salutem etc. Quam sit onusta dispendiis, quam plena periculis quantaque discrimina secum trahat diutina ecclesiarum vacatio, sollicite considerationis indagine perscrutantes etc. Nuper siquidem ecclesia Ragusina ex eo pastoris regimine destituta, quod nos venerabilem fratrem nostrum Bartholomeum Tranensem tunc Ragusinum archiepiscopum a vinculo, quo tenebatur dicte ecclesie Ragusine, cui tunc preerat, absolventes, ipsum ad Tranensem ecclesiam tunc pastore carentem duximus transferendum, preficiendo eum ipsi ecclesie Tranensi in archiepiscopum et pastorem. Postmodum vero de provisione ipsius ecclesie Ragusine, ne vacationis dispendia prolixa (incurrat), sollicite cogitantes, post deliberationem, quam de preficiendo eidem ecclesie Ragusine personam ydoneam, que sibi preesset salubriter et prodesset, cum nostris fratribus habuimus diligenter, ad te tunc episcopum Suacinensem, consideratis muneribus gratiarum, quibus personam tuam dominus multipliciter insignivit, quodque tu eo iugiter de virtute proficisceris ardentius in virtutem, quo ex mutatione illius ad altiora noveris te promotum, direximus oculos mentis nostre: quibus omnibus debita meditatione pensatis, te a vinculo, quo tenebaris ecclesie Suacinensi predicte, cui tunc preeras, absolvimus, et ad prefatam ecclesiam Ragusinam transtulimus de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis, preficiendo te ipsi ecclesie Ragusine in archiepiscopum et pastorem,

liberam tibi concedendo licentiam ad prefatam Ragusinam ecclesiam transeundi, curamque et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus committendo, et deinde palleum de corpore beati Petri sumptum, insigne videlicet pontificalis officii, a te cum ea qua decuit instantia postulatum per dilectum filium nostrum Napoleonem sancti Adriani diaconi cardinalis tibi fecimus exhiberi, firma spe fiduciaque tenentes, quod cum sis vir vite laudabilis et conversationis honeste, litterarum scientia preditus, morum honestate decorus, in spiritualibus providus et in temporalibus circumspectus, eadem Ragusina ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi suffragante divina, salubriter et prospere dirigetur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi honus a domino devote supportans, sic curam et administrationem predictam diligenter gerere studeas et utiliter prosequaris, quod eadem ecclesia Ragusina sub tua uigilantia votivis iugiter amplietur commodis et felicibus proficiat incrementis, tuque proinde nostram et dicte sedis gratiam tanquam benedictionis filius uberius consequi merearis. Datum Avinione, VIII. Idus iulii, pontificatus nostri anno primo.

In eodem modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Ragusine, et populo civitatis et diocesis Ragusine.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. br. 188. str. 133. Iz reg. an. I. par. 4. ep. 3365.

373.

1317, 2. augusta. U Dubravi.

Pred biskupom zagrebačkim Augustinom prodaju njegovi predijalci Joakim i Ilija zemlju svoju Glogovnicu u županiji dubravskoj svomu bratu Ivanu za 17 maraka.

Nos frater Augustinus miseracione diuina Zagrabiensis episcopus significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem, quod Joachino et Elya filiis Petk ab vna parte, ab alia autem Juan fratre ipsorum uterino, predialibus nostris de Dombro, coram nobis personaliter constitutis, idem Joachinus et Elya quandam partem terre uel possessionis eorum Glogonicha uocate, in comitatu nostro de Dombrou existentis, metis et terminis infrascriptis distinctam, que eis in diuisione cesserat habita cum fratre eorum, prenominatis, confessi sunt vendidisse, tradidisse et assignasse cum utilitatibus, pertinenciis et appendiciis suis

vniuersis, in tercia parte molendini in aqua Prasancha existentis, antedicto Juan fratri eorum et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus pro decem et septem marcis bonorum denariorum banalium receptis plene, ut dixerunt, iure perpetuo tenendam et habendam ac irreuocabiliter possidendam, debitis daciis et collectis ac seruiciis vniuersis debitis nobis et successoribus nostris plene in eadem reseruatis; hoc adiecto, quod, si processu temporis ipse uel sui heredes notam infidelitatis uel ingratitudinis incurrerent, quod absit, de omni iure et proprietate ipsius possessionis caderent eo facto, ullo unquam tempore ad eandem reuersuri. Cuius quidem possessionis mete et termini, prout nobis Thomas sacerdos sancti Martini de Dombro, qui presentibus omnibus commetaneis et vicinis metas ipsius possessionis conscripsit ex nostro speciali mandato, nobis in scriptis reportauit, hoc ordine distinguntur: Prima meta videlicet incipit circa siluam ab arbore piri cruce signata et uadit uersus occidentem directe per sulcum ad arborem barkocha, deinde uadit ad arborem cher cruce signatam, inde ad arborem harast cruce signatam, inde ascendendo uenit ad arborem harast cruce signatam, inde ascendit per sulcum et ad magnam uiam, que uadit in Kemluk contra truncum cerasi, qui est in terra Breza, inde per eandem magnam uiam uadit uersus aquilonem in magno spacio et uenit ad duas arbores cher terra circumfusas, inde uersus orientem uadit ad arborem nirfa cruce signatam, de qua uadit uersus orientem directe et uenit ad magnam arborem cher, inde uadit per antiquam metam et uenit ad dumum auellanarum, qui est in fenili, inde [ad][1] dumum requecie, deinde uersus orientem per sulcum et uenit ad siluam[2] ubi est uia Gorgotin cholnik, per quam uiam uenit vulgo ad cladam Dobonicha, inde ad arbores harast, que tenent antiquam metam, inde ad arborem zyl, inde ad arborem iegune cruce signatam, inde uersus orientem uadit per siccum Golgonicham[3] et uenit ad terram Buzad et per eandem cadit in aquam Praznicha[4]. Inde, per eandem aquam uadit uersus occidentem et uenit ad arborem libasani harast cruce signatam, inde ad duas arbores geryan (!), que sunt in fenili, inde ad uiam uadit directe et per eandem uiam ad arborem harast cruce signatam, inde uenit ad priorem metam, ibique terminatur. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Dombro, in festo sancti Stephani pape et martiris, anno domini MCCCXVII°.

[1] Očito ispušteno.
[2] Slijedi precrtano »ad«.
[3] Gore »Glogonicha«.
[4] Gore »Prasancha«.

Iz prijepisa kralja Karla od 6. oktobra god. 1341. Iz kodeksa Liber privil. eppatus Zag. list 36. — Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: 1. B. IX. 167.

Krčelić Hist. eccl. Zagrab. 103. — Katona Hist. crit. VIII. 359. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 2. 94 (spominje) VIII. 6, 42 (regest).

374.

1317, 20. augusta. U Avignonu.

Ivan XXII. papa opominje bana Mladena radi primorskih gradova.

Joannes . . . . dilectus filius, frater Michael minister generalis fratrum ordinis Minorum in nostra proposuit presencia constitutus, quod cum Milandinus(!), princeps Croatarum et Bosne in provincia Sclavonie pararet se cum exercitu suo tam per mare quam per terram ad veniendum contra civitatem Traguriensem; cives Tragurienses timentes, ne per locum fratrum Minorum situm extra dictam civitatem, sed vicinam tamen menibus civitatis eiusdem dicta civitas expugnaretur facilius et etiam caperetur, locum ipsum occasione huiusmodi funditus destruxerunt . . . . . Datum Avenione(!), XIII. kalendas septembris, anno secundo.

Wadding Annal. Minor. VI. 501. — Katona Hist. crit. VIII. 357. — Feiér Cod. dipl. Hung. VIII. 2. 90.

375.

1317, 10. septembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački izjavljuje, da će izdati pismo glede prodaje posjeda Stjepana sina Ipočeva (Gostović), ako u roku od 15 dana ne podnesu pismo bansko glede zaprijeke prodaje sinovi kneza Junka i dr.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie damus pro memoria, quod filii comitis Junk et filii Ladizlai et Thomas filius Dominici, si a data presencium usque ad quindecim dies cum litteris bani iustam causam prohibicionis non atulerint, deincep nos super vendicione possessionis[1] Stephani filii Ipoch nostras litteras testimoniales uel priuilegium secundum formam debitam concedemus. Datum sabbato proximo post festum natiuitatis virginis gloriose.

---

[1] Goztouich.

Iz prijepisa zagrebačkog kaptola od 28. septembra g. 1317., kako ga prepisao isti kaptol 16. juna g. 1351.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.336. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 446. no. 10.

376.

1317, 20. septembra. U Požegi.

Požeški kaptol prepisuje za Nikolu Grgurova svoju listinu od 26. maja god. 1268., koja sadržaje kup zemlje udove Posine učinjen po Grguru Keneziju.

Capitulum ecclesie beati Petri de Pasaga omnibus Christi fidelibus tam presentibns quam futuris salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Nicolaus filius Gregorii ad nostram personaliter accedendo presenciam a nobis humiliter postulauit, quod quia priuilegium nostrum quondam antedicto patri suo super facto possessionum emanatum per concremacionem ecclesie et sacristie fratrum Minorum de villa Pasagauar foret amissum, ut dicebat, cuius par priuilegii solito more in camera ecclesie nostre debuit reseruari, quereremus, eius dignis peticionibus annuentes, vbi ceterorum nobilium priuilegia in dicta camera ecclesie nostre sunt deposita diligenter querendo reperimus, cuius tenor talis est: *(Slijedi listina istoga kaptola od 26. augusta g. 1268., kojom udova Pose prodaje zemlje Grguru Keneziju).* Nos igitur presens priuilegium nostrum rite et legitime emanatum comperimus et eidem Nicolao de verbo ad verbum rescribi fecimus et caractere sigilli nostri communiri. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in vigilia beati Mathey apostoli, anno domini M⁰ CCC⁰ decimo septimo.

Iz prijepisa i potvrdnice kralja Karla od 22. decembra g. 1317. prepisane po kaptolu bosanskom 12. februara 1400.

Original potonjega u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.721. Stara sign.: N. R. A. fasc. 1502. no. 16.

Istu povelju potvrdio god. 1323. mjes. januara kralj Karlo Roberto.

377.

1317, 28. septembra. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolom prodaje Stjepan sin Ipočev svoj posjed Gostović za 100 maraka Nikoli Ludbreškom.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilibus viris Stephano filio Ipoch ex vna parte, ex altera vero magistro Nicolao de Ludbregh coram nobis personaliter constitutis, idem Stephanus quandam terram seu possessionem suam Goztouich nuncupatam, in qua videlicet ecclesia ad honorem sancti Laurencii est constructa, cum vtilitatibus, pertinenciis et appendiciis suis vniuersis sub eisdem metis, signis et terminis, prout in litteris serenissimorum regum Hungarie, Bele videlicet et Stephani felicissime recordacionis continetur, dixit et confessus est se vendidisse, tradidisse et assignasse antedicto magistro Nicolao et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam pro centum marcis bonorum denariorum banalium receptis et habitis ab eodem magistro Nicolao partim in promptis denariis, partim uero in ornamentis dominarum, plenarie sicut dixit. In signum eciam huiusmodi uendicionis et maiorem certitudinem litteras supradictorum illustrorum (!) regum, quarum vigore supradictam terram Goztouich iamdictus Stephanus tenuit et possedit vsque modo, ad manus memorati magistri Nicolai tradidit et eciam assignauit. In cuius rey memoriam et perpetnam firmitatem presentes ad instanciam parcium contulimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum feria quarta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo.

Iz originalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od 24. augusta g. 1348 u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.325. — Stara signatura N. R. A. fasc. 465. no. 7.

378.

1317, 28. septembra. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim ustanovljuje se prodaja zemlje Gostović.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus uxpedit vniuersis presencium per tenorem, quod Stephanus filius Ipoch in nostri presencia personaliter conparens petiit a nobis, ut super vendicione terre sue Goztouich de sancto Laurencio nuncupate, quam vendicionem per prohibicionem comitis Johannis filii Junk fratrum et filiorum eiusdem asserebat impeditam diucius et protractam, nostras dare litteras stabiles seu priuilegium dignaremur, sed quia precedenti die quidam nuncius ipsius Johannis, fratrum et filiorum eiusdem Martini filii Ladizlai de Rakounok, necnon fratrum eiusdem ac Thome filii Dominici ad nos accesserat et dicebat, quod illa terra Goztouich, que vendicioni exponitur in eorum vicinitate esset, et ipsi essent parati ad emendum, nos litteras destinauimus ad eosdem, ut ab illo die usque quindecimum diem uel cum pecunia siue precio illius terre coram nobis compareant, aut causam racionabilem super prohibicione nobis reddant uel solum litteras bani nobis exhibeant continentes talem materiam uel mandatum, quibus consideratis donacionem litterarum nostrarum denegare uel differre possimus absque iniuria uenditoris. Cum autem predicti quindecim dies completi et insuper alii sex dies transiuissent, supradictus Stephanus filius Ipoch ab vna parte, et magister Nicolaus de Ludbreg ex altera comparentes exhibuerunt coram nobis litteras nostras in hec uerba: *(Slijedi listina istog kaptola od 10. septembra g. 1317.)* Exhibuerunt eciam patentes litteras Chasmensis capituli tenorem huiusmodi continentes: *(Slijedi listina čazmanskog kaptola od 30. maja g. 1315.)* cum instancia postulantes, ut super vendicione et empcione predicte terre nostras litteras concedamus. Nos vero considerantes querimoniam et iusticiam ipsius Stephani, in cuius grauamen uendicionis dilacio imminebat, et quod ad officium nostrum pertineat contractus inter regnicolas et regni nobiles coram nobis habitos scripture testimonio communire, maxime cum nullus ex vicinis et prohibitoribus predictis appareret, qui uel offerat pecuniam venditori uel emanacionem litterarum nostrarum ualeat racionabiliter prohibere, nostras litteras et priuilegium concessimus super empcione et vendicione habita inter partes. Datum feria quarta proxima ante festum beati Mychaelis archangeli, anno domini M^{0}CCC^{0} decimo septimo.

Iz originalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od 16. juna g. 1351. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O D. L. no. 33.336. — Stara signat. N. R. A. fasc. 446. no. 10.

379.

1317, 4. oktobra. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim prodaje Pavao sin Matejev zemlju svoju u Kamarči Ivanu sinu Lukačevu itd. za 9 maraka.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Paulus filius Mathey a parte vna, ab altera autem Johannes filius Lukach pro se et aliis fratribus suis, Jacobus filius Jacov rufi similiter pro se et aliis fratribus suis personaliter coram nobis constituti, idem Paulus porciones terrarum suarum super ecclesiam beati Martini et infra eiusdem ecclesie in diuisione ipsum solum pro porcione in Kamarcha contingentes, cum attinenciis, adiacenciis et vtilitatibus ad easdem usque fluuium Chesmycha expectantibus vniuersis, dixit et confessus est vendisse(!) eisdem filiis Lukach et Jacov rufi ac per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus pro nouem marcis denariorum irreuocabiliter habendas et iure perpetuo possidendas, salua et excepta quadam particula pro quatuor marcis filiis Farkasii filii Datiani per eundem Paulum obligata, quam prefatis filiis Lukach et Jacov dictus Paulus pro predicta sumpma pecunie quatuor marcarum annuit et concessit ab eisdem filiis Farkasii loco et tempore redimendam. Astitit eciam personaliter in nostri presencia Petrus filius Luka gener eiusdem Pauli, qui huic vendicioni et empcioni in nullo contradicens suum prebuit consensum pariter et assensum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum feria tercia proxima ante octauas festi beati Mykaelis archangeli, anno domini millesimo CCC decimo septimo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1317.

Na listini visi svilena vrvca zelene i žute boje; pečat je otpao.

380.

1317, 30. oktobra. U Trogiru.

Trogirani i Spljećani izmiruju se po svojim pouzdanicima.

Anno MCCCXVII. penultimo mensis octobris, nobiles viri domini Simon comitis Marini, Daniel Jacobi et Joannes Petri Duymi consules communis Tragurii de voluntate, praesentia, consensu et auctorișate totius consilii generalis in palatio dicti communis more solito congregato et ipsum consilium totum una cum dictis consulibus nomine et vice dicti comitis unanimiter fecerunt, constituerunt et ordinaverunt Michoem Stepe praesentem et manuscripto eorum et dicti communis legitimum sindicum, procuratorem, actorem, factorem et nuncium Spalatensem ad promittendum nomine dicti communis et pro eo communi seu sindico civitatis Spalati ipsum commune conservare indempnem a promissione, obligatione et fideiussione per dictum commune Spalati seu eius sindicum facta seu facienda pro communi Tragurii de X. mille librarum venetorum parvulorum coram nobilibus viris dominis Thomasio de Nigris potestate civitatis Spalati, Petro Petracche, Egidio Raynaldi, Grubulo Theodosii et Andrea Michatii, arbitris inter dictum commune Tragurii ex una parte, et dominos Simonem comitis Marini, Danielem Jacobi et socios ex altera parte, promissione et bonorum ipsius communis Tragurii obligatione ad sensum et laudem cuiuslibet sapientis dicto communi Spalati et generaliter ad omnia alia et singula libere facienda et exercenda, que ipsi ̦sindici et procuratores in praedictis et circa praedicta visa fuerint expedire. Ratum et actum Tragurii in palatio communis, praesentibus Cipriano Marini, Jantio Assalini et Silvestro Valentini testibus rogatis et Petro Gregorii Susi examinatoribus.

Original nalazio se nekoč u komorskom arkivu u Budimpešti, sada ga tamo ne nadjosmo.

Lucius Memorie di Traù. 159.

Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 6. 41.

381.

1317, 14. novembra. U Trogiru.

Liberije biskup trogirski imenuje svojim generalnim vikarima arcidjakona Kasaricu i primicera Lampredija.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimo septimo decimo, indictione quinta decima, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie et temporibus uenerabilis patris domini Liberii episcopi, egregii viri domini Pauli de Breberio comitis, et nobilium virorum dominorum Symonis comitis Marini, Danielis Jacobi et Johannis Petri Duymi consulum ciuitatis Tragurii, die XIIII. mensis nouembris. Vniuersis et singulis presentes licteras inspecturis Liberius miseratione diuina Traguriensis episcopus in vero salutari salutem. Nouerit vniuersitas uestra, quod nos constituimus, ordinauimus et fecimus disscretos (!) viros dominos Kasariçam archidiaconum et Lampridium primicerium maioris ecclesie Traguriensis ibidem presentem nostros vicarios generales et speciales in spiritualibus, dantes et concedentes eisdem in omnibus et singulis causis et questionibus, que ad audienciam nostram et curie episcopatus nostri tam in ciuitate Traguriensi quam diocessi(!) in spiritualibus pertinere nosscuntur(!), preccariam congnitionem omnium causarum ciuilium et criminalium atque liberam et generalem potestatem congnoscendi nostrorum subdictorum(!) excessus, rebelliones et crimina et aliorum quorumlibet ad nostram iurisdictionem de iure spectancium seu qui expectare quomodolibet et pertinere possunt iurisdicendi, inquirendi tam in capite quam in membris, visitandi et corrigendi, excomunicandi et absoluendi, et si opus fuerit curie secularis publicum auxilium invocandi; verum etiam delinquentes debita pena seu penis puniendi et condempnandi et exequendi, et omnes lites et questiones, quas congnouerint fine canonico seu debito terminandi, diffiniendi et sentenciandi et beneficia conferendi, dando ac eciam committendo eisdem vicariis generalibus in predictis et quolibet predictorum ac dependentibus ab eisdem quanto melius de iure et de facto possumus generalem et specialem iurisdictionem et integre vicos (!) nostras, omni dumtaxat eisdem alienationis, permutationis et obligationis actu penitus interdicto; quibus eciam damus et concedimus tanquam nostris et dicte nostre ecclesie vicariis liberum et generale mandatum agendi et defendendi in quacumque curia et coram quocumque iudice ecclesiastico uel seculari, eorum processus in omnibus nostris causis et litibus tam ciuilibus quam criminalibus appelandi et prosequendi, contradicendi et opponendi, conueniendi

et compromittendi, iuramentum de calumnia seu de ueritate dicenda et cuiuslibet alterius generis iuramentum in animam nostram loco nostri prestandi et exigendi, et specialiter beneficium restitucionis in integrum postulandi, si fuerit opportunum, et generaliter ad omnia alia et singula libere faciendi et exercendi, que posset facere ac deberet quilibet uerus et legitimus vicarius, et que nos possemus facere ac exercere, si personaliter interessemus, ratum, gratum et firmum perpetuo habituri per nos et successores nostros omne et quidquid per sepedictos vicarios in premissis et quolibet premissorum diffinitum, iudicatum, condempnatum et sententiatum fuerit, uerum eciam actum, procuratum, statutum et ordinatum fuerit per ipsos sub obligatione bonorum nostrorum et dicti nostri episcopatus Traguriensis; reuocantes nichilominus per presentes omnes et quemlibet nostrum et dicte nostre ecclesie vicarium per nos factum, ordinatum et constitutum seu constitutos usque in presentem diem, ipsius uel ipsorum iurisdictionem, potestatem et mandatum ex nunc penitus annullando, saluo et reseruato çuppanatu Joue Petri Duymi, in quo eum penitus confirmamus.

Actum Tragurii in sala palacii dicti domini episcopi, presentibus dominis Symone comitis Marini, Daniele Jacobi, Joue Petri Duymi et Marino Andree et pluribus aliis testibus rogatis.

(Signum notarii.)

Ego Johanne(!) Lanberti de Ancona auctoritate inperiali (!) notarius et nunc iuratus communis Tragurii hiis omnibus interfui, rogatus sribere scripsi et publicaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 41.

Na hrptu savremeno: »Vicariatus domini Lampredii primicerii Traguriensis«.

382.

1317, 17. novembra.

Bilješka o oporuci Nikole Kazotija.

Item reliquit (sc. Nicola Kasocti) libertatem omnibus suis servis et prestanuus, maribus et feminis, ita, quod sint liberi ab omni vinculo servitutis, ad quod sibi modo aliquo tenerentur; heredes instituit Donatum Kasoctum et Bunam filios Bitcule et Tragurine filie X. partem, nominat uxorem Goyam. Ex testamento Nicole Casocti.

Notae Joannis Lucii fol. 43. b. Starine XIII. 229.

383.

1317, 22. novembra. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski zapovijeda kaptolu zagrebačkomu neka uvede u posjed Blizne Renolda Novogradskoga.

Karulus dei gracia Hungarie etc. rex fidelibus nostris capitulo Zagrabiensis ecclesie salutem et graciam. Dicitur nobis in persona fidelis nostri magistri Renoldi de Wyuar, quomodo ipse in dominium cuiusdam possessionis Blyzna vocata in comitatu Zagrabiensi existentis ipsum omnis iuris titulo concernentem legitime vellet introire, super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Martinus de Rokonok vel Petrus filius Nezmel aut Georgius filius Thatar aliis absentibus, homo noster, ad facies dicte possessionis Blyzna vocate vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Renoldum in dominium eiusdem, statuatque et reambulet eandem per ueras suas metas et antiquas nouas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter separatam et distinctam relinquet et committat eandem prefato magistro Renoldo et suis posteritatibus iure ipsi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, euocet eosdem contra annotatum magistrum Renoldum in presenciam bani uel vicebani dicti regni nostri Sclauonie ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum redituros, et post hec huiusmodi possessionis, introduccionis, statucionis et reambulacionis ac metarum ereccionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et euocatorum, si qui fuerint, vicinorum et commetaneorum, qui premisse statucioni et reambulacioni ac metarum ereccioni intererunt nominibus, terminoque assignato eisdem bano vel vicebanis fideliter rescribatis. Datum in Vyssegrad, feria tercia proxima ante dominicam aduentus domini, anno eiusdem M⁰CCC⁰XVII⁰.

Iz uvodnice zagreb. kaptola od g. 1317. u originalnom prijepisu istog kaptola od g. 1376. u kr. zem. arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1315.

384.

1317, 26. novembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu (od 25. oktobra g. 1304.), kojom crkva zagrebačka kupuje imanje Gornji Garić.

Karolus dei gracia Vngarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ordo suadet equitatis et ad apicem pertinet regie maiestatis, vt et ea, que iuris ordine processerunt, illibata conseruentur, et que iuste petuntur, ad exaudicionis graciam admittantur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod venerabilis in Christo pater dominus Augustinus dei gracia episcopus Zagrabiensis dilectus et fidelis noster, nostro lateri reuerenter assidens, exhibuit nobis litteras priuilegiales capituli ecclesie Chazmensis super empcione terre Garigfeu uocate confectas, petens a nobis cum instancia, vt easdem ratas habere[1] et acceptas et nostro priuilegio dignaremur confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola čazmanskog od 25. oktobra g. 1304.).* Nos igitur, qui ex suscepti regiminis officio ecclesiarum comodis ac utilitatibus inuigilare et conseruacioni iurium earundem intendere debemus, peticionibus dicti domini episcopi iustis et modestis regio inclinati cum fauore, easdem litteras priuilegiales in nulla sui parte uiciatas de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes ratificamus, acceptamus et per omnia approbamus, predicteque terre empcionem, in quantum in nobis est, auctoritate regia perpetuo ualere statuentes presencium patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti magisti Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi Kukulliensis dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXVII°, sexto kalendas decembris, regni autem, nostri anno similiter decimo septimo.

Iz kodeksa: Liber privilegiorum eppatus. Zagr. list. 53. U arkivu nadbiskupije zagrebačke I. B. IX. 167.

---

[1] Slijedi precrtano: »dignaremur«.

385.

1317, 29. novembra.

Karlo Raberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje darovanje kralja Ladislava gradu Zagrebu zemlje Kobila.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod dilecti et fideles nostri cives de Monte Grecensi, comitem Mychaelem, villicum eorum ad nostram presenciam transmittentes, per eum nobis exhiberi fecerunt quasdam litteras Stephani quondam bani sub sigillo pendenti, tenorem privilegii domini Ladizlai quondam illustris regis Hungarie, felicis memorie, fratris nostri carissimi, super terra Kobila vocata confecti, et quarumdam aliarum litterarum tenores, prout in eisdem inferius exprimitur, continentes, petentes a nobis cum instancia, ut easdem litteras ratas habere et nostro dignaremur privilegio confirmare. Quarum tenor talis est: *(Vidi listinu od 13. januara g. 1310.)* Nos itaque peticionibus dictorum civium regio inclinati cum favore et ipsos in predicta possessione Kobyla eatenus, quatenus eandem a prefato rege Ladizlao, fratre nostro carissimo, optinuisse et habuisse dinoscuntur, inmobiliter conservare intendentes, predictas litteras Stephani bani de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, ratificamus, approbamus et auctoritate presencium confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis, Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii archidiaconi Kwkulliensis dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC decimo septimo, III. kalendas decembris, regni autem nostri anno similiter decimo septimo.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 92.—93.

386.

1317, 20. decembra. U Temišvaru.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski izmiruje sinove Stjepana Gorjanskoga.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum inter magistrum Paulum dictum

Kozol et Johannem dictum Butus filios magistri Stephani de Gara, super facto possessionum et aliarum causarum articulis dissensiones et controuersionis materia fuisset suscitata, tandem ipsos in nostri presencia speciali constitutos, volentes inter eos fraternalis dileccionis vnionem habere et seruari, taliter duximus pacificandos, quod idem magister Paulus vniuersas offensas et iniurias, sibi per Johannem fratrem suum illatas, in quibus eundem ordine iudiciario in presencia iudicis curie nostre plene conuicerat, ad nostram peticionem relaxauit et remisit; predictus autem magister Johannes, iurans ad manus nostras, assumpsit, vt de cetero contra eundem magistrum Paulum et magistrum Andream fratrem eorum nullius aduersitatis seu controversie mouebit questionem, sed cum eisdem in tranquilitate pacis et fraternalis dileccionis vnione permanebit. Obligans se, quod quandocunque huiusmodi nostre ordinacionis federa violauerit, et contra eosdem indebite processesit, et super hoc nobis veritas constiterit, eundem conpede salicea habeamus incipandi potestatem. Si autem iidem magistri Paulus et Andreas prefato magistro Johanni debitum fraternitatis non observarent, uel ipsum indebite molestarent, uel in suis iuribus perturbarent, nos ipsi magistro Johanni ex parte eorumdem, scita huius rei veritate, omnimode iusticie complementum faciemus. Datum in Temuswar, in vigilia beati Thome apostoli. Anno domini millesimo CCC° decimo septimo.

Iz originalne potvrde kralja Karla od g. 1329. u kr. ugarskom drž. arkivu u Budimpešti. Stara signatura N. R. A. fasc. 1506. no. 11.

Nagy Cod. dipl. Andeg. I. 450.

387.

1317, 22. decembra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Nikoli sinu Grgurovu listinu požeškoga kaptola od 20. septembra god. 1317., koja sadržaje prijepis listine istog kaptola ad 26. maja g. 1268. glede kupa zemlje udove Poše učinjena po Grguru Kneziju.

Karulus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie(!), Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui regibus dat salutem. Ordo suadet equitatis et ad apicem pertinet regie maiestatis, ut et ea, que iuris ordine processerunt illibata conseruentur, et que iuste postu-

lantur ad exaudicionis graciam admittantur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod accedens ad nostram presenciam Nicolaus filius Gregorii nobilis de Pasaga exhibuit nobis quasdam litteras priuillegiales capituli ecclesie beati Petri de Pasaga super empcione cuiusdam terre in Dobuch habite confectas, petens a nobis cum instancia, ut easdem ratas habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina požeškog kaptola od 20. septembra god. 1317., koja u sebi sadržaje listinu od 26. maja god. 1268.).* Nos itaque peticionibus dicti Nicolai fidelis nostri suadente iusticia regio inclinati cum fauore, tenorem dicti priuilegii in nulla sui parte viciati de verbo ad verbum presentibus inseri facientes eatenus, quatenus rite et legitime processerunt, ratificamus, approbamus et auctoritate presencium confirmamus. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis, Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archydiaconi Kukuliensis dilecti et fidelis nostri, anno domini M⁰ CCC⁰ decimo septimo, XI⁰. kalendas ianuarii, regni autem nostri anno similiter decimo septimo.

Iz originalnog prijepisa bosanskoga kaptola od 12. februara g. 1400. u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.721. Stara sign. N. R. A. fasc. 1502. no. 16.

388.

1317, 27. decembra. U Iloku.

Meštar Nikola ustupa svomu pouzdaniku Andriji posjed na Dravi.

Nos magister Nicolaus filius magistri Ugrini filii comitis Poros de genere Chaak, una cum domina matre nostra charissima, memorie commendantes significavimus quibus expedit universis, quod quia sexto anno post mortem magistri Ugrini patris nostri, comes Andreas filius Marani, per procuratorem domine matris nostre et Georgii Duris(!) proximi nostri in reportatione et restitutione privilegii nostri super facto Roholtza emanati, tempore predicti Ugrini iam amissi, fidele nobis cum impignoratione possessionis sue et amissione rerum et bonorum suorum exhibuit servitium, non coarctando nos pro aliqua summa pecunie, sed

ad nostram liberalitatem comittendo; nos in recompensationem servitiorum suorum, una cum domina matre nostra et Georgio Duro proximo nostro, ac civibus potioribus ac melioribus de Wilok nobis fideliter astantibus, habito tractatu et communi consilio cum eisdem, quamdam possessionem nostram Willio vocatam, circa Drawam adiacentem, in territerio Roholcza (!) existentem, cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis in eisdem metis et terminis, quibus prefatus magister Ugrinus pater noster dinoscitur possedisse et tenuisse, prout idem magister Ugrinus pater noster Zena fratri ipsius comitis Andree dederat et contulerat, ipsi comiti Andree et Petro, Beke, Paulo et Dominico, nec non et Stephano filiis predicti comitis Andree, et per eosdem suis heredibus, heredumque successoribus dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo et irrevocabiliter. Promittentes eisdem contra omnes, a quibus poterimus, in eadem possessione protegere et conservare. Nos autem domina mater Nicolai consors Georgii Duris ipsum Nicolaum fratrem nostrum et suos heredes, si promissa omnia violaverint, contumaciter in summa venditionis nostre subiaceat ipso facto. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri anulei munimine roboratas. Datum in Wilok, in festo beati Joannis apostoli et evangeliste, anno domini MCCCXVII.

Rukopis Istvanfia Cod. dipl. 101.—102.
Fejér Cod. dipl. VIII. 2. 139.—140.

389.

1317, 31. decembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački uvodi Renolda Novogradskoga u posjed Blizne.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod egregius vir Renoldus filius Renoldi de Wyuar, pro tunc capitaneus castri Zagrabiensis predicti ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit et presentavit, quod nos litteras serenissimi et magnifici principis domini Karuli dei gracia illustris regis Hungarie etc. regis(!) domini nostri graciosissimi introductorias, statutorias et reambulatorias nobis directas summa cum obediencia recepimus in hec verba: *(Slijedi listina kralja Karla od god. 1317. od 22. novem. kojom se nalaže zagrebačkom kaptolu, da Re-*

nolda uvede u posjed Blizne). Nos itaque premissis mandatis dicti domini regis, domini nostri metuendi obedire cupientes, vt tenemur, vna cum prefato Martino de Rokonok homine ipsius nostrum hominem, videlicet honorabilem virum magistrum Dominicum socium et concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reuersi nobis vniformiter retulerunt, quod prefatus homo ipsius domini regis presente dicto nostro testimonio, feria sexta proxima post dominicam gaudete etc. proxime preteritam, ad faciem predicte possessionis Blyzna vicinis et commetaneis suis vniuersis ibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, introduxisset prefatum magistrum Renoldum in dominium eiusdem, statuissetque eandem eidem et reambulasset, ac metas eiusdem possessionis Blyzna consignasset isto modo: Primam videlicet metam incepisset penes silluuam(!) fratrum Heremitarum a parte orientali Chrech vocata, inde procedendo versus septemtrionem per uerticem montis Luschicz vocati, inde ad quendam arborem graber vocatam, inde vadit ad quendam arborem castanee que consistit in meta condam(!) Anthonii a parte orientali, inde vlterius ad viam que vadit ad villam Batchuu[1] a parte septemtrionali, exinde ad kalische supra fonacem versus montem, inde procedit continue ad montem Thwztiwerh similiter a parte septemtrionali et per eundem montem directe procedit ad Nywicze vulgo Laazine eundo per eandem plagam in viam publicam ad viam que ducit ad villam Markwsewzcz(!), vltimate ad feneta sew prata in acie montis eiusdem circuiendo procedit per eundem montem directe ad viam que ducit ad villam Gratchan a parte occidentali supra Zwynnak, inde ad quendam fluuium sew fonacem Lomschyna a parte occidentali et sic terminasset metas[2] prescripte possessionis Blyzna cum cunctis earundem predictis vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet perpetuo possidendam, et legittimis diebus in facie eiusdem permanendo nullo penitus contradictore apparente. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis, statucionis et reambulacionis prenotatis, anno domini supradicto.[3]

Iz originalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od g. 1376. u kr. zem. arhivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1315.

---

[1] U kasnijim prepisima stoji »Bachini« »Bachwn«.
[2] Dva puta pisano.
[3] 1317.

390.

1317.

Kaptol kamenički (de Kw) posvjedočuje, da posjed Čeneški u vukovskoj županiji pripada Lambertu sinu Albertovu.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, capitulum ecclesiae de Ku salutem in omnium salvatoris. Provida fuit deliberatione permissum, ut ea, que racionabiliter statuerint, scriptis attentos roboraverat,[1] ne temporis lapsu a memoria mortalium evanescant, aut veritas temporis processu per falsitatis figmenta valeat impugnari. Proinde ad universorum notitiam tenore presencium volumus pervenire, quod Michael filius Gregorii de Cheneshei ab una parte, item Lampertus filius Alberti de eadem, suus proximus specialis ab altera coram nobis personaliter constitutus, dictum extitit per eumdem Michaelem, filium Gregorii et relatum, quod tam propter diligentiam ingentem ipsius Lamperti filii Alberti sui proximi, a temporibus sue infantie sibi oblatam et exhibitam, pre ceteris proximis suis, quam propter restitutionem sui instrumenta sive privilegia super quarta parte ipsius possessionis Chentei(?) ad ipsum spectante confecta, que per alios suos proximos taliter occupata detinenbantur, ut sibi in omnibus utilitatibus suis sulummodo dimidietatem sive portionem faciebant instrumenta(?), predictam quartam partem de ipsa possessione Chentei de iure ad ipsum pertinentem, si idem Michael filius Gregorii sine heredum solatio decesserit, reliquisset, legasset et coram nobis reliquit, legavit eidem Lamperto filio Alberti proximo suo speciali, et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo pacifice et irrevocabiliter cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis possidendam, tenendam, pariter et habendam. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem ad instantiam et petitionem partium prescriptarum presentes litteras nostras concessimus nostri sigilli munimine roboratas et alphabeto intercisas. Anno domini MCCCXVII. Joanne preposito, Ladislao lectore, Ladislao cantore, Michaele custode, Philippo canonicis ibidem deo famulantibus iugiter et devote.

Fejér Cod. dipl. VIII. 2. 138.—139. — Ex originali III. Com. Forgach.

---

[1] Jamačno ima biti: »roborarentur«.

391.

1317.—1320.

Računi nuncija Rufina o desetini u Slavoniji.

. . . .

In nomine domini amen. Notum fit omnibus, quod ego Rufinus de Civinio, olim archidiaconus Tollensis in ecclesia Quinqueecclesiensi, nuntius a sanctissimo patre et domino nostro domino Johanne divina providencia papa XXII. ad partes regni Ungarie, pro collectione fructuum primi anni beneficiorum vacantium in Strigoniensi et Collocensi civitatibus, diocesibus et provinciis intra triennium per ipsum dominum nostrum camere sue reservatorum, et pro recuperatione certarum pecunie quantitatum bone memorie domino fratri Gentili sancti Martini in Montibus presbitero cardinali, dudum in partibus illis apostolice sedis legato, pro suis procurationibus debitarum specialiter destinatus, recedens de Avinione intravi dictum regnum Ungarie die XXII. mensis octobris apud Zamber Zagrabiensis diocesis, anno nativitatis domini millesimo trecentesimo decimo septimo, et dictum regnum exivi die XII. mensis martii presentis anni millesimi trecentesimi vicesimi.

. . . .

. . . .

Civitatis et diocesis Zagrabiensis.

In civitate et diocesi Zagrabiensi dominus episcopus fecit quemdam subcollectorem et ego consensi. Postea idem episcopus venit ad partes istas et nunc est ibi, ego tamen non potui redire Zagrabiam, intellexi tamen, quod aliqua beneficia vacaverunt ibi, et dictus subcollector exigit partem debitam domino nostro, prout accepi: unde videretur michi, quod mitteretur pro dicto episcopo et preciperetur sibi, quod quicquid collectum est de fructibus supradictis in dicta diocesi faceret ad curiam deportari. Ego enim locutus fui sibi et interrogavi eum, si sciebat beneficia, que vacaverunt ibidem, et valorem ipsorum, qui dixit, quod nesciebat: tamen si precipiatur sibi, ut predixi, ipse illud, quod debetur in eadem diocesi sua, poterit ad cameram domini nostri facere deportari.

In civitate et diocesi Boxinensi.

Nichil vacavit, quod ascenderet ultra 6. marchas, facta super hoc pluries inquisitione diligenti, quia illa civitas et diocesis eius sunt prope scismaticos et sunt quasi destructe.

In civitate et diocesi de Ku.

Similiter nichil vacavit, quod ascenderet ultra 6. marchas, facta super hoc pluries inquisitione diligenti, quia ipse civitas et diocesis eius sunt prope scismaticos, et sunt quasi destructe.

. . . .

. . . .

Theiner Slav. Mer. I. no. 194. p. 136., 146—147. Iz Collectoria Hungariae. fol. 13.—27. — Katona Hist. crit. VIII. 349. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 2, 101.--134. — Monum. Vaticana. Rationes collectorum pontificiorum in Hungaria 1281.—1373. p. 13—38. — Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 82. (djelomice samo druga alineja).

392.

1318, 6. januara—decembra. (1341, 24. januara). U Trogiru.

Bilješke namira i primitaka, koji se tiču desetine naložene od pape Klementa V., a čine ih sabirači njezini u gradu i diecezi trogirskoj.

Hoc est exemplum quarumdam notarum super facto decime condam per felicis recordationis Clementem papam V. imposite pro subsidio terre sancte et alias contra hostes fidei catholice et super predicta in ciuitate et dyocesi Traguriensi, collectores creationum et per eosdem monitionum, preceptionum, ab eisdem receptionum, depositionum et per clericos et religiosas personas solutionum, transcriptum siue transumptum ex quaternis notarum, rogationum, protocollorum et contratuum(!) bone memorie domini Liberii olim episcopi Traguriensis, nec non et ex quaternis notarum venerabilis in Christo patris et domini domini Lampredii diuina miseratione episcopi Traguriensis temporibus, factorum per me notarium infrascriptum, visum, lectum et examinatum cum dictis quaternis notarum vna cum infrascripto notario de mandato et licentia predicti domini Lampredii episcopi ad requisitionem et instantiam reuerendorum virorum dominorum Jacobi archidiaconi, Nicholay primiçerii, dompni Thome canonici procuratoris capituli et tocius capituli ibidem astantis in presentia notarii et testium inferius contentorum.

In dei nomine amen. Anno millesimo trecentesimo decimo octauo, mensis ianuarii, die VI. intrante. Monasterium sancti Johannis de Tragurio siue sancti Nicholay soluit Lampredio primiçerio Traguriensi et domino Cipriano collectoribus ad hoc specialiter deputatis, et receperunt dicti libras XIII. paruorum pro collecta summi pontificis pro medietate anni presentis.

Die eodem item receperunt a monasterio sancti Petri de Tragurio libras[1] pro tribus solutionibus, quas ante non soluerunt pro collecta summi pontificis.

Die octauo dicti mensis. Item, dompnus Andreas Tringi soluit grossos IIII. venetorum pro dicta collecta dictis collectoribus anni presentis pro medietate solutionis. Item, dompnus Johannes Bratoslaui soluit pro dicta collecta dictis collectoribus pro anno presenti pro duobus collectis solidos VIII. paruorum.

Isti sunt qui soluerunt decimas summi pontificis primo die kalendas aprilis pro secundo anno: In primis soluit Lampredius primiçerius dompno Cepernge sacerdoti et collectori deputati (!) ex parte capituli una cum dicto Lampredio, cum iuramento libras IIII. paruorum in kalendis aprilis pro medietate anni Romane ecclesie. Item dompnus Ciprianus sacerdos soluit seu dedit solidos LVI. et paruos VIII., quos recepit primicerius tanquam collector ad hoc specialiter deputatus nomine et uice ecclesie Romane.

Isti sunt qui soluerunt decimam partem collecte summi pontificis in kalendis aprilis: In primis dominus primicerius soluit libras V. Item donpnus (!) Ciprianus sacerdos solidos LVI. paruos VIII.; item donpnus Johannes Petri dyaconus solidos XL.; item Johannes filius Herbine sacerdos solidos VI. et denarios VIII.; item, Sabulenus subdyaconus solidum I.; item, Stoyanus acolitus solidum I.; item, donpnus(!) Matheus sacerdos solidos IX.; item, donpnus Dominicus sacerdos solidos VII.; item donpnus Marinus dyaconus filius Dessimeri solidos IIII. cum dimidio; item donpnus Johannes sacerdos Circula solidos VIII.; item donpnus Marinus dyaconnus filius Dessimeri solidos IIII. cum dimidio; item, donpnus Johannes sacerdos Circula solidos VIII. item, donpnus Possilus sacerdos solidos XXVI. paruos VIII.; item Marinus Corlati acolitus solidos III.; item, donpnus Petrus sacerdos de Albona grossos IIII.; item donpnus Marinus dyaconus et canonicus grossos XXVI. et denarios VIII.; item Goye clericus paruos VI.; item donpnus Marinus sacerdos filius Jure grossos III.; item dominus archidiaconus Casariça solidos XL.; item dominus Albertus filius Marini acolitus solidos VIII., item Stoyanus clericus filius Vitci solidos[2], item domina Draga abbatessa (!) monasterii sancti Nicholay secundo, die mensis aprilis soluit libras X.

Isti sunt qui soluerunt decimas summi pontificis in kalendis octobris: In primis dominus Lampredius primiçerius soluit libras IIII., quas

---

[1] Slijedi prazno mjesto.

[2] Slijedi prazno mjesto sa znakom · ÷ ·

recepit nomine et uice curie Romane donpnus Ciprianus sacerdos, qui deputatus fuit collector specialis ad hoc cum iuramento; item donpnus Ciprianus sacerdos soluit solidos LVI. et denarios VIII., quos recepit dominus Lampredius primicerius nomine et uice curie Romane, qui deputatus fuit collector una cum dicto Cipriano specialiter et cum iuramento ad hoc deputatus.

Die XXVIII^{0}, mensis septembris in ecclesia kathedrali ad hoc specialiter deputati nos Lampredius primiçerius Traguriensis et Ciprianus canonicus dicte ecclesie ac exsecutores deputati per vniuersum clerum, uidelicet capitulum, abbatem monasterii sancti Johannis de Tragurio, de consensu eius conuentus, abbatissam sancti Nicholay et abbetissam(!) sancti Petri nec non et Johannis Caualucii, qui se dicit esse vicarium episcopi Traguriensis ad coligendam decimam de reditibus et prouentibus eorum debitam et impositam per summum pontificem tibi fratri Primo Traguriensi abbati pro primo, secundo et tertio termino et penitus, quia causa subest, precipiendo auctoritate qua fungimur nobis in hac parte concessa mandamus, quatenus decimam omnium prouentuum et redituum dicti monasterii sancti Johannis nobis in kalendis octubris(!) debeas assignare prout in litteris summi pontificis continetur, dando nunc medietatem dictarum decimarum in kalendis proxime venturis. Testes uero ad hoc uocati sunt et rogati: Johannes protomagister et Lucas eius filius nec non Jacomellus lapiçida.

Nos Kasariça archidiaconus et Lampredius primicerius una cum canonicis et clericis subscriptis in capitulo facto et conuocato ad hoc specialiter inuenimus, quod pecunia subscripta reseruetur in sacristia ecclesie sancti Laurentii maioris katedralis ecclesie.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo decimo tercio, indicione XI., die kalendas octobris. Donpni Lampredius primicerius et Ciprianus canonicus Traguriensis ac ellecti collectores decimarum, reddituum et prouentuum ecclesiasticorum per capitulum, abbatem monasterii sancti Johannis Traguriensis et abbatissis(!) utriusque monasterii uidelicet sancti Nicholay ac sanctissimorum apostolorum Petri et Pauli, nec non Johannem Caualuçium dicentem et asserentem se esse vicarium domini Liberii Traguriensis episcopi ac vniuersum clerum fuerunt confessi et contenti se cum omni diligentia habuisse et recepisse ac exegisse uice et nomine Romane ecclesie ab infrascriptis personis medietatem decime primi anni, ut ipsi in animabus suis hoc dixerunt. Qui dictam eis solutionem persoluerunt: In primis a domino Kasariça archidiacono libre III. uenetorum paruorum; item a domino Lampredio primiçerio libre V. venetorum paruorum; item a domino Marino Amblaxii Traguriense canonico libre III.

et solidi X. venetorum paruorum; item a Johanne Petri Traguriense canonico libre III. venetorum paruorum; item a donpno Possillio canonico, ut supra solidi XXV. venetorum paruorum; item a donpno Cepernga canonico, ut supra solidi LVI. et denarii VIII. venetorum paruorum; item a donpno Matheo Luciani canonico, ut supra solidi IX. venetorum paruorum; item a donpno Dominico Karbe canonico, ut supra solidi VII. venetorum paruorum; item a domina Draga abbatissa monasterii sancti Nicholay Traguriensis dyocesis libre X. venetorum paruorum; item a domina Staseia abbatissa monasterii sanctissimorum apostolorum Petri et Pauli libre VI. venetorum paruorum solidi XVIII. et denarii VIII.; item a donpno Johanne Circula sacerdote solidi VIII. venetorum paruorum; item a donpno Petro Obradi Marche grossi IIII. venetorum paruorum; item a donpno Johanne Sterbine solidi VI. venetorum paruorum; item a donpno Marino Dessimiri solidi IIII. et dimidium venetorum paruorum; item a donpno Sabulino solidi II. venetorum paruorum; item a Drusco pilipario pro donpno Daniele grossi VI. venetorum paruorum; item a donpno Luca sacrista solidi V. venetorum paruorum; item a Marino Corlati solidi III. venetorum paruorum; item a Goye clerico solidus I. venetorum paruorum; item a Dauid clerico solidus I. venetorum paruorum; item a Martino Pobrine solidus I. venetorum paruorum; item a Petro condam sacrista solidi II. venetorum paruorum; item a Michoye clerico solidus I. venetorum paruorum; item [a] Stoysceça clerico solidus I. venetorum paruorum; item a donpno Vito Lucasio in kalendis octubris solidi VIII. paruorum venetorum; item a domino Marino Andree pro filio suo solidi VIII. venetorum paruorum. Summa librarum XXXVIII. solidorum IIII. et denariorum V. paruorum.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimo XVIII.^{0}, indicione prima, die primo mensis aprilis. Dominus Lampredius primiçerius Traguriensis et donpnus Cepernga sacerdos dicte ecclesie Traguriensis exactores decime domini pape comiserunt Marino Cipriano et Stoysce Vitci nunciis iuratis, quatenus uadant et precipiant omnibus et singulis clericis dicte ciuitatis, ut soluere deberent decimam per eos et quemlibet eorum soluendum secundum mandatum apostolice sedis sub pena in litteris apostolicis contenta. Die primo mensis aprilis, donpnus Possillus canonicus maioris ecclesie Traguriensis soluit domino Lampredio primiçerio dicte maioris ecclesie et donpno Ceperngе sacerdoti pro decima anni presentis X. solidos venetorum paruorum. Item dictus dominus Lampredius pro decima sibi obueniente pro anno presenti soluit dicto donpno Cepêrnga solidos XX. paruorum; item donpnus Johannes Bratoslaui pro decima sibi obueniente pro anno presenti soluit dictis officialibus solidos IIII.; item dominus Sauinus abbas

monasterii sancti Johannis de Tragurio pro libris XIII. obueniendis ad soluendum pro decima anni presentis dedit et assignauit dictis dominis officialibus unum anulum magnum cum uno lapide rubeo et duos çurçellos auri; item domina abbatessa monasterii sancti Petri pro decima sibi contingente de anno presenti assignauit dictis officialibus unum turibulum argenteum die secundo mensis aprilis.

Anno domini millesimo trecentesimo XVIIII°, die primo kalendas aprilis. Donpnus Stanicha sacerdos, ciuitatis Tragurii soluit Lampredio primiçerio et electo Traguriensi pro collecta decime papalis pro medietate anni presentis solidos VIII. paruorum. Die secundo mensis aprilis donpnus Ciprianus sacerdos et canonicus ecclesie Traguriensis recepit a domino Lampredio primiçerio et ellecto eiusdem ciuitatis pro collecta decime summi pontificis pro medio anno de reditibus et prouendis (!) libras IIII. et dimidiam; item Johannes dyaconus et canonicus filius Petri assignauit unum cutellum furnitum de argento pro collecta decime papalis pro medio anno de redditibus et proventibus presentis anni domino Lampredio primiçerio et electo et Cipriano suprascripto pro soldis XX. paruorum venetorum; item frater Sauinus abbas monasterii sancti Johannis de Tragurio soluit Lampredio primiçerio et electo pro medietate presentis anni de redditibus et prouentibus libras XIII. paruorum venetorum. Habet dictus primiçerius unum anulum et duos çurcellos auri cum una gemma rubea. Item recepit nomine quo supra a dicto domino fratre Sauino abbate pro duabus collectis libras XX. paruorum.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo decimo octauo, indiccione prima, die iouis XXVIII. septembris. Dominus Lampredius primiçerius maioris ecclesie Traguriensis executor seu collector decimarum summi pontificis mandauit omnibus et singulis clericis et religiosis abbatibus et abbatissis ciuitatis eiusdem, quatenus sub pena excommunicationis soluere deberent decimam per eos et quemlibet eorum debendam dicto summo pontifici hinc ad kalendas octubris proxime venturas. Die dicto donpnus Johannes Bratoslaui soluit pro decima summi pontificis solidos IIII. denarios VI. Item die primo kalendas octubris predictus dominus Lampredius soluit pro decima summi pontificis donpno Cipriano exactori eiusdem libras IIII.; item die dicto Sabulinus Peruuse soluit dicto domino Lampredio pro decima summi pontificis grossum I.; item die dicto donpnus Marinus Juri soluit pro decima summi pontificis dicto domino Lampredio grossos II.; item die dicto domnus abbas monasterii sancti Johannis assignauit eidem domino Lampredio pro decima summi pontificis certa pingnora ualentia quantum per eum soluendum pro decima summi pontificis; item die dicto domina abbatissa monasterii sancti Petri assignauit eidem domino Lam-

predio pro decima summi pontificis certa pignora ualentia quantum per eam soluendam pro decima summi pontificis. Item die tertio mensis octubris, donpnus Cepernga soluit domino Lampredio predicto pro decima summi pontificis VI. grossos; item die quarto mensis octubris, dominus Marinus Amblaxii soluit eidem domino Lampredio pro decima summi pontificis grossos XV.; item die quinto mensis octubris donpnus Matheus Luciani soluit eidem domino Lampredio pro decima summi pontificis solidos II. paruorum; item die dicto donpnus Marinus Dessimiri soluit eidem domino Lampredio pro decima summi pontificis solidos IIII. paruorum. Die primo mensis octubris dominus Petrus Marinus recepit de decima: In primis IIII. libras a primiçerio, IIII. solidos et dimidium a filio Bratoslaui, unum grossum a Sabulino, sex grossos a donpno Marino Amblaxii, duos solidos paruorum a Matheo Luciani, quatuor solidos a donpno Marini(!) Dessimiri, duos grossos a Dominico Karbe, decem solidos a filio Mathiche, decem solidos a filio Kastrafoci, quinque grossos a filio Marini Andree, duodecim grossos a donpno Jo-Johanne Stepi, quadraginta solidos a Caualutio, tres grossos a donpno Stanicha, quatuor libras et dimidiam ab electo, viginti solidos a donpno Johanne Kastrafoci, tres grossos a donpno Stanicha, sex grossos a donpno Cepernga, viginti solidos ab Andriolo, quadraginta solidos a donpno Marino Amblaxii, quatuor grossos a filio Marini Andree, duos solidos a Matheo Luciani, decem libras et septem solidos minus quatuor paruorum ab abbatessa(!) sancti Petri, viginti libras a donpno Daniele pro abbate, quindecim solidos a Dobrulo, duos grossos a primiçerio pro donpno Marino, duodecim grossos a donpno Johanne Stepi, quatuor libras ab archidiacono, qu[a]tor(!) solidos a donpno Johanne Bratoslaui, decem libras et septem solidos minus quatuor ab abbatessa(!) sancti Petri, decem libras et septem solidos minus quatuor paruorum ab eadem abbatissa, tresdecim(!) libras ab abbate, decem solidos a filio Matiche. Nos Lampredius episcopus Traguriensis recepimus a Petro Gregorii nomine et uice decime collecte summi pontificis libras XLII. paruorum venetorum, quas idem Petrus habuerat a nobis in deposito.

Hec est scriptura inuenta per nos Lampredium episcopum Traguriensem, quam scribi fecit venerabilis in Christo pater dominus Liberius olim episcopus Traguriensis sub millesimo trecentesimo XV., indictione XIII., die ultimo septembris: Soluit donpnus Possillus domini (!) episcopo exactori decime pro Romana curia pro duabus solutionibus primis XX. grossos et tertia solutione V. grossos. Die dicto Sanicha Dragonge soluit dicto domino episcopo pro tribus solutionibus grossos XII. et paruos XII.; Dobrulus soluit pro quinta solutione XX. solidos; donpnus Jadre Tringi soluit dicto domino pro quinque solutionibus grossos

XVIIII.; donpnus Johannes Bratoslaui soluit eidem pro tribus solutionibus solidos X.; Mateus Luciani soluit eidem pro duabus solutionibus solidos VIII.; donpnus Petrus de Albona soluit eidem pro tribus solutionibus solidos XII. paruorum; donpnus Lucas soluit eidem pro duabus pagis solidos VIII.; Andriolus Manerii soluit eidem solidos V. grossorum; donpnus Johannes Sterbine soluit eidem pro tribus solutionibus solidos III.; Marinus Corladi pro tribus pagis soluit solidos III.; Mathica soluit pro suo filio eidem solidos XX.; Petrus Suse pro monasterio sancti Petri pro quatuor solutionibus libras XX.; item soluit eidem pro tribus solutionibus olim monasterium sancti Nicholay libras XXV. Die XI. mensis octubris soluit Juue Stepe eidem pro tribus solutionibus XL. solidos et pro solutione in kalendis octubris presentis solidos L.; donpnus Vitus soluit eidem pro tribus solutionibus solidos XXX.; Caualutius soluit eidem domino pro quinque solutionibus preteritis libras octo paruorum et solidos XV. paruorum. Sexta solutio: donpnus Possilus soluit eidem pro sexta solutione grossos V.; donpnus Johannes Bratoslaui soluit eidem pro sexta solutione solidos IIII.; donpnus[1] Matheus Luciani soluit eidem, ut supra solidos III.; donpnus Johannes Sterbine soluit eidem, ut supra pro sexta solutione paruos XII.; Petrus Suse soluit pro sexta solutione monasterii sancti Petri uniti cum monasterio sancti Nicholay libras VI.; donpnus Vitus pro sexta solutione solidos X.; donpnus Luca soluit pro sexta solutione solidos IIII.; Andriolus soluit pro sexta solutione eidem solidos LII.; Stanicha soluit pro sexta solutione solidos XI.; Dobrus soluit pro sexta solutione solidos XX.; Caualutius soluit, ut supra solidos XXXV.; Johannes Stepi soluit, ut supra solidos L.; Maticha soluit pro suo filio solidos X.; frater Primus abbas soluit pro quinque solutionibus libras LXXXXV.; Donatus soluit pro filio grossos XVIIII.; frater Primus abbas soluit pro sexta solutione libras XV. Septima solutio: Stanicha pro septima solutione soluit eidem solidos X.; donpnus Lucas soluit, ut supra solidos IIII. paruos III.; donpnus Matheus soluit pro septima solutione solidos VI. et paruos II.; donpnus Possilus soluit, ut supra solidos X.; donpnus Jadrice soluit, pro eadem solutione septima solidos VII. paruos II.; Andriolus soluit, ut supra grossos VI.; Donatus Nicole soluit pro filio eidem grossos VI.; Andriolus soluit pro octaua solutione grossos XVIII.; donpnus Possilus pro octaua solutione grossos IIII.; donpnus Possilus soluit pro nona solutione eidem domino episcopo pro beneficiorum (!) suorum solidos X. paruorum.

---

[1] Prestaje prva pergamena.

Die XIII., nouembris. Actum Tragurii in domo domini episcopi presentibus Martino Dragonge et Stepulo Teodori testibus et Plusule Julle examinatore. Dominus episcopus fuit confessus habuisse a donpno Possilo et Caualutio totum id etc.

Die XVIIII., mensis[1] decembris. Donpnus Cepernga sacerdos Tragurii, plebanus sancte Marie de Spilano soluit domino Kasariçe archidiacono et Lampredio primicerio maioris ecclesie Traguriensis et vicariis venerabilis patris domini Liberii episcopi Traguriensis pro reditibus habitis usque in presentem diem solidos XXX. venetorum paruorum pro decima papali pro . . . . . anno.

Die XXV. mensis marcii. Congregato capitulo Traguriensi, scilicet domino Girardo vicario domini episcopi, Andriolo de Ancona, donpno Possilo, donpno Johanne Caualucii et donpno Johanne Stepi canonicis in curia venerabilis in Christo patris et domini L[ampredii] miseratione diuina Traguriensis episcopi de mandato et aduocatione ipsius domini episcopi una cum dicto capitulo et aliis clericis Traguriensibus, qui ad hoc de iure uocari potuerunt, creauerunt, constituerunt, fecerunt et ordinauerunt de nouo preterita, nichilominus affirmantes supradictos Andriolum Manerii de Ancona et Johannem Caualutium ibidem presentes et mandatum sponte suscipientes ac etiam officium suum infrascriptum fideliter ac diligenter exercendos corporaliter iurantes ipsos et quemlibet ipsorum in solidum ita, quod nos(!) sit melior conditio occupantis collectores et exactores decime coligende in subsidium terre sancte per sex annos ab ipso domino episcopo et clericis ciuitatis Tragurii et ipsius dyocesis seu monasteriis et religiosis non mendicantibus secundum constitutionem ac diffinionem sancte memorie domini Clementis pape V. factam in concilio generali; et generaliter ad omnia alia et singula libere facienda auctoritate sua et ipsius sedis apostolice, que in predictis et quolibet predictorum fuerint oportuna etc. Actum in dicto loco presentibus donpno Johanne Arundoli de Cingulo, donpno Petro de Albona, Petro domini Francisci de Ancona, notario Lotolo Bonaiuncte de dicto loco et aliis pluribus testibus ad hoc uocatis.

Die predicto, loco et testibus. Prefatus dominus episcopus interrogauit predictum capitulum et alios clericos de Tragurio sibi obedientes ibidem presentes, utrum ipsi soluerunt integre, sicut debent, predictam decimam in terminis taxatis et distinctis ab ipsa Romana ecclesia seu concilio predicto super ipsa decima soluenda per dictum tempus sex annorum silicet: in kalendis aprilis et kalendis octobris proxime preteritis usque in presens, cum ipse dominus episcopus dicto tempore fuit

[1] Slijedi »aprilis« s oznakom, da se ispusti.

absens a dicta ciuitate et diocesi et tota Dalmatia, ut ipsi clerici manifeste sciunt. Qui predictus donpnus Possilus canonicus interrogatus et adiuratus una cum dictis clericis per ipsum episcopum respondit, quod non soluit ipsam mensis octubris proxime preteriti et causa fiut potissima, quia decima ante soluta archidiacono de Tragurio fuit furata de sacristia predicte ecclesie katedralis Tragurii. Vnde petiit de predictis absolui ab ipso domino episcopo auctoritate sua et dicte sedis apostolice, soluens statim predictis collectoribus X. venetos grossos pro rata redituum et prouentuum beneficiorum suorum occasione dicte preterite decime suorum occasione dicte non solute.

Item die dicto, loco et testibus predictis. Caualutius interrogatus et adiuratus, ut supra respondit, quod non soluerit decimam predictam in tribus terminis predictis preteritis eo, quia non potui (!) ita habere tanquam vicarius ipsius domini episcopi nec tanquam canonicus Traguriensis aliquam copiam rescripti seu rescriptorum missorum a sede apostolica episcopo et clero Traguriensi super ipsa decima soluenda, cum archidiaconus de Tragurio occultauerit seu usurpauerit eadem rescripta et sibi retinuerit indebite in preiudicium dicte decime soluende. Vnde de predictis absolutionem petit, ut supra, si tenetur, soluens nichilominus pro dictis tribus terminis proxime preteritis et pro solutione seu termino proxime venturo, scilicet in kalendis aprilis, proxime venturis pro sua decima, dictis collectoribus solidos V. grossorum. Item donpnus Jadrice interrogatus et adiuratus per ipsum dominum episcopum, ut supra respondit, quod predicta de causa non soluit in termino proxime preterito, scilicet in kalendis octubris, et de predictis absolui petit, ut supra soluens nichilominus dictis collectoribus decimam suam pro dicto termino preterito et pro solutione fienda in kalendis octobris proximo uenturis X. grossos venetos. Item donpnus Iuue Bratoslaui interrogatus et adiuratus per ipsum dominum episcopum, ut supra respondit, quod predicta de causa non soluit in termino proxime preterito, scilicet in kalendis octobris; de preteritis petit absolui, ut supra soluens dictis collectoribus decimam suam pro dicto termino preterito, et pro solutione fienda in kalendis aprilis proxime venturis VIII. solidos paruorum. Item Iuue Stepi Duymi canonicus interrogatus et adiuratus per ipsum dominum episcopum, ut supra respondit, quod predicta de causa non soluit in termino proxime preterito, scilicet in kalendis octobris; de predictis petit absolui, ut supra soluens dictis collectoribus decimam suam pro dicto termino preterito et pro solutione fienda in kalendis aprilis proxime venturis XL solidos paruos. Item Stanicha clericus interrogatus et adiuratus, ut supra respondit, quod predictam decimam non soluit in

termino proxime preterito, scilicet in kalendis octobris; de predictis petit absolui, ut supra soluens dictis collectoribus decimam suam pro dicto termino preterito et pro solutione fienda in kalendis aprilis proximo venturis XXII. solidos. Item donpnus Vitus interrogatus et adiuratus, ut supra respondit, quod predictam decimam non soluit, ut supra et soluere tenetur XII. venetos grossos pro paga preterita octobris et kalendarum aprilis presentis, et sic absolutus fuit etc. Die XXII. mensis madii in sala turris domini episcopi presentibus donpno Possilo et donpno Johanne Caualutio et aliis pluribus testibus. Donpnus Mathic[us] interrogatus et adiuratus, ut supra dixit, quod soluere tenetur pro duabus pagis preteritis, scilicet kalendarum octobris et kalendarum mensis aprilis, scilicet VII. solidos et denarios quatuor in quolibet termino, qui capiunt in summa solidos XIIII. denarios octo; et eos promisit soluere dictis collectoribus in kalendis augusti proxime venturis sub pena dupli; Jacobus Nichole fideiussor pro eo. Et ipsum dominus episcopus auctoritate predicte sedis apostolice et omni iure et modo quibus melius potest, absoluit in forma ecclesie ab omni excommunicatione seu excommunicationibus, irregularitate seu irregularitatibus, quam uel quas dictus donpnus Mathicus incurrerat occasione predicta etc.

Absolutio clericorum de decima Romane ecclesie: Supradicto die loco et testibus. Statim post supradicta prelibatus dominus episcopus auctoritate predicte sedis apostolice et omni iure et modo quibus melius potest absoluit in forma ecclesie omnes et singulos supradictos clericos ab omni excomunicatione seu excomunicationibus, irregularitate seu irregularitatibus, quam uel quas supradicti canonici et clerici incurrerant occasione predicta etc.

Die XVII. mensis ianuarii; presentibus donpno Johanne Caualutio, Marco Julle, Dessa Marchi et Cipriano Buble in palatio domini episcopi. Dessa Basti syndicus communis ciuitatis Tragurii, ut syndicatum constat scriptum manu magistri Francisci de Monticulo notario dicti communis Tragurii, assignauit coram me notario et testibus suprascriptis reuerendo patri domino L[ampredio] episcopo Traguriensi et exactori decime inposite per curiam Romanam infrascripta pignora: in primis unum calicem argenteum deaurautum magnum; item unum alium calicem minorem alio cum patenis; item unum turibulum de argento inauratum magnum; item unum sacculum, in quo sunt una centura de argento ponderis unciarum XXXII.; item alia centura de argento XI. unciarum; item una centura ponderis nouem unciarum et dimidie; item perle incamerate saçi XXVII.; item duo paria çurçellorum de auro saçi VII.; item una peça argenti unciarum XVIII. et media; item unum con-

truſſum de argento unciarum septem pro LXV. ducatibus (!) auri et tribus solidis venetorum grossorum de argento.

Anno domini millesimo trecentesimo XVI., indictione quarta decima, Romana ecclesia vacante pastore, die XIIII. mensis februarii, in curia domini episcopi presentibus donpno Possilo, donpno Johanne alias dicto Caualutio et Marco Julle, Dessa Basti syndicus communis Traguriensis, ut constat scripto (!) manu magistri Francisci notarii, fuit confessus se recepisse et aput se habere a dicto domino episcopo unum calicem argenteum deauratum magnum et unum turibulum de argento inauratum magnum de pignoribus supradictis, et loco dictorum calicis et turibuli dedit et assignauit et deposuit apud dictum dominum episcopum tres nappos argenteos et duas cuppas maçari cum gambis argenteis cum casselis suis nomine quo supra; quos nappos et cuppas dictus Dessa Basti syndicus asserit esse Iue Petri Duymi.

Die XX⁰., mensis marcii, in sacristia sancti Johannis fratrum Minorum presente fratre Laurentio socio domini archiepiscopi et fratre Matheo de Spaleto et Sore Amblaxii. Dessa Basti syndicus coram me notario et testibus supradictis recepit a dicto domino episcopo centuram unam suprascriptam de argento ponderis unciarum XXXII., et loco ipsius centure deposuit unam testam de argento inauratam et unam fibulam de argento cum uno passali et uno pedale de argento et decem bullis argenteis XI. librarum uenetorum paruorum.

Die kalendas madii in dicto loco presente domino Corado de Catn[er] vicario dicti domini episcopi et dicto fratre Laurentio. Dictus Dessa Basti syndicus supradictus coram me notario et testibus supradictis recepit a dicto domino episcopo duas cuppas maçari siue nappos cum gambis argenteis, et loco dictorum napporum dedit et assignauit unam centuram argenteam inauratam cum fletu siriçi rubei.

Die III⁰., mensis iunii, in curia domini episcopi presentibus donpno Johanne Arundoli de Cingulo, Andriolo Manerii et magistro Francisco de Monticulo notario communis soluit et dedit dominus episcopus ac mutuauit Desse Marchi recipienti nomine domini potestatis Tragurii, scilicet domini Mathei Sori CL. libras uenetorum paruorum de denariis decime Romane curie [d]eposite in sacristia fratrum Minorum. Pro quibus denariis dictus Dessa nomine quo supra dedit et assignauit dicto domino episcopo in uno sacceto unum par intrecentorum de perlis incameratis; item aliud par intrecentorum de argento ad similitudinem perlarum; item duas centuras de argento, quarum una habet fibulam de osse ebori.

(Signum not.)

(Drugi rukopisi.)

Et ego Beuenutus magistri Alberici de Cingulo inperiali(!) auctoritate notarius publicus hoc presens exenplum(!) sumptum ex originali auctentico actuum seu protocolorum bone memorie domini Liberii olim episcopi Traguriensis, nec non et venerabilis in Christo patris et domini domini Lampredii episcopi Traguriensis ad ipsos seu ipsas autenticos seu auctenticas asscultaui cum infrascriptis notariis coram reuerendo in Christo patre et domino domino Lampredio dei et apostolice sedis gratia episcopo Traguriensi, et inuentis in omnibus et per omnia concordare, de mandato dicti patris suam huic exempto auctoritatem interponentis me in testem subscripssi.

(Signum not.)

Et ego Georgius condam Duimi de Tragurio inperiali auctoritate notarius publicus hoc presens exemplum sumtum ex originali autentico actuum seu protocolorum bone memorie domini Liberii olim episcopi Traguriensis, nec non et venerabilis in Christo patris et domini domini Lampredii episcopi Traguriensis ad ipsos seu ipsas autenticos seu autenticas ascultaui una cum suprascripto et infrascripto notario coram reuerendo in Christo patre et domino domino Lampredio dei et apostolice sedis gratia episcopo Traguriensi et inuentis in omnibus et per omnia concordare de mandato dicti patris suam huic exemplo auctoritatem interponentis me in testem subscripsi.

(Signum not.).

(Isti rukopis listine).

Et ego presbiter Helyas condam Luce canonicus Traguriensis imperiali auctoritate notarius publicus hoc exemplum extractum ex quaternis actuum, notarum, rogationum, prothocolorum bone memorie domini Liberii olim episcopi Traguriensis, nec non et venerabilis in Christo patris et domini domini Lampredii episcopi Traguriensis fideliter extraxi et id coram reuerendo in Christo patre domino Lampredio apostolica gratia supradicto Traguriensi episcopo adhibitis suprascriptis duobus notariis solempniter publicaui, et quia hoc exemplum reperii cum dicto originali in omnibus et per omnia concordare, me in testem subscripsi et signaui; dictusque dominus episcopus sigillo suo iussit hoc exemplum impendenti muniri, auctoritatem suam in eo interponens et iudiciale decretum. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die XXIIII°., mensis ianuarii. Actum in solario dicti domini episcopi, presente Primo Jacobi Cocoti et Milsa Teotonico testibus ad premissa.

Originalni not. prijepis ovih bilježaka od 24. januara god. 1341. na dvjema slijepljenim pergamenama u arkivu kaptola u Trogiru no. 42.

Na listini visi o končanoj uzici ovalni pečat biskupa trogirskoga u crvenom vosku.

393.

1318, 15. januara. U Zadru.

Kosa sin Prode de Kosa daje Dragoši Črniću, Dminku Saras . . . Dražislavu i Stipcu . . . . . . šest gonjaja svoje zemlje u Rači, da nasade vinograd.

[In] Christi nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo decimo septimo, indictione prima, die quintodecimo ianuarii, Jadre. Temporibus equidem domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolai venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduyni Delfino egregii comitis. Fateor ego Cosa filius Prodi de Cosa, ciuis Jadre, quomodo conce[do . . . vo]bis Dragossio Çernich, Dminech Saras . . . ch, Drasislauo et Stipcio . . . . de Racha sex gognayos de terra mea posita ad Racham in loco dicto . . . . de borea et austro est fossatum meum, de trauersa et quirina est terra mea . . . . quod ipsam terram sex gognayorum ad vineam plantare cum vitibus . . . . quindecim pedes oliuarum pro quolibet gognay, ita tamen, dum ex ipsis . . . fructum extra habere poteritis, cum heredibus et successoribus uestris quartam partem tocius vini et omnis vlterius fructus ex ispsis vitibus et terra prouenientis mihi uel heredibus et successoribus meis annuatim fideliter dare et reddere teneamini ibidem in barca mea uestris expensis aut in villa Yesirschiça in domo mea, ubi uoluero in electione . . . . aut ubi alii pro tempore mihi dabunt. Et si in fraudem (!) manifestam recepti fueritis, sex yperperos nomine pene mihi soluere teneamini quociens contrafeceritis. Et si . . . . in ipsa terra bladum aliquod seminaueritis, medietatem tocius fructus dicti bladi mihi fideliter dabitis. Et si per aliquod tempus ipsas uites uendere uolueritis uel heredes aut successores uestri, pro tanto precio, quantum ab aliis habere poteritis, mihi uel heredibus aut successoribus meis et non aliis dare et uendere teneamini ipsas uites, si eas emere uoluero, alioquin, si eas emere noluero, tunc liceat uobis ipsas uendere cui uobis placuerit et alienare, saluo tamen semper omni meo iure meorumque heredum et successorum. Quam uero dictam terram cum heredibus et

successoribus meis me obligo et promitto excalumpniare et defensare uobis uestrisque heredibus et successoribus in racione ab omni . . . . super omnia mea bona presencia et futura. Et nos dicti Dragossius, [Dminech], Drasislauus et Stipeç laudamus et confirmamus omnia et singula suprascripta. [Actum est] hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marino de . . . . plebano sancti Stephani, et presbitero Michaele sancti Michaelis Jadrensis et aliis.

(Drugi rukopis).

[E]go Stephanus Zadulinus examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Laurencius condam magistri Henrici notarii, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, hiis interfui et rogatus scripsi et roboraui.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 112. Desni rub oštećen, zgvrčen.

394.

1318, 29. januara. U Zadru.

Marin de Visulino potvrdjuje Martinusiju sinu Barta Petri Claudi, da mu je namirio dug.

In Christi nomine. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo septimo decimo, die tercio exeunte mense ianuarii, indictione prima, Jadre. Temporibus domini Johannis Superancii incliti ducis Venecie, et domini fratris Nicolay venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Balduini Delfino egregii comitis. Fateor ego Marinus filius condam Damiani de Visulino ciuis Jadrensis, quomodo plene habui et recepi a te quidem Martinussio olim Barti Petri Claudi ciue Jadrensi, libras sex grossorum venetorum, quas libras sex grossorum mihi dare et soluere tenebaris in festo epiphanie domini nuper preterito, ut plenius continetur(!) quodam puplico(!) instrumento, facto et conpleto manu notarii infrascripti sub anno incarnacionis Christi millesimo trecentesimo septimodecimo, die septimo intrante mense decembris, indictione prima, Jadre et cetera, de quibus vero libris sex grossorum cum pena ipsarum plenam et irreuocabilem securitatem, quietacionem et pactum de ulterius non petendo facio ego dictus Marinus tibi dicto Martinussio tuisque heredibus et successoricus cum heredibus et successoribus meis sub pena quarti petiture rei, que pena tociens c[ommitt]atur, quociens contra-

factum fuerit, hoc presente instrumento semper in sua firmitate manente super me et bonis meis omnibus habitis et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Blasio de Gauzigna et Nicolao filio Raue ciuibus Jadre.

(Drugi rukopis).

† Ego Stephanus Zadulinus examinator manum missi.

Ego Nicolaus condam Johannis, Jadrensis notarius interfui rogatus, scripsi et roboraui.

(Signum notarii).

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 111.

395.

1318, 18. februara. U Dubrovniku.

Kaptol dubrovački čini izmedju sebe razdiobu zemlje.

Uniuersis et singulis presentes litteras inspecturis seu earum seriem quomodolibet audituris. Nos Dominicus de Ribiça, Sauinus de Bonda, Petrus de Caboga, Matheus de Ragnina, Vladislauus de Bascha, Johannes de Buthia, Nicholaus de Ragnina et Junius de Bona, omnes et singuli canonici ecclesie Ragusine constituentes et representantes totum capitulum ecclesie prefate Ragusine facimus manifestum, quod congregati intus in nostra lobia apud ecclesiam nostram Ragusinam ad sonum campane, ut moris est, pro faciendo diuisionem et distributionem inter nos bona, iura, reditus et possessiones uniuersas, ac predia tam urbana quam rusticana, quas et que condam dominus Blasius de Glegia canonicus Ragusinus, dum uiueret, a nostro capitulo obtinebat et possidebat, et que omnia ad presens per obitum dicti domini Blasii vacant, et sunt diuidenda seu per nos capitulum predictum distribuenda, non ui, non dolo, non metu seu suasione aliqua circumuenti, sed de mera, gratuita et spontanea voluntate ac uera sciencia singulariter singuli et capitulariter uniuersi modo et forma, quibus melius potuimus et possumus, dedimus et concessimus, ac damus et concedimus, prout in parte sibi venit diuisione secundum nostros modos usitatos et consuetudinem nostram usitatam et approbatam facta pro parte et in parte de dictis bonis vacantibus per mortem dicti Blasii, venerabili viro domino Matheo de Georgio nostro concanonico Ragusino presenti, petenti et recipienti possessionem de Çoncheto cum medietate molendini, quas et quam tenuit olim dictus dominus Bla-

sius. Et insuper, ut diuinus cultus in ecclesia nostra augeatur, assignauimus et assignamus dicto domino Matheo presenti et ad hoc se obliganti super se et omnia bona sua yperperos triginta, videlicet a decimis Laguste yperperos decem et octo; item ab orto, quem tenet Vtiscen yperperos quinque, quem ortum renunciauerunt per concordiam et voluntatem venerabiles viri domini Petrus de Caboga, Vladislauus de Bascha et Johannes de Buthia canonici Ragusini; item a decimariis yperperum vnum; item a domina Anuchla vxore condam ser Andree de Sorgo yperperos sex, pro quibus yperperis teneatur et debeat continuo tenere unum capellanum sufficientem, qui teneatur una cum aliis capellanis nostris venire ad officia consueta et facere ipsa officia consueta. Et sicut alii capellani nostri consueuerunt in dictam nostram ecclesiam, sic tamen quod faciat[1], ut dictus capellanus non vacet aliquo tempore ultra dies octo, quoniam semper teneatur de dicto capellano prefate ecclesie prouidere, quod si aliquo tempore ultra dies octo dicta capellania seu capellanus vacauerit, dicti perperi triginta ab eo per decimarios auferantur, qui decimarii pro tempore futuri, secundum quod alias ipsi de capellanis prouidere habebant, de huiusmodi capellano prouideant dicte nostre ecclesie. In quorum omnium testimonium et clariorem veritatem fieri fecimus hoc presens publicum instrumentum per manus infrascripti notarii roborantes ipsum appensione nostri capitularis sigilli. Presentibus discretis presbyteris Theodoro de Polato et Blasio Jaricith testibus ad predicta vocatis et specialiter rogatis. Anno domini nostri Jesu Christi millesimo tricentesimo decimo octauo, indictione vndecima(!), die decimo octauo mensis februarii.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka saec. XIV.

396.

1318, 21. februara.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu bana Stjepana Babonića (od 23. juna g. 1313.) kojom se on nagadja s crkvom zagrebačkom glede Medvedgrada.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad vniuer-

[1] Ove četiri riječi kao korektura iznad drugih brisanih riječi.

sorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod fideles nostri capitulum Zagrabiensis ecclesie, quandam litteram Stephani quondam bani filii Bobonyk (!), cum pendenti sigillo fecerunt in nostra presencia exhiberi, humiliter postulantes, vt eas ratas habere et nostris dignaremur litteris priuilegialibus confirmare. Quarum quidem tenor talis est: *(Slijedi listina bana Stjepana od 23. juna g. 1313.)* Nos igitur peticionibus eiusdem capituli, fidelium nostrorum, regio inclinati cum fauore, easdem litteras Stephani bani de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes eatenus, quatenus iuste et legittime (!) emanarunt, acceptamus, approbamus, ratificamus et auctoritate presencium confirmamus. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi Kukulliensis, dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCCXVIII⁰, nono kalendas marcii, regni autem nostri anno similiter XVIII⁰.

Iz kodeksa: Liber priv. eppatus. Zagrab. list 66.
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

397.

1318, 7. marta. U Kotoru.

Namješta se svećenik kod sv. Marije u Grdiću.

Anno domini millesimo tricentesimo(!) decimo octavo, mensis martii die septimo eiusdem. Cum quilibet Christianus fidelis precipue pre oculis deum habere debeat et circa divina intendere testante Hyeronimo dicente: primum querite regnum dei et deum pre oculis habeatis. Ideo nos Drago Balduini, Drago Thome, Paulus frater eius, Joannes Dine, Pasqualius Bartoli, Mutius Dragonis, Marinus Garolana, Pasqualius Calisti, Micha Bucchie, Basilius Mathei, Drago de Marco, Domana Simeonis, Micha Pillegrino et Demetrius Sergii procuratores hereditarii ecclesie sancte Marie de Ponte Gurditii pro bono animarum nostrarum nec non et nostrorum antiquorum recogitantes, ne ipsa ecclesia remaneat viduata per renunciationem presbyteri Domanee Dobrini olim rectoris eiusdem, de communi concordia et voluntate omnium nostrorum, diaconum Vitum filium Tryphonis de Zuzulo canonicum ecclesie Catharensis in abbatem eiusdem ecclesie et rectorem ita, quod deinceps regat disponat, tractet et gubernet ipsam ecclesiam, prout alii abbates tractari

facere consveverunt. Actum est hoc in presentia testium: Michaelis de Pribi iurati iudicis et Marini Golie.

Et ego Petrus Vitis communitatis Cathari iuratus notarius his omnibus interfui, et rogatus scripsi et signo meo solito roboravi.

Iz prijepisa Iv. Kukuljevića. — Papafava Memorie e volum. III. Instrumentum sanctae Mariae de Gardichio.

398.

1318, 12. marta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daje slobode crkvi zagrebačkoj.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex ad perpetuam rei memoriam. Regie maiestatis honor diuinarum rerum exercicio decoratur, vt accionis sue gratitudinis studio illic aciem inprimat, vnde se nouit munus celsitudinis recepisse, tantoque in sue dignitatis gloria clarior permanet(!), quanto in deitatis cultu sollicicior inuenitur. Qua nos consideracione permoti noctes insompnes ducimus, ut diuinum cultum subditorum animis venerabilius commendemus, inter cetera uero religiose consideracionis studia ad Zagrabiensem ecclesiam, quam felicis recordacionis sanctissimi Ladizlai regis progenitoris nostri commendat fundacio, specialis affectionis gracia mentis aciem intendentes conperimus eam pia maiorum nostrorum diligencia vberiori dignitatis gracia decoratam, vt eius ministri tanto deberent pleniore cura diuino cultui deseruire, quanto se cernerent principum diligencia copiosiore libertatis gracia decorari. Quorum nos affectu gratuito uestigiis inherentes hac in perpetuum ualitura diffinicione sanccimus omnes eiusdem ecclesie possessiones uel terras, quas seu regum munifica largicione seu alias iusto titulo regie maiestatis accedente consensu obtınet in presenti uel eciam in posterum optinebit cum omnibus incolis suis soli prefate ecclesie id est episcopi vel capituli iurisdicioni fore subiectas ac ab omni cuiuslibet secularis potestatis dominio uel subiectione liberas penitus et exemptas, ita uidelicet, ut earundem possessionum incole in omnibus iudiciis, maleficiis et excessibus ad nullius tribunal quam ipsius ecclesie vel officialium eius valeant aduocari; quod si episcopus in reddenda iusticia negligens fuerit aut remissus, non is contra quem agitur, set ipse episcopus citatus in nostri presencia facti sui racionem reddere teneatur. Preterea iidem populi marturinas, descensus, seruicia, annonas, collectas

vndecim denariorum et collectas septem denariorum ac alias prebiciones quocumque nomine nuncupatas nulli alteri, quam prefate ecclesie inpendere teneantur; addicimus eciam, vt tributarii uel salinarii seu eciam monetarii regis vel quorumcumque aliorum ad ipsius ecclesie fora contra ipsius seu officialium eius voluntatem causa exercende sue negociacionis accedere non presumant, quod si fecerint, per officiales eiusdem ecclesie capti quadraginta diebus in carcere teneantur, omnes res, quas tunc erga se habuerint amissuri. Decreuimus eciam, vt nec dux, nec banus, nec comes quilibet, eciam si de latere nostro missus fuerit, in eiusdem ecclesie populis descensum aut aliquod aliud obsequium vel munus extorquere valeat absque ipsius ecclesie uel eius officialium uoluntate; eiusdem quoque populis eeclesie, vt in nullius foro tributum soluere conpellantur, maiorum nostrorum sequentes vestigia concedimus de gracia speciali. Volumus autem, vt dux aut banus, qui pro tempore fuerit, omnium marturinarum seu collectarum quocumque nominc nuncupatarum omnium quoque tributorum forensium uel prouentuum portuum decimas infra Zagrabiensem dyocesim episcopo faciant cum omni integritate persolui, contradictores et rebelles graui iudicio campellendo. Hec igitur, que a nobis pia sollicitudine uel innouata sunt uel statuta, sic per nos nostrosque successores ac alios illibata uolumus conseruari, vt si quis dux, banus, comes aut alius quilibet contra predicta attemptare presumpserit, si de regali stirpe fuerit, paterna malediccione habeatur percellendus, si autem fuerit de nobilibus Vngarie et citatus fuerit ab episcopo ad regis presenciam antequam episcopo respondeat, quinquaginta marcas fisco regio et alias quinquaginta marcas episcopo rege eundem forcius compellente persoluat, preter hoc ecclesiastice censure vigorem pro transgressionis merito decreto antistitis sacri subiturus. Omnia uero priuilegia seu litteras maiorum nostrorum regum Hungarie super graciis, possessionibus ac iuribus quibuscumque munifica largicione concessas acceptamus, approbamus atque presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidiaconi Kukulliensis dilecti et fidelis nostri, anno domini MCCC. decimo octauo, IIII. ydus marcii, regni autem nostri anno similiter decimo octauo. Venerabilibus in Christo patribus Thoma Strigoniensis locique eiusdem comite perpetuo, Ladizlao Colocensis aule nostre cancellario, Petro Spalatensis ecclesiarum archiepiscopis, Augustino Zagrabiensis, Johanne Nytriensis, Stephano Vesprimiensis, Benedicto Chanadiensis, Martino Agriensis, Benedicto Transiluano, Nycolao Jauriensi, Ladislao Quinqueccclesiensis, Georgio Syrimiensis et Iwanka Waradiensis

ac Petro Boznensis ecclesiarum episcopis, Dominico palatino, Demetrio magistro tauarnicorum nostrorum, Johanne bano tocius Sclauonie, magistro Lamperto iudice curie nostre et comite Chanadiensi, aliisque nobilibus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: Priuilegialia a. 1318.

Na listini vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat. Na hrbtu savremeno: »Super libertate ecclesie Zagrabiensis et iobagionum eiusdem«.

Kercselich Hist. eccl. Zagrab. 41. — Farlati Illyr. sacr. V. 404. — Katona Hist. crit. r. Hung. VIII. 384.—388. — Fejér Cod. dipl. Hung. VIII. 2, 157.—160.

399.

1318, 29. marta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Nikoli, Jakovu, Ivi i Petru sinovima Lovre darovnicu kraljice Elizabete od god. 1290. kojom je otac njihov dobio posjed sv. Martina.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in eo qui regibus dat salutem. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Nicolaus, Jacobus, Johannes et Petrus magistri filii magistri Lawrencii dicti de Suprunio de genere Aba dilecti et fideles nostri, ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt nobis priuilegium domine Elizabeth clare memorie quondam regine Hungarie super collacione vyznicatus sancti Martini in comitatu de Wereuche existentis facte confectum, petentes nos cum instancia, vt ipsam collacionem ipsius domine Elizabeth ratam habere et acceptam ac nostro priuilegio confirmare dignaremur. Cuius quidem priuilegii tenor talis:[1] *(Slijedi listina kraljice Elizabete od g. 1290., darovnica za meštra Lovru.)* Nos igitur iustis peticionibus eorundem Nicolai, Jacobi, Johannis et Petri magistrorum regio cum fauore inclinati, consideratisque fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis eorundem, quibus in cunctis regni nostri expedicionibus multipliciter nobis studuerunt complacere, aduertentes specialiter, quod cum ipsis nobis et sacre corone nostre regie adherentibus vniuersis possessionibus eorum hereditariis et castris per infideles regni nostri occupatis et penitus desolatis, memorati Nicolaus

[1] Riječ »est«, koja bi slijediti imala, manjka.

et Petrus magistri per filios Herrici publicos emulos nostros capti et per tres annos carceri mancipati fuissent, quos quidem filios magistri Laurencii nec huiusmodi miserabilia accidia nec persecuciones nec rerum dampna nec castrorum occupaciones nec possessionum vastus a uia fidelitatis auertere potuerunt, sed eo ampliori fidelitatis ardore nobis adheserunt, dictum priuilegium domine Elizabeth regine non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, sed rite et legitime emanatum de verbo ad uerbum presentibus inseri facientes noue donacionis nostre tytulo(!) duximus confirmandum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales, dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archydiaconi Kwkwlensis dilecti et fidelis nostri, anno ab incarnacione domini millesimo CCC. XVIII., quarto kalendas mensis apprilis(!), regni autem nostri anno similiter decimo octauo.

Iz originalnog prijepisa kralja Karla od 13. maja god. 1324., u kr. ug. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.092. — Stara signatura N. R. A. fasc. 1504. no. 12.

400.

1318, 29. marta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Ivanu sinu Lovre de Suprunio povelju svoju od 25. jula g. 1316., kojom mu je darovao posjede u županiji križevačkoj.

[K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magister Johannes filius magistri Laurencii dicti de Suprunio ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis litteras nostras patentes sub crucito et anulari sigillo nostro super collacione quarundam possessionum Chasmafew et Illewdyakfolde vocatarum per nos sibi facte confectas, repromissionem nostram continentes, ut cum nobis fierent reportate, nostrum eidem magistro Johanni priuilegium super ipsa donacione concederemus, petens nos cum instancia, vt easdem litteras nostras ratas habere et in formam priuilegii nostri redigi facere dignaremur. Quarum quidem litterarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja*

Karla od 25. jula god. 1316.). Nos igitur peticionibus eiusdem magistri Johannis regio inclinati cum fauore, easdem litteras nostras in nulla sui parte viciatas de uerba ad verbum presentibus inseri et in formam priuilegii redigi facientes, memoratas possessiones Chasmafew et Illewdyakfolde vocatas cum omnibus vtilitatibus et attinenciis suis vniuersis ipsi magistro Johanni, Nicolao, Jacobo et Petro fratribus suis magistris, pro eorum fidelitatibus et seruiciis, quibus nobis et sacre corone regie meruerunt multipliciter complacere, prout extunc ita exnunc dedimus, donauimus et contulimus ac per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus perpetuo possidendas, tenendas et habendas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archidyaconi Kukulensis dilecti et fidelis nostri, anno ab incarnacione domini M⁰CCC⁰. decimo octauo, quarto kalendas m[ensis a]pril[is, regni autem nostri ann]o si[militer] decimo octauo.

Original u kr. ugarskom državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.098. Stara signatura: N. R. A. fasc. 1506. no. 8. — Pečat i vrvca otpala.

401.

1318, 29. marta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski vraća Nikoli, Jakobu, Ivanu i Petru sinovima Lovra od plemena Aba, posjed Temlekov, koji su im oteli protivnici kraljevi.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Licet regia pietas manum munificam debeat porrigere vniuersis, illos tamen, quorum experta probitas et laudata est in prosperis et aduersis prosequi debet munificencia largiori, vt alii eorum exemplis inuitati ad fidelitatis opera facilius accendantur. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod magistri Nicolaus, Jacobus, Johannes et Petrus filii magistri Laurencii dicti de Suprunio de genere Aba dilecti et fideles nostri ad nostram accedentes

presenciam, quandam terram custodum carceris castri nostri Kyrisyensis Themlechou vocatam, quam quondam rex Andreas felicis memorie eidem magistro Laurencio patri ipsorum pro fidelibus seruiciis suis contulerat, prout in patentibus litteris eiusdem contineri vidimus, et tempore potencie nostrorum infidelium ab eisdem est alienata, a nobis sibi reddi et restitui humiliter postularunt. Nos igitur cuius proprium est prensare iura singulorum et vniuscuiusque merita animo metiri pietatis, consideratis fidelitatibus fideliumque seruiciorum meritis eorundem, quibus nobis sumpmo fidelitatis opere studuerunt multipliciter complacere et se reddere graciosos et acceptos, reuocantesque specialiter in memoriam, quod cum ipsis nobis et sacre corone regie adherentibus vniuersis possessionibus eorum hereditariis et castris per infideles regni nostri occupatis et penitus desolatis, memorati Nicolaus et Petrus magistri per filios Herrici publicos emulos nostros capti et per tres annos carcerati, mancipati fuissent, idemque magister Nicolaus tandem extractus de carcere ante castrum suum Agyna vocatum in cauda equi horibiliter tractus extitisset per eosdem, ipsos filios magistri Laurencii nec huiusmodi miserabilia excidia nec persecuciones nec rerum dampna nec castrorum occupaciones et possessionum vastus a iusticie tramite et constancia fidelitatis auertere potuerunt, sed eo ampliori fidelitatis ardore nobis adheserunt, et licet iidem pro tot et tantis fidelitatibus pocioribus regalibus remuneracionis per nos merito sint confouendi, ad presens tamen memoratam possessionem Themlechou a quolibet illicito detentore auferendo cum suis vtititatibus et pertinenciis vniuersis sub antiquis metis et terminis reddidimus et restituimus eisdem noue nostre donacionis titulo confirmantes, tam per eos quam per eorum heredes et successores perpetuo possidendam, tenendam et habendam. In cuius rei memoriam fimitatemque perpetuam presentes concessimus litteras duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Johannis Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii et archydiaconi Kukullensis dilecti et fidelis nostri, anno domini M⁰. CCC. decimo octauo, IIII. kalendas aprilis, regni autem nostri anno similiter decimo octauo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.570. Stara sign. N. R. A. fasc. 1506. no. 13.
Pečat i vrvca otpala.